Compendium botanices systematis Linnaeani conspectum ejusdemque applicationem ad selectiora plantarum Germaniae indigenarum usu medico et oeconomico insignium genera eorumque species continens / Adornavit Christianus Fridericus Reuss.

Contributors

Reuss, Christian Friedrich, 1745-1813.

Publication/Creation

Ulmae : Sumtu Stettiniano, 1774.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/zhbzky3y

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

63078/B
L d
1
S. d
98
J.
a 15

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
REUSS, C.F.

Lib.

U5

COMPENDIVM
BOTANICES
SYSTEMATIS LINNÆANI
CONSPECTVM
EJVSDEMQVE
APPLICATIONEM
AD SELECTIORA
PLANTARVM GERMANIÆ
INDIGENARVM
VSV
MEDICO ET OECONOMICO
INSIGNIVM
GENERA EORVMQVE SPECIES
CONTINENS.

ADORNAVIT
CHRISTIANVS FRIDERICVS REVSS
MEDICINÆ DOCTOR ET PROFESSOR PVBLICVS
IN ALMA EBERHARDINO-CAROLINA.

MEDICAL

VLMÆ
SVMTV STETTINIANO.
1774.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30515798

PRÆFATIO.

In ampliſſimo rei botanicæ campo, quem emenſi adhuc ſunt meritiſſimi & immortalis memoriæ viri, ad audendum aliquid quæ me commoverint rationes, paucis indicare & benevolo lectorum judicio ſubiicere Præfationis fere leges jubent.

Plantarum, quarum Claſſium, Ordinum, multiplicemque aliam, ipſius etiam naturæ earum, accuratiorem notitiam laudatiſſimis Perilluſtris *Linnæi* laboribus debemus, immenſa fere copia, ac multo etiam magis ingentes ſumtus, quibus ad libros ejus ſibi comparandos opus eſt, rei botanicæ ſtudium permultis nimis difficile reddunt; alios, qui operam ei aliquam dare magnopere geſtiunt, prorſus deterrent. Eam ob cauſam, ut tironibus via redderetur & expeditior & minus ſumtuoſa, vir Clariſſ. *Elmgreen*, ipſius *Linnæi* auctoritate & conſilio adductus, *Terminos botanicos*, addita brevi deſcriptione, in Compendium redegit, idque ſpeciminis loco editum Upſalæ A. 1762. ipſe deinceps Vir Perill.

Amoenitatum ſuarum volumini ſexto (p. 217. ſq.) inſeruit. Eodem conſilio Doctiſſ. *Lipp* diſſertationem illam auxit, utiliſſimo indice inſtruxit, & Vindobonæ A. 1765. Speciminis inauguralis loco cum orbe erudito ſub titulo *Enchiridii Botanici* communicavit. Et hunc ipſum libellum non tironibus modo, ſed & docentibus, ut lectionum botanicarum filum, Linnæi Philoſophiâ botanicâ, multo brevius, egregie omnino inſervire poſſe, viri rei hujus peritiſſimi judicarunt.

Horum aliorumve Clariſſimorum virorum veſtigia, non ſine optabili aliquo fructu, ſequi me poſſe, re haud indiligenter expenſa, exiſtimo. Non ſolum Medicinæ ſtudioſos, ſed & alios, in deliciis botanicis otia ſua collocantes, eos etiam inprimis, qui in ſtudio botanico ut αὐτοδίδακτοι verſantur, deſiderare, memini, librum manualem, qui ad rem botanicam, & præcipue quidem ad *Syſtematis Linnæani* ſcientiam, viam ipſis oſtenderet brevem & expeditam. Libellum hi tales jam dudum quærunt, qui terminorum non latinam modo deſcriptionem, ſed terminos hos vernaculo quoque ſermone expreſſos exhiberet; qui plantas contineret Germaniæ indigenas (*a*) ſelectiores, quas videre, colligere facile, & in uſus ſuos conver-

(*a*) De neceſſitate & utilitate cognitionis plantarum indigenarum præ exoticis, legi meretur inprimis Ill. *Büffon* allgemeine Naturgeſchichte. 1 Theil 1771. Berlin. p. 52. & Ill. *Linnæi* Amoenit. academic. Vol. II. p. 408. Orat. *de Peregrinationibus intra patriam.*

vertere poſſent. Ejusmodi libellus, etiamſi novi prorſus nihil contineret, id certe præſtat, ut tiro *conjuncta* videat, quæ prolixe & ſparſim propoſita ſunt in Ill. *Linnæi Generibus* & *Speciebus* plantarum, in ejusdem *Philoſophia Botanica*, aliisque ejus ſcriptis, & in aliis quoque rei botanicæ ſcriptoribus.

Quo igitur conſilio, quosve in fines meum huncce libellum ego conſcripſerim, facile jam intelliget benevolus lector. In eo adornando ita verſatus ſum, ut, præmiſſa *fatorum ſtudii botanici*, *præcipuorumque ſyſtematum* botanicorum, *Linnæani* inprimis, brevi recenſione,

1) Præcipuorum (licet fortaſſe ne horum quidem omnium,) *terminorum botanicorum*, quibus *Linnæus* inprimis utitur, deſcriptionem, translationem germanicam, illuſtrationem per aliquot exempla, & omnium denique indicem & latinum & germanicum exhiberem. *Lippium* ſupra laudatum ſecutus ſum, & hinc inde auctiorem reddidi.

2) Ut uſus & adplicatio terminorum botanicorum cuivis facile pateret, extraxi ex Celeberr. *Linn. Generibus* plantarum, eorumque *Specieb. deſcriptionem botanicam* plantarum & quidem Generum 423. ac Specierum paulo plus 700. *Germaniæ* noſtræ *indigenarum*, (*b*)

 quæ

(*b*) Plurium *Specierum*, & *exoticarum* & indigenarum, ob Compendii limites heic omiſſarum, cenſum de-

quæ tam in incultis quam cultis locis creſcunt, (omiſſis Ordinibus, plantas exoticas continentibus,) his ſimul adjunxi *Locum natalem*, *Tempus* quo florent, & de complurium *vi medica*, *uſuque œconomico*, generalia quædam, (quæ compendii limites admittunt,) ex ſcriptis potiſſimum *Linnæanis*, addidi, ad excitandum ſtudii botanici amorem.

3) *Specialiora* quædam, Botanophilo obſervanda, propoſui.

4) Hæc denique omnia excipit *Index* plantarum ſecundum *Ordinem temporis*, quo floreſcunt, aliusque *alphabeticus* tam *germanicus*, quam *latinus*, ut, ſi tiro nomen germanicum audiat, ſtatim *Linnæanum* quoque reperiat, & v. v.

5) Utque clarius omnia tironi pateant, *icones* tandem addi curavi, partim ex Philoſophia botanica Ill. Linnæi, partim aliunde deſumtas.

Animus igitur fuit *Compendium* offerre Botanophilis, quod *terminologiam* tam *germanicam* quam

---

ſiderantes, adire præter alios poſſunt Clar. *Dieterichs* Pflanzenreich nach dem Linnæiſchen Natur-Syſtem. Erfurt 1770. Celeberr. *Beckmanni* ſyſtema Linnæi, (quoad Species) in epitomen redactum. Gœtting. 1772. & quoad noſtrates inprimis Species *ſponte* creſcentes Doctiſſimi noſtri *Gmelini* Enumerationem ſtirpium agro Tubingenſi indigenarum. 1772.

quam *latinam*, & *brevem Syſtematis Linnæani delineationem* exhibeat, quod illos, qui *plantas Indigenas notas* ſibi reddere cupiunt, ita adjuvet, ut opus non habeant comparare ſibi majoris pretii libros, non indigenas modo ſed & exoticas plantas deſcribentes; quod iis etiam adjumento ſit, qui vel horto botanico, vel hortis Principum majoribus, exoticas continentibus, uti poſſunt; quod denique lectoribus plantarum indigenarum uſum tam *medicum* quam *æconomicum* oſtendat, & hac ipſa ratione eos ad exquirendas ulterius Hiſtoriæ Naturalis univerſæ delicias ac commoda excitet & alliciat.

Nec dubito, quin tentamini etiam huic meo veniam quandam conciliatura ſint verba præfationis, Diſſertationi ſupra laudatæ (Linn. Amoenit. Vol. VI. p. 217.) præmiſſæ.

„Rei quidem botanices tirones non pauci ſtu„pent, maxime arduum & herculeum opus fore „primo intuitu judicantes, cum vident, tot vo„cabulis inſolitis tamque ſtricte ſumtis aditum „ſibi occludi. Verum enim vero nullo negotio, „deprehendent, opera hiſce addiſcendis præſtita „proniori ut ajunt, alveo reliqua fluere. Profe„cto botanicem qui colit, ullo pacto metam „perfectioris cognitionis felicius non attinget, „quam ſi aliquot dies terminis cognoſcendis ac „perdiſcendis tribuerit, ſic enim omnia ſuperat „incommoda, quæ alios, hanc viam negligen„tes, jugiter & ubique manent. Botanices hi „termini maximam partem in horto Cliffortia„no, Philoſophia Botanica, aliisque expoſiti „qui-

„quidem ſunt, ſed magis *ſparſi*, *prolixiusque*, „quam, quos tiro, qui primis labiis ſcientiam „guſtavit, facile colligere poſſit.

Tandem, cum multi naturæ ſcholam, ubique patentem, ſcopo vel medico vel œconomico vel alio frequentare ſoleant, ſpero certe, eorum aliquos, cum vel ruri vel in hortis ambulantes magnificam plantarum ſtructuram contemplari geſtiunt, modico hoc libello, ſatis commode uſuros eſſe.

Tubingæ, d. XIV Apr. MDCCLXXIV.

PRÆCOGNOSCENDA.

§. 1.

Omnia, quæ in orbe, quem incolimus, exiſtunt corpora arte divina compoſita, e ſimplicibus conſtantia, nondum mutata, ad tres *claſſes* ſeu *regna* poſſunt redigi.

1) ad *Lapides*, quæ creſcunt ſine partibus viventibus & ſentientibus.
2) ad *Vegetabilia*, quæ creſcunt & vivunt ſine ſentientibus partibus.
3) ad *Animalia*, quæ creſcunt, vivunt & ſentiunt ſimul.

Plenariam horum corporum (quæ *naturalia* etiam vocantur,) cognitionem cum ſuis characteribus & qualitatibus ſuppeditat nobis *Hiſtoriæ naturalis* ſtudium.

§. 2.

Pro diverſitate objecti igitur *Hiſtoria naturalis dividitur* in

1) *Mineralogiam*, quæ lapides, ſ. foſſilia ſ. mineralia,
2) *Botanicam*, quæ vegetabilia,
3) *Zoologiam*, quæ animalia complectitur.

§. 3.

Mineralogiam & Zoologiam heic omittentes, *Botanicæ* ſolummodo inhæremus. In regno *vegetabili* qui ſimilia ſimilibus, & diverſa diverſis nominibus cuique intelligibilibus diſtincte noſcit nominare, deſcribere, eorumque uſus varios indicare, *Botanici* nomen recte meretur.

In plantis vero conſiderandis attentioni ſubjicitur

1) *externa* earum *ſtructura*, quæ hiſtorica eſt & *botanices ſimplicioris* ac puræ fundamentum. Hæc

in eo inprimis verſatur, ut una planta ab altera, facili, expedita, ac certa ratione diſtinguatur, ſingulæ denominentur, & demum in ordinem redigantur.

2) *interna* earum *ſtructura*, quæ cognitio magis eſt phyſica, & fundamentum *phyſiologiæ* plantarum, ſ. doctrinæ de organiſatione vitæ plantarum, (vid. infra §. 19.)

3) denique *utilitas plantarum*, quæ cognitio maxime eſt practica, & fundamentum *botanices applicatæ*, ſpeciatim

a) conſiderato plantarum uſu medico, *botanica* audit *medica*.

b) conſiderato plantarum uſu œconomico, *botanica* eſt œconomica.

§. 4.

In *ſtructura* plantarum *externa* varia occurrunt ſigna *characteriſtica*, unam plantam ab altera diſtinguentia, in quovis ſtatu, in omni conditione conſpicua, ut ſunt *forma*, *numerus*, *ſitus*, *proportio* partium &c.

Signa hæc plantarum characteriſtica ut eo facilius breviusque exprimi poſſint. requiruntur *termini technici*.

Plantæ vero in univerſa tellure, tanta copia reperiendæ, cum adeo diverſæ ſint indolis & conditionis, ut quævis planta ſpeciales qualitates pluresque vel pauciores characteres diſtinctivos contineat, hanc inprimis ob cauſam *gradus* erant determinandi, quibus plantæ inter ſe conveniunt.

§. 5.

1) Plantæ *ſingulæ* (individuæ,) in conſpectum noſtrum prodeunt.

2) Convenientia plurium ejusmodi plantarum conſtituit *ſpeciem*. Differentiæ ſpecierum notabiles a cauſa quadam occaſionali, climate, ſolo, calore, ventis, ortum ducentes vocantur *varietates*; variant plantæ quoad magnitudinem, plenitudinem, criſpationem, calorem, ſaporem, odorem: tot ſunt, varietates, quot differentes plantæ ex ejusdem ſpeciei ſemine productæ ſunt.

3) Species plantarum ſi conveniunt certis eſſentialibus præcipuisque characteribus, efficiunt *genus*.

4) varia ſimilia genera gignunt *ordinem*.

5) varii ſimiles ordines producunt *claſſes*.

§. 6.

§. 6.

In deſcriptione vegetabilium ut alter alterum facile intelligat, quævis planta peculiari inſignienda erat *nomine*, neque vero plane arbitrario, vago, ſed ad certas quasdam regulas compoſito.

Generum nomina conveniunt plerumque ordinum & claſſium nominibus, & inter ea palmam tenent, quæ una vel duabus tantum conſtant vocibus, eſſentialem generis characterem exprimentibus, nec qualitatibus ſingularum hujus generis ſpecierum contradicentibus.

Species plantarum nomine generico determinantur additis characteribus, a reliquis hujus generis ſpeciebus eas diſtinguentibus.

Ejusmodi ſpeciem ſignificat unicum additum epitheton, vel nomen quod vocant *triviale*: e. g. ſalvia pratenſis, nomen plantæ hujus *genus* indicans eſt *ſalvia*, *ſpeciem* vero exprimit nomen *pratenſis*, quæ eſt vox *trivialis*.

§. 7.

Diviſio plantarum ad varios hoſce gradus comparationis inſtituta vocatur *ſyſtema* ſ. *methodus*.

Requiritur itaque vegetabilium ſecundum certos characteres ſ. notas ab ipſo creatore plantis ſingulis impreſſas, per quinque heic convenientia membra (§. 5.) deſcriptio ac diſpoſitio, vegetabilia reſolvens, ignota brevi manifeſtans, oblivioni data momento revocans.

§. 8.

Hæc methodus eſt vel *artificialis*; vel *naturalis*;

Qui 1) *naturalem methodum* ſequuntur, abſtrahunt a characteribus arbitrariis, obſervant plantas, prout cuivis ſe offerunt, vel figura, vel ſapore &c. Qua plantarum complurium obſervatione ad ſimilitudines vel diſſimilitudines earum, ſicque ad ſpecies conſtituendas ducuntur; repetita ſpecierum contemplatio eos ad genera & exinde ad ordines & claſſes aſcendere gradatim jubent.

2) Qui *artificialem* methodum eligunt, primo propriam ſibi delineationem conſtituunt, deinde ad hujus delineationis normam cuivis plantæ locum adnumerant congruum, eas plantas in unam diviſionis ſpeciem redigunt, quæ in conformatione jam determi-

natarum conveniunt, eas vero removent, quæ in hiſce partibus aliter ſunt formatæ. Hac igitur ratione a generali diviſione ad ſpecialem deſcendunt.

§. 9.

Omnibus fere ætatibus fautores ac *cultores* habuit *botanica*, ob fructus quos ſemper exſeruit haud exiguos. Alii plantas promiſcue collegerunt earumque icones varios & ligno & aeri incidendos curarunt, non naturali ſuo ſed nigro colore delinearunt. & ordine arbitrario non concinno vel alphabetico aſſervarunt. Iterum alii in diſponendis plantis uſi fuerunt ordine a tempore florendi, vel a loco natali, vel ab uſu medico, vel ab ordine pharmacopæorum deſumto: porro alii plantas habitu externo convenientes conjunxerunt, & hac ratione genera quædam naturalia ſtabiliverunt. Poſt varia hæc conamina dein CASPAR BAVHINVS plantarum ab herbariis ſeculo decimo quinto ſingulatim deſcriptarum pleniorem & accuratiorem exhibere ſtuduit enumerationem, gramina, graminibus affines, & bulboſas plantas, bulboſis &c. conjunctim tradidit.

§. 10.

Bauhinum ſequentibus temporibus exceperunt alii, qui quam diverſas inierint rationes in adornandis ſyſtematibus botanicis, ſequens tabula oſtendit.

Syſtematici ſunt

I) UNIVERSALES, qui omnes plantarum claſſes methodo condiderunt ſyſtematica, & ſunt

a) *Fructiſtae*, qui a partibus fructificationis, (a pericarpio, ſemine, receptaculo,) ratione fructus ſua compoſuerunt ſyſtemata, ut ſunt CÆSALPINVS (Anno 1583) MORISONVS (1680) JOH. RAJVS (1686) CHRISTOPH. KNAVTIVS (1687) DILLENIVS (1719) HERMANNVS (1690) HERM. BOERHAVE (1720) MORAND (1744) ERNSTINGIVS (1748) LAVRENT. HEISTERVS (1748) HALLERVS (1742).

b) *Corollijtae*, qui a membrana floris interna ſ. corolla petaloſa ſyſtemata ſua compoſuerunt, quoad

1) *numerum*. RIVINVS (1690) RVPPIVS (1726) LVDWIGIVS (1737 CHRISTIAN. KNAVTIVS 1716) HEBENSTREIT (1731) WEDEL (1742) BOEHMER (1750).

2) *figu-*

2) *figuram.* TOVRNEFORTIVS (1719) PLVMIERIVS (1703) VAILLANT (1718) PONTEDERA (1718) KRAMER (1728) SEGVIERIVS (1745).

c) *Calicistae*, quorum syſtema nititur membrana floris externa ſ. calice. MAGNOLIVS (1720) LINNÆVS (1748).

d) *Sexualiſtae*, ratione

1) *ſtaminis* & piſtilli. LINNÆVS (1748) GRONOVIVS (1743) DALIBARD (1749) HILL (1751) GLEDITSCH. (1764).

2) *calicis* & *ſtaminum* ſimul, ROYENVS (1740) LINNÆVS (1748) GMELINVS (1747) WACHENDORF (1747). quoad

3) *fructificationis* totius fragmenta, KLEINIVS (1749) DONATI (1750).

e) Foliorum differentiis claſſes plantarum inſtruxit Sauvages. 1751.

II) PARTIALES, qui unius tantum claſſis ſyſtema compoſuerunt, ratione

a) *compoſitorum*, VAILLANT (1718) PONTEDERA (1718).

b) *umbellatorum*, ARTEDI (1735) MORISON (1680) CRANZ (1767).

c) *graminum*, RAJVS (1686) SCHEVCHZERVS (1719) MICHELIVS (1729) LINNÆVS (1749) MONTIVS (1719) SCHREBER (1766).

d) *muſcorum*, DILLENIVS (1741) MICHELIVS (1729) HILL (1751).

e) *fungorum*, DILLENIVS (1741) MICHELIVS (1729). BATARRA (1735) HILL (1751) GLEDITSCHIVS (1753) SCHÆFFER (1763).

f) *filicum*, LINNÆVS (1748).

g) *arborum*, fruticum, ſuffruticum, DV HAMEL, DV MONCEAV (1755).

h) *orchidum*, HALLER (1760).

§. II.

(*) Ob anguſtiam harum pagellarum taceo alios autores botanicos, qui ſecundum enumerata hactenus ſyſtemata vel plantas ſingulas, ordinarias, ſ. rariores ſ. plane novas, vel plantas cujusdam regionis ſ. horti notatu digni, vel hiſtoriam, vel elementa, vel phyſiologiam botanices deſcripſerunt ac pertractarunt. Taceo alios *autores*, qui diverſa nomina vegetabilium a botanicis quondam impoſita, collegerunt, *ſynonymiſtas*, *etymologos* radices & originem nominum genericorum eruentes,

§. II.

Ad illos inprimis tranſeo *botanicos auctores*, qui *naturalem* ſecuti *methodum* in eo collocarunt operam, ut naturales claſſes & ordines, e conjunctis atque ad fructificationis partes diſpoſitis plantarum generibus formatos, conjungerent. Principem qui inter eos locum obtinent, ſunt RAJVS, ROYEN, HALLER.

I. RAII ordo ſummorum generum in plantis.

a) *Herbarum & ſuffruticum*

I. Plantæ ſubmarinæ, e. g. *Millepora*, *Fucus*.
II. Fungi, e. g. *Byſſus*, *Lichen*. III. Muſci.
IV. capillares herbæ, *Adiantum*.
V. herbæ flore ſtamineo ſ. apetalæ, *Equiſetum*.
VI. planipetalæ lacteſcentes, *Hieracium*
VII. flore diſcoide, ſemine pappoſo, *Senecio*,
VIII. corymbiferæ, ſemine non pappoſo, *Bellis*.
IX. capitatæ. *Centaurea*,
X. herbæ flore perfecto ſimplici, ſemine nudo ſolitario, *Valeriana*.
XI. umbelliferæ, *Scandix*. XII. ſtellatæ, *Gallium*.
XIII. aſperifoliæ. *Linum*. XIV. Verticillatæ, *Salvia*,
XV. ſemine nudo, polyſpermæ, *Potentilla*.
XVI. pomiferæ, *Cucumis*.
XVII. bacciferæ, *Rubus*, *Paris*.
XVIII multiſiliquæ, *Delphinium*.
XIX. vaſculiferæ, flore monopetalo, *Veronica*, *Primula veris*, his ſubjunguntur vaſculiferæ, flore dipetalo, *Hedyſarum*.
XX. herbæ tetrapetalæ ſiliquoſæ & ſiliculoſæ, *Lepidium*; quibus ſubjunguntur anomalæ flore tetrapetalo.
XXI. herbæ flore papilionaceo ſ. leguminoſæ, tetrapetalæ, *Vicia*.
XXII. herbæ pentapetalæ vaſculiferæ, *Ceraſtium*.
XXIII. herbæ graminifoliæ floriferæ, vaſculo tricapſulari, *Iris*; (quo & referendæ ſunt bulboſis affines.)

XXIV.

tes, *Lexicographos* nomina diverſarum linguarum colligentes, *botanophilos* anatomicos, internam ſtructuram vegetabilium contemplantes, *hortulanos* culturam vegetabilium tradentes, *botanophilos medicos*, vires & uſum vegetabilium in corpus humanum ſectantes.

XXIV. herbæ graminifoliæ flore ſtamineo ſ. ſtamineæ, *Zea.*
XXV. herbæ anomalæ, aut incertæ ſedis, *Tropaeolum.*

II. *Arborum & fruticum,*

XXVI. arbores arundinaceis foliis, ſ. arundinaceæ, *Betula.*
XXVII. arbores coniferæ, *Abies.*
XXVIII. arbores non coniferæ, *Buxus.*
XXIX. arbores pomiferæ umbilicatæ ſ. fructu umbilicato, *Sorbus.*
XXX. --- bacciferæ umbilicatæ polypyrenæ, *Ribes.*
XXXI. — bacciferæ umbilicatæ monopyrenæ, *Viburnum.*
XXXII. arbores pruniferæ, *Prunus, Ceraſus.*
XXXIII. arbores bacciferæ non umbilicatæ monopyrenæ, *Viſcum.*
XXXIV. arbores pomiferæ non umbilicatæ, *Citrus.*
XXXV. arbores bacciferæ non umbilicatæ polypyrenæ, *Liguſtrum.*
XXXVI. -- fructu ſicco, non ſiliquoſæ, *Fraxinus.*
XXXVII. -- ſiliquoſæ, flore non papilionaceo, *Mimoſa.*
XXXVIII. ---- ---- flore papilionaceo, *Geniſta.*
XXXIX. arbores anomalæ, *Ficus.*

§. 12.

II. ROYENI claſſes plantarum.

1) *Palmae,* 1) ſpadice ramoſo. e. g. *Coccos.* 2) incompletæ, *Acorus.* 3) ſpatha bifida, *Hydrocharis.* 4) ringentes, *Canna.* 5) Gynandræ, *Orchis.* 6) triandræ, *Iris.*
2) *Lilia,* 1) corolla monopetala. *Hyacinthus.* 2) corolla hexapetala, *Tulipa.* 3) caliculata, *Narciſſus.* 4) polygyna, *Veratrum.*
3) *Gramina,* 1) monogyna, *Scirpus.* 2) digyna ſimplicia, *Milium.* 3) digyna compoſita, *Hordeum.* 4) Diclina, *Carex.*
4) *Amentaceae, Salix,* 1) filamentis diſtinctis, *Alnus,* 2) filamentis connatis, *Pinus.*
5) *Umbelliferae,* umbella ſimplici, *Eryngium.* 2) involucro duplici, *Caucalis, Daucus.* 3) involucro unico. *Cicuta,* 4) involucro nullo, *Anethum.*

6) *Compoſitae* ſemifloſculoſæ, *Hieracium*, 2) capitatæ, *Carduus*. 3) floribus nudis, *Gnaphalium*. 4) floribus radiatis, *Aſter*.

7) *Aggregatæ* 1) monopetalæ, *Scabioſa*, 2) pentapetalæ, *Statice*.

8) *Tricoccae* 1) hermaphroditæ, *Euphorbia*, 2) androgynæ, *Ricinus*. 3) mares & feminæ, *Mercurialis*.

9) *Incompletae* 1) flore nudo, *Hippuris*, 2) flore bifido, *Coriſpermum*. 3) flore trifido, *Aſarum*. 4) flore quadrifido, *Urtica*. 5) flore quinque fido, *Polygonum*. 6) flore ſex fido, *Rumex*. 7) flore octifido, *Alchemilla*. 8) flore bis ſex fido, *Hura*.

10) *Fructiflorae* 1) floribus absque umbella ſparſis, *Valeriana*. 2) floribus umbellatis ſ. racemoſis, *Viburnum*. 3) floribus quinquefidis, *Campanula*. 4) floribus quadrifidis, *Adoxa*. 5) floribus trifidis, *Cliffortia*, 6) floribus indiviſis, *Ariſtolochia*. 7) floribus ſtellatis, *Aparine*.

11) *Caliciflorae* 1) floribus monopetalis, *Bryonia*. 2) floribus tetrapetalis, *Philadelphus*, 3) floribus pentapetalis, *Ceraſus*. 4) floribus octopetalis, *Dryas*. 5) floribus polypetalis, *Cactus*.

12) *Ringentes* 1) angioſpermæ, *Antirrhinum*, 2) gymnoſpermæ, *Lamium*.

13) *Siliquoſae* 1) ſiliqua ſubrotunda, *Thlaſpi*. 2) ſiliqua longiſſima, *Cheiranthus*.

14) *Columniferae* 1) calice ſimplici, *Geranium*. 2) calice duplici, *Althæa*.

15) *Leguminoſae*, 1) legumine regulari, *Vicia*. 2) legumine irregulari, *Medicago*.

16) *Oligantherae* 1) ſtaminibus duobus, *Syringa*. 2) ſtaminibus tribus, *Cheiranthus*. 3) ſtaminibus quatuor, *Plantago*. 4) ſtaminibus quinque aſperifoliæ, *Borrago*. 5) ſtaminibus quinque, folliculaceæ, *Aſclepias*, 6) ſtaminibus 5. pericarpio uniloculari, *Lyſimachia*. 7) ſtaminibus 5. pericarpio multiloculari, *Verbaſcum*. 8) ſtaminibus 6. *Berberis*. 9) ſtaminibus 7. *Trientalis*.

17) *Diploſantherae*, 1) antheris bicornibus, *Erica*. 2) floribus caryophyllæis, *Dianthus*, 3) ſtaminibus erectis, *Saxifraga*. 4) ſtaminibus declinatis, *Eſculus*.

18) *Polyantherae*, pericarpio ſimplici, *Papaver*. 2) pericarpio compoſito, *Aquilegia*. 3) pericarpio nullo, *Ranunculus*.
19) *Cryptantherae*, 1) filices, *Equiſetum*. 2) muſci, *Lycopodium*, *Bryum*. 3) Algæ, *Lichen*, 4) fungi, *Phallus*.
20) *Litophyta*, *Spongia*, *Lithoxylon*.

§. 13.

Cell. HALLERI plantarum Claſſes.

I) Plantæ, flore, ſtaminibus & petalis deſtitutæ, ſemine ſolo donatæ, e. g. *Boletus*, *Phallus*.
II) Plantæ, ſtaminibus veris & petalis deſtitutæ, flore aliquo & ſemine donatæ, *Lichen*, *Lycopodium*, *Lunaria*, *Aſplenium*.
III) Plantæ, petalis deſtitutæ, ſemine, flore & veris ſtaminibus donatæ; *Juniperus*, *Salix*, *Atripex*.
IV) Meioſtemones, *Alchemilla*.
V) Diploſtemones, *Chryſoſplenium*.
VI) Polyſtemones, *Mercurialis*, *Ariſtolochia*.
VII) Aquaticæ variæ, *Potamogeton*, *Stellaria*.
VIII) Triſtemones, flore plerumque bifolio, *Gramina*, *Hordeum*, *Lolium*.
IX) Graminibus adfines, *Carex*, *Juncus*.

Ordines cuique Claſſi ab auctore ſubjunctos recenſere non permittit anguſtia hujus compendii.

§. 14.

Cum vero nec paucæ nec parvæ ſint, quæ in completo plantarum ſyſtemate, methodo naturali adſtruendo, hinc inde occurrunt, difficultates. Botanici eo adducti fuerunt, ut, miſſa ejusmodi ſyſtematis cogitatione, plantas ad *ſimplices ordines naturales* ſ. *familias* redigere allaborarent. Et hoc quidem loco principatum tenent Illuſtr. LINNÆVS & Celeberr. ERXLEBEN.

I. LINNÆI ordines naturales ſunt 58.

1) Palmæ e. g. *Coccos*, *Phœnix*, 2) Piperitæ, *Acorus*, *Piper*.
3) Calamariæ, *Scirpus*, *Carex*.
4) Gramina, *Hordeum*, *Avena*, *Poa*.
5) Tripetaloideæ, *Juncus*, *Sagittaria*.
6) Enſatæ, *Gladiolus*, *Iris*.
7) Orchideæ, *Orchis*, *Satyrium*. 8) Scitomineæ, *Curcuma*, *Canna*.

9) Spathaceæ, *Allium*, *Narciſſus*,
10) Coronariæ, *Lilium*, *Tulipa*,
11) Sarmentaceæ, *Convallaria*, *Ariſtolochia*,
12) Holoraceæ, *Beta*, *Polygonum*.
13) Succulentæ, *Sempervivum*, *Sedum*,
14) Gruinales, *Linum*, *Geranium*,
15) Inundatæ, *Potamogeton*, 16) Calicifloræ, *Elaeagnus*,
17) Calicanthemæ, *Epilobium*, *Lythrum*,
18) Bicornes, *Erica*, 19) Heſperideæ, *Philadelphus*,
20) Rotaceæ, *Anagallis*, *Lyſimachia*. 21) Preciæ, *Primula*.
22) Caryophylleæ, *Dianthus*, *Saponaria*,
23) Trichilatæ, *Acer*, *Tropaeolum*,
24) Corydales, *Epimedium*, *Impatiens*,
25) Putamineæ, *Capparis*,
26) Multiſiliquæ, *Paeonia*, *Aquilegia*,
27) Rhœadeæ, *Chelidonium*, *Papaver*,
28) Luridæ, *Verbaſcum*, *Hyoſciamus*,
29) Campanaceæ, *Convolvulus*, *Campanula*,
30) Contortæ, *Vinca*, *Aſclepias*. 31) Vepreculæ, *Daphne*,
32) Papilionaceæ, *Phaſeolus*, *Lathyrus*, *Vicia*,
33) Lomentaceæ, *Polygala*,
34) Cucurbitaceæ, *Elaterium*, *Cucurbita*,
35) Senticoſæ, *Alchimilla*, *Potentilla*, *Roſa*,
36) Pomaceæ, *Ribes*, *Cratægus*, *Pyrus*, *Prunus*,
37) Columniferæ, *Malva*, *Althæa*, *Filia*,
38) Tricoccæ, *Euphorbia*, *Mercurialis*,
39) Siliquoſæ, *Lepidium*, *Thlaſpi*, *Raphanus*,
40) Perſonatæ, *Antirrhinum*, *Euphraſia*, *Scrophularia*,
41) Aſperifoliæ, *Borrago*, *Echium*, *Pulmonaria*, *Cynogloſſum*,
42) Verticillatæ, *Origanum*, *Horminum*, *Lamium*, *Galeopſis*,
43) Dumoſæ, *Viburnum*, *Sambucus*,
44) Sepiariæ, *Liguſtrum*, *Syringa*,
45) Umbellatæ, *Cicuta*, *Cherophyllum*, *Carum*, *Pimpinella*,
46) Hederaceæ, *Hedera*, *Vitis*,
47) Stellatæ, *Aſperula*, *Gallium*,
48) Aggregatæ, *Statice*, *Scabioſa*, *Valeriana*,
49) Compoſitæ.
a) Capitatæ, *Carduus*, *Carlina*,
b) Semifloſculoſæ, *Cichorium*, *Hieracium*, *Leontodon*,
c) Diſcoideæ, *Gnaphalium*, *Tanacetum*, *Tuſſilago*,
d) Oppoſitifoliæ, *Helianthus*, *Tagetes*,
e) Nucamentaceæ, *Artemiſia*. *Micropus*,

50) Amen-

50) Amentaceæ, *Salix*, *Quercus*, *Betula*,
51) Coniferæ, *Pinus*, *Juniperus*,
52) Coadunatæ, *Liriodendron*,
53) Scabridæ, *Urtica*, *Cannabis*,
54) Miſcellaneæ, *Reſeda*, *Poterium*,
55) Filices, *Osmunda*, *Adiantum*,
56) Muſci, *Lycopodium*, *Mnium*,
57) Algæ, *Lichen*, *Riccia*, 58) Fungi, *Agaricus*, *Boletus*.

De re botanica meritiſſimus hic Vir minime omnes plantas ad hos ordines naturales adnumerare audet: in ejus vero ſyſtemate artificiali eo amplius & accuratius plantæ fere omnes deſcribuntur ac recenſentur; quæ præ aliis ſyſtematicis prærogativam tenent.

§. 15.

Celeberr. ERXLEBEN *ordines naturales*, ad quos plantas quam plurimas referre allaborat, ſunt 63.

1) *Verticillatæ*, (quirlförmige Pflanzen) e. g. Origanum, Ajuga, Horminum, Lamium, Galeopſis,
2) *Perſonatæ*, (mit Larvenblumen) Verbena, Euphraſia, Scrophularia, Antirrhinum,
3) *Luridæ*, (betäubende Pfl.) Nicotiana, Hyoſciamus, Datura, Solanum,
4) *Sepiariæ*, (bittere Pfl.) Jaſminum, Liguſtrum,
5) *Jalapæ*, (Jalapen) Mirabilis, Valeriana,
6) *Aggregatæ*, (Scabioſen) Dipſacus, Scabioſa,
7) *Caprifoliæ*, (Geisblätter) Lonicera,
8) *Stellatæ*, (geſtirnte Pflanzen) Rubia, Aſperula,
9) *Cucurbitaceæ*, (kürbisartige Pfl.) Bryonia, Cucurbita, Cucumis,
10) *Campanaceæ*, (glocken) Convolvulus, Campanula Viola.
11) *Umbellatæ*, (Dolden) Carum, Scandix, Chærophyllum, Daucus, Caucalis,
12) *Compoſitæ ſemifloſculoſæ*, (Pfl. mit zungenförmigen Blümgen) Tragopogon, Leontodon, Hieracium, Cichorium.
13) *Compoſitæ capitatæ*, (Pfl. mit kopfförmig-zuſammengeſezten Rohrblümgen) Arctium, Carduus, Carlina, Centaurea,
14) *Compoſitæ diſcoidæ*. (Pfl. mit Scheibenblumen) Gnaphalium, Tanacetum, Chryſanthemum, Tuſſilago, Senecio, Bellis,

15) *Com-*

15) *Compoſitæ oppoſitifoliæ*, (Pfl. mit zuſammengeſezten Blumen, und gegeneinander überſtehenden Blättern) e. g. Helianthus, Tagetes.
16) *Compoſitæ nucamentaceæ*, (Pfl mit zuſammengeſezten Blumen und Nüſſen, oder Kapſeln) Artemiſia, Micropus.
17) *Coniferæ*, (zapfentragende Pfl.) Pinus, Juniperus, Equiſetum.
18) *Amentaceæ*, (mit Käzchen) Salix, Quercus, Betula.
19) *Coadunatæ*, (mit faſerichter Wurzel, runden Stamm und Zweigen, der Bewegung der Sonne gleichförmig gedreht) Liriodendrum, Chryſophyllum.
20) *Tricoccæ*, (dreyknöpfige Pfl.) Euphorbia, Mercurialis.
21) *Therebinthinaceæ*, (harzige Pfl.) Piſtacia, Limonia.
22) *Trihilatæ*, (dreynarbige Pfl.) Staphylæa, Tropæolum.
23) *Papilionaceæ*, (Pfl. mit Schmetterlings-Blumen) Polygala, Geniſta, Anthyllis, Trifolium, Lotus, Medicago, Phaſeolus.
24) *Dumoſæ*, (marckige Pfl.) Viburnum, Sambucus.
25) *Drupaceæ*, (Pfl. mit Steinfrüchten) Amygdalus, Prunus.
26) *Pomaceæ*, (Pfl. mit Kernfrüchten) Pyrus, Meſpilus, Cratægus, Ribes.
27) *Senticoſæ*, (dornige Pfl.) Roſa, Rubus, Fragaria, Tormentilla, Geum.
28) *Multiſiliquæ*, (vielſchotige Pfl.) Pæonia, Aquilegia, Delphinium, Trollius, Caltha, Ranunculus, Anemone.
29) *Rhœadeæ*, (mohnartige Pfl.) Berberis, Papaver, Chelidonium, Fumaria.
30) *Siliquoſæ*, (Pfl. mit Schoten) Lepidium, Thlaſpi, Raphanus, Braſſica, Cheiranthus, Heſperis, Eryſimum,
31) *Putamineæ*, (ſchalige Pfl.) Reſeda.
32) *Columniferæ*, (Pfl. mit Säulenblumen) Malva, Althæa, Tilia, Geranium.
33) *Gruinales*, (Storchſchnäbel) Linum.
34) *Succulentæ*, (ſaftige Pfl.) Sempervivum, Sedum, Saxifraga.
35) *Caryophilleæ*, (nelkenartige Pfl.) Dianthus, Saponaria, Lychnis, Statice, Ceraſtium, Stellaria, Alſine.
36) *Preciæ*, (frühjährige Pfl.) Cyclamen, Primula.
37) *Rotaceæ*, (radförmige Blume) Gentiana, Lyſimachia, Anagallis.
38) *Contortæ*, (Pfl. mit zuſammengedrehter Blume) Vinca, Aſclepias.

39) *Aſpe-*

39) *Aſperifoliæ*, (ſcharfblättrige Pfl.) Symphytum, Borrago, Echium, Pulmonaria, Cynogloſſum, Anchuſa, Myoſotis.
40) *Scabridæ*, (rauhe Pfl.) Urtica, Ulmus, Cannabis, Humulus.
41) *Oleraceæ*, (Pfl. mit geballter Blüte) Spinacia, Atriplex, Beta, Amaranthus.
42) *Vaginales*, (Pfl. mit Blatſcheiden) Rumex, Polygonum, Poterium, Plantago.
43) *Vepreculæ*, (Pfl. mit gefärbten Kelchen) Daphne, Oſyris
44) *Bicornes*, (Pfl. mit 2hörnigen Staubbeuteln) Pyrola, Erica, Arbutus.
45) *Arbuſtivæ*, (dichtbewachſene Pfl.) Citrus, Hypericum, Philadelphus.
46) *Calicanthemæ*, (Pfl. mit trocknen Kapſeln) Lythrum, Epilobium.
47) *Calicifloræ*, (Pfl. mit Staubfäden aus dem Kelche) Oſyris, Viſcum.
48) *Inundatæ*, (Waſſer-Pfl.) Potamogeton, Myriophyllum, Hippuris.
49) *Sarmentaceæ*, (ranckige Pfl.) Aſparagus, Ruſcus, Convallaria.
50) *Coronariæ*, (Pfl. mit Kronen ohne Kelche) Tulipa, Lilium, Hyacinthus, Scilla, Ornithogalum.
51) *Spathaceæ*, (Pfl. mit Blumenſcheiden) Colchicum, Levcojum, Narciſſus, Allium.
52) *Scitamineæ*, (einfädige Pfl.) Curcuma, Coſtus.
53) *Orchideæ*, (Orchis-Arten) Epidendron, Satyrium, Orchis.
54) *Enſatæ*, (ſchwerdförmige Blätter) Tradeſcantia, Iris, Gladiolus.
55) *Tripetaloideæ*, (Pfl. mit 3blättrigen Blumenkronen) Sagittaria, Juncus.
56) *Gramina*, (Gräſer) Phalaris, Avena, Poa, Briza.
57) *Calamariæ*, (rohrartige Pfl.) Carex, Scirpus.
58) *Piperitæ*, (pfefferartige Pfl.) Arum, Piper, Callitriche.
59) *Palmæ*, (Palmen-Gewächſe) Phœnix, Elate.
60) *Filices*, (Farnkräuter) Osmunda, Adianthum.
61) *Muſci*, (Mooſe) Lycopodium, Polytrichum.
62) *Algæ*, (Aftermooſe) Lichen, Fucus.
63) *Fungi*, (Schwämme) Boletus, Phallus.

Ipſa vero etiam *natura* ſyſtema quoddam condere videtur. Dividit enim vegetabilia in 7. *Claſſes* ſ. *familias* cuivis facile perſpicuas.

1) *Fun-*

1) *Fungos*, (Pilze, Schwämme,) quæ ſunt plantæ molles, ſucculentæ, membranoſa epidermide tectæ, fibrillis ſubtilibus præditæ, in partes duas, petiolum & pileum diviſæ, ſine foliis, ſemen eſt pulvis ſubtilis, vix viſibilis, in ſubſtantia diſperſus.
2) *Algas*, (Aftermooſe,) his radix, folium & caudex in unum.
3) *Muſcos*, (Mooſe,) his caudex foliis viridibus tectus; his anthera absque filamento, remota a flore femineo, deſtituto piſtillo, ſemina vero propria tunica cotyledonibusque carent.
4) *Filices*, (Farnkräuter,) radix adeſt ſine caudice, ſed e radice progerminans ſtylus folii eſt loco caudicis, frondes ſunt fructificantes averſo latere, granorum minimorum forma.
5) *Gramina*, (Gräſer,) his folia ſimpliciſſima, longitudinaliter acuminata, fibris parallelis compoſita, culmum articulatum vagina quaſi involventia, calix glumoſus, ſemen unicum.
6) *Palmæ*, (Palmen,) his caudex ſimplex, apice frondoſus, fructificationes in ſpadice cum ſpathà.
7) *Plantæ*, ſunt reliquæ plantæ, quæ priores intrare nequeunt familias, dividuntur hæ, in
a) *herbaceas* (Kräuter,) quæ quotannis ſupra radicem pereunt, cum radix omnis herbæ perennis infra terram gemmam proferat:
b) *frutices*, (Sträuche,) his caudex multifidus, ligneus aſcendit ſupra terram absque gemmis.
c) *ſuffrutices*, (Stauden,) his caudices duri lignoſi, quovis anno defloreſcentes, tempore vernali vero noviter e radice ſe evolventes.
d) *Arbores*, (Bäume,) e radice unicus ligneus caudex his aſcendit ſupra terram cum gemmis.

1) Ex his ratione temporis *plantae* quædam ſunt *perennes*, quæ per plures annos e radicibus quovis anno producunt truncos, folia, flores, variasque alias partes. e. g. *Lilium*, *Iris*, *Malva*.
2) *Biennes*, quæ radicibus ſecundo anno adhuc floreſcunt & dein cum radice pereunt. *Tragopogon*, *Secale*.
3) *Annuæ*, quæ primo anno floreſcunt, mox eodem anno plane pereunt. *Phaſeolus*, *Piſum*.

§. 16.

§. 16.

Hactenus de methodo naturali. Supereſt, ut ad delineandam *artificialis methodi* originem & uſum nos convertamus. Plantas adhuc notas ad naturalis ſyſtematis claſſes & ordines cum commode omnes referre non poſſent Botanici, de condendis ſyſtematibus artificialibus cogitarunt, in quibus una, pluresve plantæ partes præcipuum diviſionis objectum conſtituebant, & omnes dein plantas ad ejusmodi claſſem ſ. ordinem referebant, quarum partes determinatas iſtiusmodi diviſioni convenire videbant. Plantarum partes cum diverſimode determinari poſſint & dividi, varia quoque nata ſunt ſyſtemata artificialia, aliis ad diverſam ſtructuram fructus, aliis ad florum ſtructuram, aliis denique ad alias plantæ partes in adornando ſyſtemate reſpicientibus. Genera quidem & ſpecies in methodo artificiali plerique requirunt naturalia, teſte *Linnaeo*, ordines vero & claſſes poſſunt eſſe arbitrariæ. Præcipua *ſyſtemata artificialia*, tyroni ſcitu neceſſaria, ſunt 1) TOVRNEFORTII & 2) Illuſtriſſ. LINNÆI.

§. 17.

I) TOVRNEFORTII plantarum *claſſes*, petalis & ſtaminibus florum fundatæ, ſunt XXII. *Ordines*, a fructu deſumti.

1) Herbæ & ſuffrutices flore monopetalo, campaniformi, *Lilium convallium*, *Convolvulus*, *Malva*, *Cucurbita*, *Campanula*, *Belladona*, *Althaea*, *Aſclepias.*

2) Herbæ & ſuffrutices flore monopetalo, infundibuliformi & rotato. *Nicotiana*, *Primula veris*, *Valeriana*, *Veronica*, *Solanum.*

3) Herbæ & ſuffrutices flore monopetalo, anomalo. *Ariſtolochia*, *Euphraſia.*

4) Herbæ & ſuffrutices flore monopetalo, labiato. *Lamium*, *Marrubium*, *Origanum*, *Teucrium.*

5) Herbæ & ſuffrutices flore polypetalo, cruciformi, *Burſa paſtoris*, *Levcojum*, *Raphanus*, *Chelidonium*, *Paris.*

6) Herbæ & ſuffrutices flore roſaceo, *Papaver*, *Myoſotis*, *Geum*, *Sedum.*

7) Her-

7) Herbæ & ſuffrutices, flore polypetalo, roſaceo, umbellato, *Daucus*, *Chærophyllum*, *Coriandrum*, *Caucalis*.
8) Herbæ & ſuffrutices, flore polypetalo, caryophyllæo, *Linum*, *Statice*.
9) Herbæ & ſuffrutices flore liliaceo, *Colchicum*, *Iris*, *Lilium*, *Tulipa*.
10) Herbæ & ſuffrutices flore polypetalo papilionaceo, *Lathyrus*, *Vicia*, *Lotus*, *Melilotus*, *Medicago*, *Phaſeolus*.
11) Herbæ & ſuffrutices, flore polypetalo, anomalo. *Balſamina*, *Viola*, *Reſeda*, *Delphinium*, *Aquilegia*.
12) Herbæ & ſuffrutices, flore floſculoſo, *Carduus*, *Gnaphalium*, *Scabioſa*.
13) Herbæ & ſuffrutices flore ſemifloſculoſo, *Hieracium*, *Cichorium*.
14) Herbæ & ſuffrutices, flore radiato, *Tuſſilago*, *Millefolium*, *Carlina*.
15) Herbæ & ſuffrutices, flore apetalo ſ. ſtamineo, *Aſarum*, *Atriplex*, *Avena*, *Urtica*, *Cannabis*.
16) Herbæ & ſuffrutices, qui floribus carent, & ſemine donantur, *Aſplenium*, *Osmunda*.
17) Herbæ & ſuffrutices, quorum flores & fructus vulgo deſiderantur, *Muſcus*, *Fucus*.
18) Arbores & frutices flore apetalo, *Fraxinus*.
19) Arbores & frutices flore amentaceo, *Quercus*, *Fagus*, *Almus*, *Betula*.
20) Arbores & frutices flore monopetalo, *Erica*, *Acacia*, *Viburnum*.
21) Arbores & frutices, flore roſaceo, *Berberis*, *Rubus*, *Prunus*, *Ceraſus*, *Pyrus*.
22) Arbores & frutices flore papilionaceo, *Geniſta*, *Cytiſus*.

§. 18.

11) Illuſtr. LINNÆVS in ſyſtemate ſuo artificiali vegetabilia omnia ad *Claſſes*, in ſexu plantarum fundatas, & ad *ordines*, a numero ſtyli ſ. ſtigmatis deſumtos adornare allaboravit.

Cla-

§. 18.

CLAVIS SYSTEMATIS SEXUALIS ILL. LINNÆI, AD CLASSES RESPICIENS

NUPTIÆ PLANTARUM. Actus generationis incolarum Regni vegetabilis.
Floreſcentia.

I. *PUBLICÆ.* Nuptiæ, omnibus manifeſtæ, aperte celebrantur.
Flores unicuique viſibiles. Die Blumen der Pflanzen einem jeden ſichtbar.

1. MONOCLINIA. Mariti & uxores uno eodemque thalamo gaudent.
Flores omnes hermaphroditi ſunt, & ſtamina cum piſtilis in eodem flore.
Zwitter mit Staubfäden und Stempeln in einer Blume.

α. DIFFINITAS. Mariti inter ſe non cognati.
Stamina nulla ſua parte connata inter ſe ſunt.
Die Staubfäden ſind mit keinem ihrer Theile unter ſich verwachſen.

a. INDIFFERENTISMUS. Mariti nullam ſubordinationem inter ſe invicem ſervant.
Stamina nullam determinatam proportionem longitudinis inter ſe invicem habent.
Haben kein genaues Verhältnis der Länge unter ſich.

1. MONANDRIA. Einmännige.
2. DIANDRIA. zwey ---
3. TRIANDRIA. drey ---
4. TETRANDRIA. vier ---
5. PENTANDRIA. fünf ---
6. HEXANDRIA. ſechs ---
7. HEPTANDRIA. Siebenmännige.
8. OCTANDRIA. acht ---
9. ENNEANDRIA. neun ---
10. DECANDRIA. zehn ---
11. DODECANDRIA. zwölf -
12. ICOSANDRIA. zwanzig -
13. POLYANDRIA. vielmännige.

b. SUBORDINATIO. Mariti certi reliquis præferuntur.
Stamina duo ſemper reliquis breviora ſunt. Zwey Staubfäden ſind kürzer als die übrigen.

14. DIDYNAMIA. zweymächtige.
15. TETRADYNAMIA. viermächtige.

β. AFFINITAS. Mariti propinqui & cognati ſunt.
Stamina cohærent inter ſe invicem aliqua ſua parte vel cum piſtillo.
Und mit einem Theil unter ſich, oder mit dem Stempel verwachſen.

16. MONADELPHIA. Einbrüdrige.
17. DIADELPHIA. zwey ---
18. POLYADELPHIA. viel ---
19. SYNGENESIA. Vereinigte.
20. GYNANDRIA. Weibermännige.

2. DICLINIA (a δὶς bis & κλίνη thalamus, duplex thalamus.)
Mariti & Feminæ diſtinctis thalamis gaudent.
Flores maſculi & feminei in eadem ſpecie. Männliche und Weibliche in einer Art.

21. MONOECIA. Einhäuſige.
22. DIOECIA. zwey --
23. POLYGAMIA. Vielehige.

II. CLANDESTINÆ. Nuptiæ clam inſtituuntur.
Flores oculis noſtris nudis vix conſpiciuntur. Nicht kenntlich.

24. CRYPTOGAMIA. Verborgene Ehe.

CLASSIVM CHARACTERES.

I. MONANDRIA. a μόνος unicus, & ἀνὴρ maritus. Maritus unicus in matrimonio.
Stamen unicum in flore hermaphrodito. Ein Staubfaden in einer Zwitterblume.

II. DIANDRIA. Mariti duo in eodem conjugio.
Stamina duo in flore hermaphrodito. Zwey Staubfäden in einer Zwitterblume.

III. TRIANDRIA. Mariti tres in eodem conjugio.
Stamina tria in flore hermaphrodito. Drey Staubfäden in einer Zwitterblume.

IV. TETRANDRIA. Mariti quatuor in eodem conjugio.
Stamina quatuor in eodem flore cum fructu. Vier Staubfäden in einer Zwitterblume.
(Si Stamina 2 proxima breviora sunt, refertur ad Cl. 14.)

V. PENTANDRIA. Mariti quinque in eodem conjugio.
Stamina quinque in flore hermaphrodito. Fünf Staubfäden in einer Zwitterblume.

VI. HEXANDRIA. Mariti sex in eodem conjugio.
Stamina sex in flore hermaphrodito. Sechs Staubfäden in einer Zwitterblume.
(Si ex his Stamina 2 oppositа breviora, pertinet ad Cl. 15.)

VII. HEPTANDRIA. Mariti septem in eodem conjugio.
Stamina septem in flore eodem cum pistillo. Sieben Staubfäden in einer Zwitterblume.

VIII. OCTANDRIA. Mariti octo in eodem thalamo cum femina.
Stamina octo in eodem flore cum pistillo. Acht Staubfäden in einer Zwitterblume.

IX. ENNEANDRIA. Mariti novem in eodem thalamo cum femina.
Stamina novem in flore hermaphrodito. Neun Staubfäden in einer Zwitterblume.

X. DECANDRIA. Mariti decem in eodem conjugio.
Stamina decem in flore hermaphrodito. Zehn Staubfäden in einer Zwitterblume.

XI. DODECANDRIA. Mariti duodecim in eodem conjugio.
Stamina duodecim ad novendecim in flore hermaphrodito. 12 bis 9zehn Staubf. in einer Zwitterbl.

XII. ICOSANDRIA. ab εἴκοσι viginti & ἀνὴρ. Mariti viginti communiter, sæpe plures.
Stamina calici (non receptaculo) insident flori

Hermaphrodito. mehr als Zwölf Staubfäden, welche in den Kelch, nicht in den Boden einer Zwitterblume eingefügt ſind.

XIII. POLYANDRIA. a πολὺς & ἀνὴρ. Mariti viginti & ultra in eodem cum femina thalamo.
Stamina receptaculo inſerta a 20 ad 1000 in eodem, cum piſtillo flore, mehr als Zwölf Staubfäden, die in den Boden einer Zwitterblume eingefügt ſind.

XIV. DIDYNAMIA. a δὶς bis, & δύναμις potentia. Mariti quatuor, quorum 2 longiores, & 2 breviores.
Stamina quatuor: quorum 2 proxima longiora ſunt. Zwey Staubfäden ſind länger.

XV. TETRADYNAMIA. Mariti ſex, quorum 4 longiores in flore hermaphrodito.
Stamina ſex: quorum 4 longiora, 2 autem oppoſita breviora. Vier Staubfäden ſind länger und zwey kürzer.

XVI. MONADELPHIA. a μόνος unicus, & ἀδελφὸς frater. Mariti, ut fratres, ex una baſi proveniunt.
Stamina filamentis in unum corpus coalita ſunt. Die Träger der Staubbeutel ſind in 1 Körper zuſammengewachſen.

XVII. DIADELPHIA. Mariti e duplici baſi, tamquam e duplici matre, oriuntur.
Stamina filamentis in duo corpora connata ſunt. Die Träger der Staubbeutel ſind in zwey Körper zuſammengewachſen.

XVIII. POLYADELPHIA. Mariti ex pluribus, quam duabus, matribus orti ſunt.
Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita. Die Träger der Staubbeutel ſind in 3. oder mehr Körper zuſammengewachſen.

XIX. SYNGENESIA. a σύν ſimul, & γένεσις generatio. Mariti genitalibus fœdus conſtituerunt.
Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita. Die Staubbeutel ſind in einer Walze zuſammengewachſen.

XX. GYNANDRIA. a γυνὴ femina & ἀνὴρ maritus. Mariti cum feminis monſtroſe connati.
Stamina piſtillis (non receptaculo) inſident. Die Staubbeutel ſizen auf dem Stempel, nicht auf dem Boden.

XXI. MONOECIA. a μόνος unicus, & οἰκία domus. Mares habitant cum feminis in eadem domo, ſed

ſed diverſo thalamo. Flores maſculi & feminei in eadem planta ſunt. Männl. und Weibl. auf einer Pflanze.

XXII. DIOECIA. Mares & feminæ habitant in diverſis thalamis & domiciliis.
Flores maſculi in diverſa planta a femineis pronaſcuntur. Männl. und Weibl. auf verſchiedenen Pflanzen.

XXIII. POLYGAMIA. a πολὺς, & γάμος nuptiæ. Mariti cum uxoribus & innuptis cohabitant in diſtinctis thalamis. Flores hermaphroditi & maſculi aut feminei in eadem ſpecie. Zwitter, männliche und weibliche Blumen in einer Art.

XXIV. CRYPTOGAMIA. a κρυπτὸς occultus, γάμος nuptiæ. Nuptiæ clam celebrantur.
Flores intra fructum vel ſingulari modo occultati. Die Theile der Fructification laſſen ſich nicht unterſcheiden.

ORDINES cujuscunque Claſſis.

Claſſ. I. MONANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, zweyw.

Cl. II. DIANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweib. 2. Digynia, zweyweib. 3. Trigynia, dreyweibige.

Cl. III. TRIANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib. 3. Trigynia, 3weibige.

Cl. IV. TETRANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib. 3. Tetragynia, 4weibige.

Cl. V. PENTANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib. 3. Trigynia, 3weibige. 4. Tetragynia, 4weibige. 5. Pentagynia, 5weibige. 6. Polygynia, vielweib.

Cl. VI. HEXANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib. 3. Trigynia, 3weibige. 4. Tetragynia, 4weibige. 5. Polygynia, vielweibige.

Cl. VII. HEPTANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige.

Cl. VIII. OCTANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib. 3. Trigynia, 3weibige. 4. Tetragynia, 4weib. 5. Polygynia, vielweibige.

Claſſ. IX. ENNEANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Trigynia, 3weib.
3. Hexagynia, 6weibige.
Cl. X. DECANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib.
3. Trygynia, 3weibige. 4. Pentagynia, 5weib.
5. Decagynia, 10weibige.
Cl. XI. DODECANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib.
3 Polygynia, vielweibige.
Cl. XII. ICOSANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib.
3 Trygynia, 3weibige. 4. Tetragynia, 4weib.
5. Pentagynia 5weibige. 6. Polygynia, vielw.
Cl. XIII. POLYANDRIA.
Ord. 1. Monogynia, einweibige. 2. Digynia, 2weib.
3. Trigynia, 3weibige. 4. Tetragynia, 4weib.
5. Pentagynia, 5weibige. 6. Hexagynia, 6weib.
7. Polygynia, vielweib.
Cl. XIV. DIDYNAMIA.
Ord. 1. Gymnoſpermia, mit nackenden Saamen.
2. Angioſpermia, mit bedeckten --- --- ---
3. Polypetala, vielblättrig.
Cl. XV. TETRADYNAMIA.
Ord. 1. Siliculoſa, mit Schötgen.
2. Siliquoſa, mit Schooten.
Cl. XVI. MONADELPHIA.
Ord. 1. Pentandria, fünfmännige. 2. Decandria, 10.m.
3. Polyandria, vielmännige.
Cl. XVII. DIADELPHIA.
Ord. 1. Hexandria, 6männige. 2. Octandria, 8männ.
3. Decandria, 10männige.
Cl. XVIII. POLYADELPHIA.
Ord. 1. Pentandria, 5männige. 2. Icoſandria, 20männ.
3 Polyandria, vielmännige.
Cl. XIX. SYNGENESIA.
Ord. 1. Polygamia æqualis, gleiche Vielehe.
2. --- --- ſuperflua, übrige -- ---
3. --- --- fruſtranea, vergebliche ---
4. --- --- neceſſaria, nöthige -- ---
5. --- --- ſegregata, getrennte ---
6 --- --- monogamia, einfache ---
Cl. XX GYNANDRIA.
Ord. 1. Diandria, 2männige. 2. Triandria, 3männige.
3. Te-

3. Tetrandria, 4männige. 4. Pentandria, 5männ.
5. Hexandria, 6männige. 6. Decandria, 10männ.
7. Polyandria, vielmännige.

Claſſ. XXI. MONOECIA.

Ord. 1. Monandria, einmännige. 2. Triandria, 3männ.
3. Tetrandria, 4- --- 4. Pentandria, 5----
5. Hexandria, 6-- --- 6. Polyandria, viel--
7. Monadelphia, einbrüdrige.
8. Polyadelphia, vielbrüdrige.
9. Syngeneſia, vereinigte.

Cl. XXII. DIOECIA.

Ord. 1. Diandria, 2männige. 2. Triandria, 3männige.
3. Tetrandria, 4-- -- 4 Pentandria, 5--- ---
5. Hexandria, 6-- -- 6. Octandria, 8-- -- --
7. Enneandria, 9-- -- 8. Decandria, 10-- -- --
9. Icoſandria, 20- -- 10. Polyandria, viel-- --
11. Monadelphia, einbrüdrige.
12. Syngeneſia, vereinigte.
13. Gynandria, weibermännige.

Cl. XXIII. POLYGAMIA.

Ord. 1. Monœcia, einhäuſige. 2. Dicœcia, zweyhäuſ.
3. Tricœcia, 3häuſige.

Cl. XXIV. CRYPTOGAMIA.

Ord. 1. Plantæ. 2. Filices. 3. Muſci.
4. Algæ. 5. Fungi. 6. Lithophyta.

ORDINES a Feminis ſeu Piſtillis, ut claſſes a Maribus ſeu Staminibus, deſumuntur; in Claſſe Syngeneſiæ autem a cæteris differunt Ordines. e. gr.

MONOGYNIA, einweibige, Digynia, 2weib. Trigynia, 3weib. &c. a γυνὴ femina, præpoſitis numeris græcis μόνος, δὶς, τρεῖς, τέσσαρες. &c.

i. e. *Piſtillum* 1. 2. 3. 4. *&c. Numerus hic piſtilli deſumitur a Baſi ſtyli;* (griffel) *ſi ſtylus autem deficiat, a numero Stigmatum* (narben) *calculus fit.*

POLYGAMIA ÆQVALIS conſtat multis nuptiis, conjugia pura contrahentibus.

i. e. *multis floſculis, ſtaminibus & piſtillis inſtructis. Flores ejusmodi maximam partem vulgo* Floſculoſi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA, ubi thalami vere nuptorum diſcum occupant, & ambitum cingunt thalami meretricum maritis deſtitutarum, ut a maritis uxoratis fœcundentur.

i. e; *ubi floſculi hermaphroditi diſcum occupant, & marginem cingunt floſculi feminei, ſtaminibus deſtituti, idque triplici modo:*

(*a*) SUPERFLUA dicitur, cum feminæ maritatæ fertiles ſunt, & familiam propagare queunt; adeo ut meretricum auxilium videatur ſuperfluum.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur & ſemina proferunt; flores quoque feminei radium conſtituentes ſimiliter ſemina ferunt.*

(*b*) FRUSTRANEA dicitur, cum feminæ maritatæ fertiles ſunt & ſpeciem propagare queunt; Meretrices autem ob defectum vulvæ, veluti caſtratæ, impræegnari nequeunt.

i. e. *cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur & ſemina proferunt; floſculi vero radium conſtituentes, quum ſtigmate careant, ſemina proferre nequeunt.*

(*c*) NECESSARIA dicitur, cum feminæ maritatæ, ob genitalium labem & vulvæ defectum ſteriles, familiam propagare nequeunt; meretricibus autem a maritis feminarum fœcundatis, uxorum locum ſupplentibus, ſobolemque læte propagantibus.

i. e. *cum flores hermaphroditi ob defectum ſtigmatis piſtilli, ſemina perficere nequeunt; floribus autem femineis in radio ſemina perfecta proferentibus.*

§. 19.

(*) *Figuras* claſſium ſyſtematis Linnæi Tabula I. addidi, ut via tanto facilior redderetur iis, qui idem adoptare velint: quemadmodum olim ille ſuo ſyſtemati & generibus plantarum easdem præfixit. Figura 24. repræſentat *Ficus* ſtructuram, ſ. ſuperficiem internam floſculis innumeris ornatam, quam recentior & accuratior obſervatio ad Claſſem 23*tiam* amandavit: quod ii, licet in *Ficu carica* (vulgari) & aliis ſpeciebus calici carnoſo, orificio, ad umbilicum ſquamis munito, vix patulo incluſi, non illico in conſpectum prodeant, nihilofecius calice diſſecto viſibiles ſint: quod in *Ficu indica*, & aliis idem orificium adeo amplum exiſtat, ut digitum admittat. (Linn. amœn. ac. T. I. Diſſ. II. §. VI.)

§. 19.

Enarratis hactenus botanices fatis, tranſimus jam ad plantas, earumque *partes externas* indicandas ac terminis congruis deſcribendas.

De *partibus internis*; de *organiſatione* vitæ plantarum pauca quædam recenſere ex Ill. Linnæi Syſt. Nat. T. II. non videtur a re noſtra alienum eſſe.

VEGETATIO fit radiculis fugentibus tincturam aquoſam Humi, quæ calore quotidie addito pellitur per *Corticem*, unde nutritio Plantæ, exhalante ſuperfluo, deponente interiore pariete *Librum*, quotannis ſecedentem in ſubſtantiam *Ligneam*, ſuſtentaturam Caudicem adſcendentem, intra quam *Medulla* multiplicativa, baſi deliqueſcente, apice infinita, quam concipio faſciculum fibrarum iſoſcelem accreſcentem, in quo vis fortior rumpit extimas fibras, extrorſum divergentes penetrantes in corticem, terminatas gemma ſimiliter multiplicativa; ex obſtaculo corticis oritur *Folium* expanſum, aërem reſpirans, ſolem reſpiciens, motibus venti exercitandum, nunquam renaſciturum; ubi vero vis minus pellens, medullares fibræ convergunt, protrudendo aperiunt ſubſtantiam Corticis in *Calicem*, Libri in *Corollam*, Ligni in *Stamina*, Medullæ in *Piſtillum*, terminante vegetationem nova vita, collectis filis in *Semina* ultima Medullæ.

FLOS, *Planta interior* nuda, exuta Larua Herbæ mera metamorphoſi, inſtar Inſecti alligati volitantis, coleoptrato Calice, alaribus Corollis, conſtat ſolis viſcerum genitalibus Staminibus & Piſtillis, quorum germina adoleſcant in fœcundum ovarii Pericarpium gravidum ovis ſeminum.

FLORESCENTIA ſiſtit nuptias Vegetabilium generantes, dum *Pollen* veſiculare inſperſum rorido *Stigmati*, rumpitur ab humidi contactu, efflatque elaterem, abſorbendum ad Semina, novam vitam reſuſcitando.

GERMINATIO fit diſperſis Seminibus, abſorbentibus aquam, ruptis membranis a bibulis tumentibusque cotyledonibus; dum hæ lactent *Corculum*, usquedum fœtus *Roſtellum* radiculas exſerat, quo erigatur *Plumula* accreſcens in herbam anni, terminatam gemma, intra quam ſecundi anni cum gemmis tertii.

NATVRA creata, continuato Semine, ope elementorum, modificat Terras in *Vegetabilia*; vegetabilia in *Animalia*, nec contra; utraque reſolvit iterum in *Terras*, circulo perenni aucto.

VITA Medullaris, fungoſa, adſcendens, multiplicatione, diviſibilitate terminoque infinita, in creatione accenſa, incarcerata intra *Corpus* Corticale, nutritivum, deſcendens, terrenis adhærens, a primordio ſuo occulte feſtinat lenteque verſus minimam reſiſtentiam ad ſummum ſuum exitum; quo vero hoc ſe coarctans fragilius, eo clauſtra ſua citius referat metamorphoſin ſubituræ, quæque evaſura ſeſe cum corpore copulat, ut in novas diſpergenda vitas circulus perennet.

Plantarum partes *externæ* ſunt,

1. Radix. 2. Truncus. 3. Fulcra. 4. Folia.
5. Flos. 6. Fructus. 7. Gemmæ.

Quævis pars diverſum habet *uſum*.

a) Quatuor priores ſunt plantarum *partes vegetativæ*.
b) Flos & fructus ſunt *partes fructificationis*.
c) Gemmæ *continuationi partium* inſerviunt.

Singulæ hæ partes externæ, aliæ ſub aliis ſchematibus, in plantis deprehenduntur. Ut igitur verbis exprimi & cum aliis communicari poſſet hæc ipſa diverſitas partium externarum, termini requirebantur certi, quos ſequens tabula exhibet.

DE-

TERMINI BOTANICI

EORVMQVE

TRANSLATIO GERMANICA

DESCRIPTIO

ILLVSTRATIO PER EXEMPLA

CVM INDICE

LATINO ET GERMANICO.

DELINEATIO PLANTÆ.

I. THEORIA.

GENUS Nomen *ſelectiſſimum.*
Character naturalis, eſſentialis, artificialis.
Claſſis Ordoque *Syſtematis præſtantiſſimi.*
Ordo naturalis *demonſtrandus.*

SPECIES. Nomen triviale.
Differentia ſpecifica *demonſtranda: certiſſima, breviſſima.*
Synonyma ex deſcriptione *ſ.* figura *ſelecta;* vernacula.

CRITICA. Etymologia nominis *generici, ſpecifici.*
Inventor *cum* tempore.
Eruditio hiſtorica, critica, antiqua.

II. DESCRIPTIO.

RADIX *duratione* annua, biennis, perennis.
figura a. fibroſa, ramoſa, fuſiformis, præmorſa.
b. repens, articulata, dentata, perpendicularis, horizontalis.
c. globoſa, tuberoſa, faſcicularis, palmata.
d. bulboſa, granulata.

TRUNCUS *ſpecie* Caulis, Culmus, Scapus, Stipes.
duratione herbaceus, ſuffruticoſus, fruticoſus, arboreus.
ſolidus, inanis, fiſtuloſus,
menſura a. linearis, unguicularis, pollicaris, palmaris, ſpithameus, dodrantalis.
pedalis, orgyalis.
(proportio *ad folia reliquasque partes.*)
b. craſſities *ex ſimili notiſſimo.*
directione a. erectus, ſtrictus, rigidus, laxus, obliquus, adſcendens, declinatus, incurvatus, nutans, diffuſus, procumbens, ſtoloniferus.
b. ſarmentoſus, radicans, repens.
c. ge-

c. geniculatus, flexuoſus, ſcandens, volubilis: *ſiniſtrorſum, dextrorſum.*

figura a. teres, ſemiteres, compreſſus, anceps, 3-10 angulatus, acutangulus, obtuſangulus.
b. 3-6 gonus, 3-5 queter.

veſtitu nudus, aphyllus, foliatus, vaginatus, ſquamoſus, imbricatus.

ſuperficie a. ſuberoſus, rimoſus, tunicatus,
b. lævis, ſtriatus, ſulcatus,
c. glaber, ſcaber, muricatus, tomentoſus, villoſus, hiſpidus hirtus, piloſus, aculeatus, ſpinoſus, urens.
d. ſtipulatus, membranatus, bulbiferus.

compoſitione a. enodis, ſimpliciſſimus, ſimplex, integer.
b. articulatus, prolifer, dichotomus, brachiatus.
c. ſubramoſus, ramoſus, ramoſiſſimus.
d. virgatus, paniculatus, faſtigiatus.
e. patens, divaricatus.

RAMIS a. ſtructura Caulis, Frondis.
b. alternis, diſtichis, ſparſis. confertis, oppoſitis, verticillatis.
c. erectis, coarctatis, divergentibus, divaricatis, deflexis, reflexis, retroflexis, fulcratis.
d. altitud. caulis, longis, brevibus, patentibus.

FOLIA

determinatione *loco* radicalia, caulina, ramea, axillaria, floralia, ſeminalia.

numero unicum, duo, tria, pauca, plurima.

ſitu a. alterna, diſticha, bifaria, ſparſa, conferta, imbricata, faſciculata, bina, terna, quaterna, quina, confluentia, approximata, remota.
b. oppoſita, decuſſata, ſtellata, verticillata,

dire-

directione a. erecta, ſtricta, rigida, adpreſſa, patentia, horizont. aſſurgentia, inflexa, reclinata, recurvata, revoluta, dependentia.
b. obliqua, adverſa, verticalia, reſupinata.
c. ſubmerſa, natantia, radicantia.
inſertione a. petiolata, peltata.
b. ſeſſilia, adnata, connata, decurrentia, amplexicaulia, perfoliata, connata, coadunata, vaginantia.
ſtructura *figura* a. ſubrotunda, orbiculata, ovata, ovalia.
b. oblonga, parabolica, cuneiformia, ſpatulata.
c. rotundata, lanceolata, ſubulata, linearia, aceroſa.
angulis integra, 3-5angularia, deltoidea, rhombea, trapeziformia.
ſinubus a. cordata, reniformia, lunata, ſagittata, haſtata, runcinata, panduriformia.
b. fiſſa, 2-5loba, 2-5fida, 3-5partita, palmata, lyrata, pinnatifida, ſinuata, laciniata, ſquarroſa.
margine a. integerrima, crenata, ſerrata, ciliata, dentata, ſpinoſa, cartilaginea.
b. repanda, lacera, eroſa, dædalea.
apice a. obtuſa, emarginata, retuſa, præmorſa, truncata.
b. acuta, acuminata, cuſpidata, mucronata, cirroſa.

ſuper-

Ob, loco *obverſe*, e. gr. obcordata, obovata, &c.
Sub, loco *fere*, e. gr. ſubcordata, ſubovata, &c.
Coadunantur ſæpe figuræ ejusdem diviſionis, non vero diverſæ, bene lanceolato-ovata, ovato-lanceolata &c.
male lanceolato-acuta, ovato-mucronata.

ſuperficie a. pagina : ſuperiore, inferiore, nuda, glabra, nitida, lucida, colorata.
b. nervoſa, trinervia, &c. triplinervia, enervia, lineata, ſtriata, ſulcata,
c. venoſa, rugoſa, bullata, lacunoſa, avenia.
d. punctata, papilloſa, papuloſa, viſcida.
e. villoſa, tomentoſa, ſericea, lanata, barbata, piloſa, ſcabra, hiſpida, aculeata, ſtrigoſa.

expanſione, plana, canaliculata, concava, convexa, cucullata, plicata, undata, criſpa.

ſubſtantia a. *membranacea*, ſcarioſa, gibba, teretia, depreſſa, compreſſa, carinata.
b. compacta, tubuloſa, pulpoſa, carnoſa.
c. triquetra, ancipitia, linguiata, enſiformia. ſubulata, acinaciformia, dolabriformia.

menſura, breviſſima, longiſſima, *reſpectu ad caulem*, *articulosve*.

duratione, decidua, caduca, perſiſtentia. perennia, ſempervirentia.

Compoſitione *Compoſita* articulata, conjugata.
Digitata, binata, ternata, quinata.
Pedata.
Pinnata, bijuga, trijuga, quadrijuga, &c. *cum* impari, abrupte, cirrhoſa.

Foliolis oppoſitis, alternis, interruptis, decurſivis.

Decompoſita, *Supradecompoſita*, bigemina, biternata, bipinnata, tergemina, triternata, tripinnata.

FUL-

FULCRA: Petiolus, Stipulæ, Cirrhus, Pubes, Arma, Bractea, Pedunculus.

PETIOLVS *figura* linearis, alatus, clavatus.
membranaceus, teres, ſemiteres, triqueter, canaliculatus.
magnit. breviſſimus, brevis, mediocris, longus, longiſſimus.
inſert. inſertus, adnatus, decurrens, amplexicaulis, vaginans, appendiculatus.
direct. erectus, patens, aſſurgens, recurvatus.
ſuperf. glaber, aculeatus, nudus. articulatus, ſpineſcens.

STIPVLÆ a. geminæ, ſolitariæ, nullæ.
b. laterales, extrafoliac. intrafoliac. oppoſitifoliæ.
c. caducæ, deciduæ, perſiſtentes, ſpineſcentes.
d. ſeſſiles, adnatæ, decurrentes, vaginantes.
e. ſubulatæ, lanceolatæ, ſagittatæ, lunatæ.
f. erectæ, patentes, reflexæ.
g. integerrimæ, ſerratæ, ciliatæ, dentatæ, fiſſæ.
h. breviſſimæ, mediocres, longæ.

CIRRHVS a. axillaris, foliaris, petiolaris, pedunculares.
b. ſimplex, trifidus, multifidus.
c. convolutus, revolutus.

PVBES a. pili, lana, barba, tomentum, ſtrigæ.
b. ſetæ, ſimplices, hamoſæ, ramoſæ, plumatæ, ſtellatæ.
c. hami, glochides.
d. Glandulæ, Utriculi.
foliaceæ, petiolares, pedunculares, ſtipulares.
e. viſcoſitas, glutinoſitas.

ARMA a. *Aculei* recti, incurvi, recurvi.
b. *Furcae* bifidæ, trifidæ.
c. *Spinae* terminales, axillares, calycinæ, foliares, ſimplices, diviſæ.
d. *Stimuli* pungentes, urentes.

BRACTEÆ a. coloratæ, caducæ, deciduæ, perſiſtentes.
b. una, duæ, plures. c. *Coma.*
d. Foliorum *caetera addenda.*

PEDVNCVLVS partialis (a-e), communis, Pedicellus.
a. *loco* radicalis, caulinus, rameus, petiolaris, cirrhiferus, terminalis, axillaris, oppoſitifol. lateriflorus, interfoliaceus, ſuprafol.
b. *ſitu* alternus, ſparſus, oppoſitus, verticillatus.
c. *numero* ſolitarius, geminatus, umbellula *ſeſſilis.*
d. *directione* adpreſſus, erectus, patens, cernuus, reſupinatus, declinatus, nutans, flaccidus, adſcendens. pendulus, ſtrictus, flexuoſus, retrofractus.
e. *menſura* brevis, breviſſimus, longus, longiſſimus.
f. *multiflorus*, uniflorus, biflorus, triflorus, &c. multiflorus.
g. *ſtructura* teres, triqueter, tetragonus, filiformis, attenuatus, clavatus, incraſſatus, nudus, ſquamoſus, foliatus, bracteatus, geniculatus, articulatus.

INFLORESCENTIA.

Flores terminales, laterales, ſparſi, ſeſſiles, pedunculati, unicus, ſolitarius, terni &c. copioſi, erecti, cernui, nutantes, verticales, horizontales.

a. VERTICILLVS a. ſeſſilis, pedunculatus.
b. nudus, involucratus, bracteatus. c. confertus, diſtans.

b. CAPITVLVM a. ſubrotundum, globoſum, dimidiatum.
b. folioſum, nudum. Faſciculus.

c. SPICA a. ſimplex, compoſ. ſpicillis, glomerata.

b. ova-

b. ovata, ventricoſa, cylind. interrupta.
c. imbricata, articulata, ramoſa linearis, ciliata, foliacea, comoſa.

d. CORYMBVS ſimplex, compoſitus.
e. THYRSVS nudus, foliatus.
f. RACEMVS a. ſimplex, compoſitus.
b. unilateralis, pedatus, conjugatus.
c. erectus, laxus, dependens.
d. nudus, foliatus.
g. PANICVLA Trunci ſtructura.

FRUCTIFICATIO ex *numero*, *figura*, *proportione*, *ſitu*, partium.

Simplex. Compoſita ex Floſculis.

CALYX. *Perianthium* fructificationis, floris, fructus; *Proprium* a. monophyllum, polyphyllum.
b. 2-5fidum, 2-5partitum integrum.
c. tubuloſum, patens, reflexum, inflatum.
d. abbreviatum, longum, *longitud. tubi.*
e. obtuſum, acutum, ſpinoſum, aculeatum.

Commune imbricatum, ſquarroſum, calyculatum.

Involucrum a. univerſale, partiale, proprium.
b. monophyllum, polyphyllum.

Gluma a. uniflora, 2-multiflora.
b. univalvis, bivalvis, multivalvis.
c. colorata, glabra, hiſpida.

Ariſta a. mutica, terminalis, dorſalis.
b. recta, tortilis, geniculata, recurvata.

Amentum ſquamoſum, nudum.
Spatha univalvis, bivalvis, dimidiata.
Calyptra recta, obliqua.
Volva approximata, remotiſſima.

COROLLA *Petali* a. Tubus ſ. Ungues, Limbus ſ. Laminæ.
b. monopetala, 2-6-polypetala.

c. regularis, irregularis, inæqualis.
d. globoſa, campanul. infundibuliform. rotata, hypocrateriformis.
ringens, perſonata: labio ſuperiore & inferiore.
cruciata, concava, patens.
Papilionacea: vexillo, alis, carina.
e. Compoſita: ligulata, tubuloſa, radiata. f. Color.

Nectarium proprium, petalinum.

STAMINA *Filamenta* numero, figura, inſertione: æqualia, inæqualia, connata.
Antherae diſtinctæ, connatæ, laterales.
loculi, apertura.
Pollen figura.

PISTILLVM *Germen* ſuperum, inferum.
Stylus numero, proportione, diviſione, figura.
Stigma numero, figura.

PERICARPIVM *Capſula*: valvulæ, loculamenta, diſſepimenta. bicapſularis &c. bilocularis &c. tricocca.
Siliqua figura, compreſſa, toruloſa, articulata.
Diſſepimentum parallelum, transverſum.
Legumen figura, articulata, 1-2 locularis.
Folliculus univalvis, bivalvis, figura.
Drupa ſucculenta, ſicca
Pomum figura, loculamenta.
Bacca monoſperma &c. nidulantia ſemina.
Strobilus figura totius, ſquamarum.

SEMEN numero, figura, loculis, ſuperficie, conſiſtentia. Hilum, Corculum.
Corona: Pappus: ſtipitatus, capillaris, plumoſus, cauda, hamus, calyculus.
Nux unilocularis, bilocularis &c.
Arillus cartilagineus, ſucculentus.

RECEPTACVLVM fructificationis, floris, fructus.
Commune a. nudum, punctatum, piloſum, paleaceum.
b. planum, convexum, conicum, ſubulatum.

Com-

Compoſitus flos.
Aggregatus flos.
Umbella a. ſimplex, compoſita ex *Univerſali* *Partialique*, prolifera.
b. concava, faſtigiata, convexa.
c. erecta, nutans.
Cyma nuda, bracteata.
Spadix a. uniflorus, multiflorus.
b. ſimplex, ramoſus.

III. HABITUS.

GEMMATIO *Bulbus* ſolidus, tunicatus, ſquamatus, caulinus.
origine petiolaris, ſtipularis, corticalis.
contento foliaris, floralis, communis.

VERNATIO conduplicata, convoluta, involuta, revoluta,
imbricata, equitans, obvoluta, plicata,
reclinata, inclinata, circinalis.

ÆSTIVATIO convoluta, imbricata, conduplicata, valvata, inæquivalvis.

SOMNUS connivens, involvens, circumſepiens, muniens,
conduplicans, includens, divergens, dependens,
invertens, imbricans.

TORSIO a. conformis, difformis.
b. dextra, ſiniſtra, reciproca.
c. reſupinata, circinalis.

VARIATIO coloris, magnitudinis, pubeſcentiæ, ætatis.
Externa: plicata, faſciata.
latifolia, tenuifolia, criſpa.
mutica.
Interna: a. mutilata, grandiflora.
b. multiplicata, plena, prolifera.
c. vivipara, bulbigera.

SPONSALIA Mas, Femina, Androgyna, Hermaphrodita.
Generationis *myſteria*.

SEMINATIO *Seminis* cauda, ala, pappus,
hamuli, gluten, curvatio.
Pericarpii baccatio, inflatio, viſcoſitas, elaſticitas, *ſtructura*.

PLACENTATIO Dicotyledonis, Acotyledonis, Polycotyledonis.

IV. LOCUS.

CLIMA boreale, orientale, occidentale, mediterraneum, auſtrale, indicum, alpinum.
SOLUM marinum, lacuſtre, maritimum, littorale, paluſtre, inundatum, uliginoſum, ceſpitoſum, alpinum, nemoroſum, ſylvaticum, arvenſe, pratenſe, campeſtre, montanum, ruderale, cultum.
TERRA Humus, Argilla, Creta, Arena, Paraſitica.

V. TEMPUS.

GERMINATIO dierum, menſium, annuum, bienne.
FRONDESCENTIA *Vernatio* præcox, æqualis, ſerotina.
Autumnatio. præcox, lenta, cunctanea.
CALENDARIUM. 1. Germinat. Frondeſcentiæ, Floreſcentiæ.
2. Groſſificationis, Maturationis, Meſſis.
3. Exſolationis, Defoliationis, Congelationis.
4. Brumalis, Glacialis, Regelationis.
HOROLOGIUM a. Vigiliæ meteoricæ, tropicæ, æquinoctiales.
b. tempus apertionis, recluſionis.
DURATIO *Plantae* caducæ, ſenſiles, perpetuæ.
Flores ephemeri, tridui, menſtrui.
Fructus præcoces, ſerotini, annui.

VI. QUALITAS.

ODOR inodorus, fragrans, ambroſiacus, alliaceus, aromaticus, viroſus, hircinus, teter.
SAPOR ſiccus, ſtipticus, amarus, ſalſus, acris, aquoſus, pinguis, acidus, dulcis, viſcoſus.
COLOR a. hyalinus, albus, cinereus, niger, luteus, ruber, cæruleus, viridis.
b. mutabilis, autumnalis.
CONSISTENTIA. a. exſucca, carnoſa, ſuccoſa, glutinoſa.
b. aquoſa, viridis, alba, lutea, rubra.

VII.

VII. UTILITAS.

NATURALIS Oeconomia naturæ,
ſympathia l. antipathia.
Pan *mammalium phytiphagorum domeſticorum*,
Pandora *inſectorum.*

ARTIFICIALIS *culinaris*: Radices, Olera, Fructus.
Officinalis a. ſimplicia, præparata,
b. pretium, locus.
Medica: Vires, Viſus.
Oeconomica inſtrumentalis.
paſtoralis, tinctoria
culturæ: cerealium, medicarum,
hortorum, arborum,
ſepium, pratorum.

TERMINOLOGIA BOTANICA

LATINA GERMANICA

NEC NON

TERMINORVM

DESCRIPTIO ET EXEMPLA.

I. RADIX.

1. RADIX (Wurzel,) eſt pars plantæ, qua ad locum natalem adjungitur, quæ plantam nutrit, in terra eſt, ſub terra creſcit.

Radix aliis partibus plantæ adhærens nec terræ eſt *planta paraſitica*, (Schmarozer-Pflanze,) *Epidendrum*, *Viſcum*.

Radix quævis circumdatur Cuticula ſ. Epidermide, (Oberhaut,) denſa, ſæpius pellucida. Sub hac cuticula eſt Cortex, (Rinde,) Lignum, (das eigentliche Holz,) Medulla, (Kern, Mark,) carnoſa, (fleiſchigtes Mark) lignoſa, (holzigtes, troknes Mark.)

In radice occurrit, a) *Caudex deſcendens*, (Hauptwurzelſtamm,) ſub terra ſeſe ſenſim ſubducens, cum ramis, (Aeſten,) fibrillis, (Zaſern,) radiculis ſeu fibrillis minimis (Nebenfaſern.) Ob variam ſtructuram variis nominibus diſtinguitur.

b) *Caudex aſcendens* pars radicis extra terram; in arboribus vocatur *truncus*, (Stamm.)

2. *Duratione* eſt

annua, (einjährig) quæ cum caule quotannis perit, & per ſemina propagatur: *Gramina* plurima, *Phaſeolus*.

biennis, (zweyjährig,) quæ primo anno vegetat, altero fructificat & perit. *Tragopojon*, *Secale*.

perennis, (ausdaurend,) quæ productione novarum gemmarum (166) quotannis novam herbam profert: *Glechoma hederacea*, *Viola odorata*.

3. *Fi-*

Figura

a) *ſimplex* (einfach) figura 129. b. ſi in nullas partes diviſa eſt. *Scabioſa ſucciſa.*

fibroſa, figura 130. b. (dünn zaſericht, faſericht) quæ conſtat tantum radiculis fibroſis, ceu filamentis. *Veronica beccabunga, Plantago lanceolata.*

ramoſa (äſtig) figura 130. a. quæ in laterales ramos dividitur. *Plantago pſyllium.*

fuſiformis (ſpindelförmig, gerade in die Erde kriechend) fig. 129 b. eſt oblonga craſſa, attenuata. *Daucus, Paſtinaca, Raphanus.*

praemorſa, (abgebiſſen, ohne Spize,) eſt deorſum truncata, nec attenuato apice terminata: *Scabioſa ſucciſa, Plantago, Valeriana.*

repens (kriechend) fig. 131. quæ longe ſub terra excurrit, & radiculas hinc inde dimittit: *Triticum repens, Gramen officin.*

articulata, (gegliedert,) internodiis geniculata, vel hinc inde internodiis incraſſata: *Convallaria polygonatum, Triticum repens.*

dentata, (gezähnt, aus mehreren aneinander hangenden Stücken) acumina recta brevia radicis conſiſtentia, ſpatio remota habens.

perpendicularis, (ſenkrecht, pfalförmig:) fig. 129. b. quæ recta deſcendit. *Rapa.*

horizontalis, (wagrecht) qua ſub terra transverſim extenditur. *Iris.*

c) *globoſa*, (rund, kugelförmig) ſubrotunda radiculis lateralibus. fig. 129. a. *Ranunculus. Chaerophyllum. Braſſica rapa.*

tuberoſa, (knollig, knotig,) fig. 128. quæ ſubrotundis conſtat corporibus in faſciculum collectis, e partibus carnoſis filo quaſi connexis. *Paeonia, Helianthus, Solanum tuberoſum*, ſ. eſculentum.

faſcicularis, *faſciculata*, (bündelförmig, aus verſchiedenen miteinander verbundenen fleiſchigten Stücken zuſammengeſezt) colligens filamenta (radiculas) recta parallela approximata, e partibus carnoſis baſi ſeſſili connexis. *Orchis abortiva, Ranunculus ficaria.*

palmata, (handförmig) longitudinaliter in plures partes ſubæquales, lobatas, carnoſas divi-

ſa verſus ortum, ubi cohærent in unum: *Orchis latifolia maculata.*

6. d) *bulboſa*, (zwiebelwurzel) gaudens ſubſtantia ſingulari molliuſcula, ſucculenta: Tunicata, (häutig) *Allium ſativum*, *cepa*: Squamoſa, (ſchuppich), *Lilium*: Duplicata (doppelt *Fritillaria*. Solida, (ganz) *Tulipa*. Bulbus, (Zwiebel) ubi radix craſſior ac truncus, fig. 125.

granulata, (körnig, kleine Körner) conſtans granis bulboſis, numeroſis: ſeu particulis carnoſis adſperſa. *Saxifraga granulata.*

TRVNCVS (Stamm)

7. Eſt pars plantæ ex radice exſurgens ſupra terram fructificationem aut & ſimul folia proferens: Organum multiplicans plantas;

Truncus extrorſum circumdatur *cuticula*, (Oberhaut) ſub hac

Cortex, (Rinde) *Lignum*, (Hartholz) *Liber*, (Splint, die innere Rinde zunächſt am Holze) eſt cortex compactior, e parte cartilaginoſa corticis ortus, a ligno ipſo per telam celluloſam ſeparatus.

Vaſa cartilaginoſa per hyemem majorem duritiei gradum acquiſita, motu ſuccorum frigore fere ſublato, formant *Alburnum*, (neue Holzlage,) Circa lignum plantæ noviter ſe generantes accreſcentiæ *Annulum* formant, quæ ætatem, (Alter, Jahr,) plantæ, arborum inprimis indicant.

Medulla, (Mark,) a qua vita plantæ dependet; in radice medulla hæc plantarum ſub terra format ramos, rami trunci, inciſi in articulo, terræ inſerti, ramos hoc modo ſub terra novos gignunt: Operatio hæc vocatur *Submerſio*, (das Ablägen der Gewächſe.)

Medulla eſt vel *carnoſa*, vel *lignoſa.*

8. *Specie*

Caulis (Stengel) truncus proprius herbæ, & flores & folia elevans: in herbis flexilis, mollis. fig. 116. 117.

Cauleſcens planta, quæ caule inſtruitur.

Acaulis herba, (ſtiellos) cui caulis deeſt & flos immediate radici inſidet.

Cau-

Caudex, in palmis truncus proprius.

Culmus, (Halm bey Gräſern) fig. 114. truncus proprius graminis, elevans folia fructificationemque. *Briza*, *Poa*, *Feſtuca*, *Carex*. (Plantæ *Culmiferae*, *Calamiferae*, (Halmgewächſe.)

Scapus, (Schaft,) fig. 113. truncus univerſalis, ſucculentus, elevans fructificationem, nec folia. *Convallaria majalis*, *Hyacinthus botryoides*, *Tuſſilago farfara*. *Narciſſus*, *Pyrola*.

Stipes, (Strunk, Stiel,) truncus proprius palmis, filicibus, fungis, baſis frondem (24) exſerens; eſt truncus foliis plane circumdatus, ſ. in folia tranſiens.

Duratione.

herbaceus, (Krautartig) quotannis, aut bienniis periens: mollis, flexilis, non lignoſus. *Globularia vulgaris*, *Plantago pſyllium*, *Aſparagus officinalis*.

ſuffruticoſus, *frueſcens*, (ſtaudig) ſi ſtirps, ſeu planta caulem per hyemem ſervet, & in eo germinet, ſi humilis gemmis orbatus. *Solanum dulcamara*.

fruticoſus, (Strauchig) perennis, ſi plures ab una radice duriores & humiliores caules prodeant. *Spartium ſcoparium*, *Echium fruticoſum*.

arboreus, (Baumartig, einſtämmige Pflanze,) ſi ſingularis craſſus, & in magnam proceritatem ſurgat; perennis caudice ſimplici. *Alcea arborea*.

ſolidus, (dicht) interne farctus. Conſtans ſubſtantia, continua, ſolida, medulla compacta. fig, 126. *Sambucus*.

inanis, (locker) nulla ſubſtantia medullari, vel nonniſi maxime poroſa cellulari repletus.

fiſtuloſus, (hohl, röhrig) interne tubuloſus, formans cavum cylindraceum. *Conium maculatum*, *Phellandrium aquaticum*, *Arundo*.

farctus, (voll angefüllt,) qui totus ſubſtantia repletus.

Menſura

) ſecundum longitudinem: Pedis *Pariſini*, *Anglicani*, *Suecici*.

linearis (linea una menſuræ pariſinæ,) eſt lunulæ longitudo ab unguis radice verſus unguem extenſa.

ungui-

unguicularis (lineæ 6, ſive uncia $\frac{1}{2}$)
pollicaris (uncia una pariſ.) eſt longitudo aut diameter extimi articuli pollicis.
palmaris (unciæ 3 pariſ.) diameter 4 digitorum transverſorum parallelorum dempto pollice.
ſpithameus (unciæ 7,) qui æquat ſpatium inter apicem pollicis & indicis extenſum.
dodrantalis (unc. 9.) æquans ſpatium inter apicem pollicis & digiti minimi extenſum.
pedalis (unc. 12.) comprehendens ſpatium a flexura cubiti ad baſin pollicis. *Hieracium, Auricula.*
orgyalis, (pedes 6) valens hexapodam, ſeu humanam altitudinem, menſuram inter manus expanſas. *Malva arborea, Helianthus.*
proportio ad folia, reliquasque partes, ejusdem individui.

b) ſecundum craſſitiem:
exprimitur *ſimili notiſſimo*, v. c. *pollicis*, *femoris*, *capitis humani.*

11. *Directione*, ſ. *Situ.*

a) *erectus*, (gerad, aufrecht) adſcendens recta, fere ad perpendiculum ſe attollens. fig. 117. *Verbaſcum thapſus. Ranunculus aconitifolius, Aſparagus officinalis.*
ſtrictus, (ſenkrecht) nec minimum a recta deflectens, firmus. ſ. perpendicularis absque flexura. *Alcea roſea.*
laxus, (ſchwankend) ex debilitate vel gracilitate flexilis, libere in arcum nutans. *Juncus.*
rigidus, (ſteif) minime flexilis. *Carex vulpina.*
obliquus, (ſchief) oblique ſe erigens, rectus cæterum, nec a perpendiculari aut horizontali linea diſcedens.
adſcendens, (verſchieden gekrümmt, auffteigend) cum quadam curvitate ſucceſſiva ab horizonte ſuperiora verſus recedens, ſ. ramis arcuatim ſurſum verſis. *Vicia cracca, Cytiſus nigricans.*
declinatus, ſ. *inclinatus*, *reclinatus*, (gekrümmt verſchieden, niedergebogen) prius adſcendens, dein terram verſus ſe flectens, flexionis angulo patentiſſimo inſtar carinæ naviculæ, ſ. arcuatim deſcendens. *Potentilla aurea.*

inc ur-

incurvatus, inflexus, (einwärts gekrümmt) dum primum erectus, dein arcuatur. ſ. introrſum nutans.

nutans, (überhängend) parte reflexa perpendiculariter pendula. ſ. apice extrorſum reflexus. Hieracium auricula.

diffuſus, (weitſchweifig) ramis patentibus. *Fumaria officinalis, Geniſta tinctoria.*

procumbens, (geſtreckt, ſeitwärts niederliegend) horizontaliter ſupra terram, debilis terræ innitens. *Anagallis arvenſis. Vinca minor. Ranunculus arvenſis. Aſperugo procumbens.*

decumbens, (niederliegend) primum paulo erectus, dein ſuper terram extenſus. Thymus ſerpyllum.

ſtoloniferus, (Wurzel ſproſſen an der Seite,) ramo gemmifero radices agente, novamque herbam producente: turiones (Wurzel, Sproſſen,) ad radicem edens: *Ajuga reptans, Viola odorata.*

2. b) *ſarmentoſus*, (rankig) ſubnudus, repens, absque radiculis hinc inde demiſſis: ſ. filiformis geniculis radicantibus. fig. 131. *Vitis vinifera, Clematis vitalba.*

Vimina, racemi, (Ranken, Reben.)

radicans, (wurzelnd) ramis radices proferens, ſ. altis ſe affigens radiculis lateralibus. fig. 112. *Hedera helix.*

repens, (kriechend) radiculas hinc inde exſerens procumbendo ſuper terram. *Potentilla anſerina, Lyſimachia nummularia.*

3. c) *geniculatus*, (Knieförmig) internodiis interruptus. *Gramina, Galeopſis.*

flexuoſus, (gebogen) ſecundum articulos horſum vorſum flexus, ſ. a gemma ad gemmam. Solanum dulcamara.

ſcandens, (kletternd) adſcendendo ad vicina corpora, plantas &c. tenaculis ſe ſuſtentans. *Clematis vitalba, Vitis, Hedera helix.*

volubilis, (gewunden) fig. 115. ſpiraliter adſcendens per ramum alienum.

Siniſtrorſum (, ſecundum ſolem vulgo fig. 115. (a ſiniſtra ad dextram.) *Humulus lupulus, Lonicera periclimenum.*

Dextror-

Dextrorſum) , contra motum ſolis : *Convolvulus*, *Phaſeolus*. Si te in centro ſpiræ conſiſtere & meridiem reſpicere concipias.

14. *Figura*

a) *teres*, (rund) qui cylindricus eſt inſtar baculi, angulis deſtitutus. *Ranunculus aconitifolius.*

ſemiteres, (halbrund) ad cylindricum accedens.

compreſſus, (zuſammengedrukt) ut utrinque longitudinaliter ac lateraliter planus ſit. *Potamogeton compreſſum*, *Anagallis latifolia.*

anceps, (zweyſchneidig) angulos duos opponens acutiusculos inſtar gladii ancipitis. Convallaria polygonatum, *Medicago falcata.*

3--10 *angulatus*, (eckigt) pluribus quam duobus angulis cavis longitudinaliter excavatus. *Vaccinium*, *Myrtillus*, Campanula trachelium.

acutangulus, (ſcharfeckig) angulis ſcindentibus acutis: *Scrophularia nodoſa.*

obtuſo angulatus, (ſtumpfeckig) margine angulato obtuſo.

15. b) *di - tri - tetra - penta - hexa - polygonus*, *ſeu triquadr - quinq - ſex - mult - angularis* ex numero angulorum longitudinalium, prominentium, æqualiter a ſe diſtantium. e. g. Trigonus, Ranunculus flammula. Tetragonus, Ajuga alpina.

tri - quadri - quin - queter, 3--4--5 latera plana obtinens, (3--4--5--ſeitig.)

16. *Veſtitu.*

nudus, (nackend) deſtitutus foliis, ſquamis, ſtipulis, aliisque excreſcentiis: ſæpe non abſolute) reſpective ad aliam ſpeciem ita dicitur. fig. 113. *Euphorbia*, *Cactus*, *Cuſcuta.*

aphyllus, (blätterlos) foliis carens. fig. 117.

foliatus, (mit Blättern) foliis inſtructus. fig. 115. *Veronica beccabunga*, Delphinium conſolida.

vaginatus, (mit Blattſcheiden) ſi folia inferius vaginam formant, ſ. foliorum vaginis cinctus. *Iris*, *Carex vulpina.*

ſquamoſus, (ſchuppicht) foliolis ſquamas referentibus. fig. 111. *Lilium.*

imbricatus, (bedeckt) foliis vel foliolis, uno alterum tegentibus, vel uno alteri inſtar tegularum

larum tecti, incumbentibus, ſ. tectus ut ſuperficies non appareat. fig. 115. *Tuſſilago farfara.*

17. *Superficie.*

a) *ſuberoſus*, (korkartig) extus qualitate ſuberis, ſ. cortice molliore exteriore, ſed elaſtico indutus.

rimoſus, (rizig) rimas ſponte agens cortice exteriore.

tunicatus, (hautig) conſtans cortice, tunica quaſi ſuperaddita tecto, ſ. membranis veſtitus. f. 127.

18. b) *laevis*, (eben) ſuperficie æquali. *Ranunculus aconitifolius.*

ſtriatus, (geſtreift) ſulcis, vel coſtis ſuperficialibus exiguis diſtantibus ſecundum longitudinem notatus, ſ. lineis excavatis tenuiſſimis inſcriptus. *Rumex criſpus, & acetoſella, Geniſta tinctoria.*

ſulcatus, (gefurcht) ſulcis profundis, latis, excavatis exaratus.

19. c) *glaber*, (glatt) ſuperficie polita, ſ. lævi lubrica, nuda. *Ranunculus arvenſis, Carex vulpina.*

ſcaber, (rauh) punctis rigidiuſculis eminentibus exaſperatus. *Cannabis, Humulus, Lupulus*, Gallium mollugo.

muricatus, (zackig) ſpinis non pungentibus munitus, ſ. punctis ſubulatis adſperſus. *Fagi ſylvaticae* fructus.

tomentoſus, (filzig) villis intertextis vix conſpicuis tectus: unde ſæpius albidus: plantæ marinæ, & campeſtres ventis expoſitæ. Anemone pulſatilla, Verbaſcum thlapſus.

lanatus, (wollicht) pilis intricatis curvatis, quaſi tela aranearum indutus.

villoſus, (rauhhaarig) pilis mollibus conſpicuis pubeſcens. Teucrium chamepithys, *Ceraſtium vulgatum.*

hirſutus, (zottig) pilis rigidis compactis præditus. *Silene nutans*, Hieracium auricula.

hirtus, (kleinhaarig) ſi pili exigui & longe diſtant. *Ceraſtium ſuffruticoſum, Caucalis, Daucus carota.*

hiſpidus, (ſtachelicht, borſtig) ſetis rigidis aſperſus. *Crepis foetida, Echium vulgare.*

aculea-

aculeatus, (dornicht) fig. 123. aculeis (84) munitus; e cortice excrescentes facile quae completae se separant: constant materia spongiosa, duriori cortice circumdati. *Rosa*, *Berberis*.

pilosus, (haaricht) pilis simplicibus, distinctis, elongatis, obductus. *Lamium purpureum*.

spinosus, (stachelicht) fig. 121. spinis (85) armatus. Prunus spinosa.

urens, (brennend) spicis urentibus praeditus e praematura evolutione gemmae orientes. *Urtica*.

20. d) *stipulatus*, (mit Blattansätzen) stipulis 68) f. 118. b. auctus. *Papilionaceae* seu *Leguminosae* pleraeque. *Amygdalus persica*, Polygonum persicaria.

membranatus, (hautig) s. complanatus more folii, alatus, membranis longitudinalibus instructus. *Scrophularia aquatica*.

bulbiferus, (knollig) corpuscula bulbosa proferens. *Allium scorodoprasum*, *Allium carinatum*, in umbella; *Ranunculus ficaria* in axillis ad ramulorum exortum.

21. *Compositione*

a) *enodis*, *aequalis*, (ohne Knoten) qui continuus est, nec nodis nec geniculis interceptus.

simplex, (glatt, einfach, der keine Aeste hat) continua serie versus apicem extensus. *Aquilegia vulgaris*.

simplicissimus, (sehr einfach) ramis vix ullis apparet.

integer, (ganz, vollkommen) non divisus, simplicissimus ramis vix ullis angustatis.

22. b) *articulatus*, *geniculatus*, (gegliedert) constans articulis fig. 114. qui sunt intervalla juncturis, nodisve (geniculis) distincta. *Oxalis*, *Hibiscus*, *Piper*.

prolifer, (sprossend, mit sprossenden Gipfel) ex apicis centro emittens tantum ramos; Cætera, ut in integro. *Pinus*.

dichotomus, (zweytheilig) fig. 116. bifariam semper divisus: *Valeriana locusta*, *Cerastium suffruticosum*.

brachiatus, (armförmig ins Creuz) fig. 117. ramis decussatim oppositis. *Mercurialis annua*.

23. c) *ſubramoſus*, (halbäſtig) ramis perpaucis lateralibus.
ramoſus, (äſtig) ramis pluribus lateralibus. *Veronica beccabunga.*
ramoſiſſimus, ſ. *ſubdiviſus*, (ſehr äſtig) ramis plurimis absque ordine gravidus. *Gallium ſaxatile.*
d) *virgatus*, (ruthenförmig) ramuſculis inæqualibus debilibus, flexilibus, copioſis, fere faſciculatis præditus. *Betula alba*, *Antirrhinum geniſtifolium.*
paniculatus, (büſchelförmig getheilt) paniculæ (103) modo diviſus. ſ. ramis variis ſubdiviſis.
faſtigiatus, (horizontalgleich) cum ramos ita attollit in faſciculum, ut ſuperne æquales altitudine evadant, ac ſi horizontaliter detonſi eſſent, & ſic *faſtigiati* fiunt flores, cum petioli ita attollunt fructificationes in faſciculum &c. *Dianthus*, *Silene.*
e) *patens*, (abſtehend, klaffend) ſi trunci plures ad radicem enati angulis acutis a ſe divergunt.
divaricatus, (auseinander geſperrt) oppoſitus *coarctato*, caulibus pluribus ad terram enatis a ſe maxime diſtantibus, ſ. a trunco ad angulum obtuſum deſcendentes.

24. *Ramis*, ſ. *Brachiis*, (Aeſte) quæ ſunt partes caulis.
a) *ſtructura caulis*, (Stamm) unde emergunt.
ſtructura frondis, (Zweig) ſ. 108. quæ eſt trunci ſpecies coadunata ex ramo, folio & ſæpius fructificatione filicibus & palmis propria: *Aſplenium ſcolopendria*, *Filix officinalis.*
Subtiles continuationes frondium, vocantur *palmites*, (Reiſer) palmites longæ vocantur *flagella*, (Waſſergeſchoſs, Ruthen) ex his excreſcentes rami in ſequenti anno, *Malleolus*, *Surculus*, *Germen* (Sprößlinge.)

25. b) *alternis*, (wechſelsweiſe) cum unus poſt alterum, tanquam per gradus exit, circa ramum.
diſtichis, (nach zwey Seiten) ſi utrinque e regione ſolum oriuntur. ſ. duo latera rami tantum reſpicientes, licet undique inſerti.
ſparſis, (ohne gewiſſe Ordnung, zerſtreut) ubi plures absque ordine certo prognaſcuntur.
confertis, (gedrängt) cum ita copioſi, ut truncum occupent totum, vix relicto ſpatio contrarii

remotis. ſ. plurima totum fere occultantia ramum vel caulem.

oppoſitis, (gegeneinander überſtehend) cum duo per paria decuſſatim e regione in trunco collocantur.

verticillatis, (geſchöſſig, quirlförmig) cum plures quam duo verticillatim truncum ambiunt, ad genicula.

ternis, *quaternis*, *quinis*, *ſenis*, *ſeptenis*, *octonis*, qui ſpecies numeri verticillatorum ſunt. *Aſperula odorata. Gallium.*

26. c) *erectis*, (aufrecht) qui ad angulum acutiſſimum trunco adſtant, ſ. fere ad perpendiculum. *Delphinium conſolida*, *Helianthus.*

coarctatis, (zuſammengezogen) cum multi ſecundum longitudinem accumbunt trunco, vel angulis acutiſſimis, vel verſus ſummitatem prodeuntes, in directione ſua pergunt.

divergentibus, (abweichend) prioribus oppoſitis, quorum diſtantia juxta extenſionem increſcit, ſ. a trunco ad angulum rectum diſcedentes.

divaricatis, (auseinander geſperrt) ſine ordine angulisque maximis obtuſis a ſe invicem a trunco diſcedunt. *Cucubalus bacciferus.*

deflexis, (abgebogen) curvatis ita, ut extremitate ſua inferiores fiant, in arcum deorſum inclinati.

reflexis, *inflexis*, (rückwärts gebogen) cum extremitate introrſum ad truncum vergunt, ſ. perpendiculariter dependentes.

retroflexis, (hin und her gebogen) contrario modo extrorſum, ſ. horſum vorſum divaricati.

fulcratis, (geſtüzt) ubi deflexi ita, ut ad terram vel radicem usque deſcendant: *Ficus*, *Gallium ſylvaticum.*

27. d) *Altitudine* caulis.

longis, qui caulem longitudine ſuperant.

brevibus, qui caule minores.

patentibus, qui ad angulum acutum exeunt.

FOLIA (Blätter.)

28. Sunt organa motus in plantis: Sunt partes vegetationis cauli vel radici oppoſitæ: & in longi-

gitudinem latitudinem ſeſe extendentes, colore quam maxime viridi.

Folia formantur e cortice, cujus pars ſpongioſa in formam folii extenditur, & vaſis cartilagineis corticis ſub forma nervorum, venarum, circumdatur.

Inter epidermidem duplicem cujuscunque *folii*, erumque leviter adhærentem, eſt *rete*, ſæpe duplex, nflatum ex vaſis minimis, e trunco in folium tranuntibus.

Rete ſuperius, ramis magis cylindricis conflatum, e parte lignoſa trunci, & *inferius* ramis magis planis conſtans, ex interna medullari corticis parte originem ſuam trahere videtur.

Tela cellulosa combinat hæc duo *retia*; inter hanc nt contentæ veſiculæ, ſuccum nutritium plantæ conentes. Superfluum aquoſum, nutritioni plantæ non ſerviens, exhalat e foliis plantarum, multis inprimis æditarum foliis: aquoſum hoc planta ſi non amittit, erſus radicem omne aquoſum tendit & putredini ſubcta eſt talis planta. Multum aquoſi ex aëre quods plantæ folium attrahit: partes nutrientes haud exias planta quævis hoc modo acquirit, probant hoc antæ marcidæ, locis humidis reviviſcentes.

9. DETERMINATIONE, non a propria ſtructura notam adquirit folium, ſed Loco, Situ, Inſertione aut Directione.

Loco (Urſprung nach) quo adnectuntur folia parti plantæ.

1) *radicalia*, (Wurzelblätter) e radice:
2) *caulina*, (Stamm-Stengel Blätter) *e caule*,
3) *ramea*, (Aſtblätter) f. 90. e ramis enaſcuntur.
4) *axillaria*, (Achſelblätter) ex *axillis*, ſcilicet & ramum inter & caulem ex angulo prodeunt ſupra; ſ. quæ ad rami exitum inſeruntur. *Subaxillaria*, (Winkelblätter) infra prodeunt ex angulo &c.
5) *floralia*, (Blumenblatt) f. 91. ad florum exortum inſeruntur, vel & ipſis pedunculis adhærent, perſiſtentia ſua a bracteis caducis diſtincta.

6) *ſeminalia*, (Saamenblätter) f. 88. quæ primo ex ſemine emergunt, caduca. ſ. quæ antea cotyledon fuerunt & primum in planta.

30. NVMERO, 1. 2. 3. pauca, plurima, numeroſa numeroſiſſima, *gemina*, trina, &c. duo, ter ex eodem caule prodeuntia folia.

31. SITV, qui eſt diſpoſitio foliorum in plantæ caule.

a) *alterna*, (25) (wechſelweiſsgeſezte Blätter, abwechſelnd) f. 88. ad 90. 104. per gradus circum ramum exit. unum poſt alterum. *Borrago officinalis*, *Linum uſitatiſſimum.*

diſticha, (25) (in zwey Reihen, zweyzeilig) ſi omnia folia duo latera rami tantum reſpiciunt, licet undique inſerta. *Pinus*, *Abies.*

bifaria, (in zwey Reihen gerad ſtehende) ſi diſticha, angulo recto orta, recta ſe extendunt. ſ. ad latera rami oppoſita tantum enata. *Lycopodium complanatum.*

ſparſa, (zerſtreut) in nulla poſita ordine. *Epilobium anguſtifolium.*

conferta, (gedrängt) ſi numerus tam inſignis ut ramus vel caulis totus obtegatur.

faſciculata, (Buſchblätter in beſondern Büſcheln ſtehende Blätter) f. 107. ſi plura diſtincta folia ex eodem puncto prodeunt. *Pinus larix.*
Species: *bina*, *terna*, *quaterna*, *quina &c.*

imbricata, (wie Dachziegel aufeinander liegend) f. 106. ſi conferta & erecta (33) ut invicem ſe quoad partem dimidiam tegant. *Euphorbia paralias.*

confluentia, (zuſammenhängende) cum diſtincta, baſim verſus acuto angulo connaſcuntur.

coadunata, (zuſammengefügt) quæ invicem annectuntur ut baſi concreſcant.

approximata, (genähert, dicht beyſammen ſtehende) exiguo ſpatio inter ſingulorum exortum relicto, ſ. ad ſe invicem proxime accedentia.

remota, (entfernt von einander) priorum contraria, ſ. ſpatio a ſe invicem diſtantia. *Polypodium fragile.*

82. b) *Oppoſita*, (Gegenblätter, gegeneinander überſtehende) f. 82. ad 86. 103. cum caulina folia

lia duo per paria decuſſatim e regione collocantur. *Veronica teucrium, Epilobium hirſutum.*

decuſſata, (ins Creuz ſtehende Blätter, kreuzförmig) ita diſpoſita oppoſite, ut planta, verticaliter inſpecta, folia quadrifariam vergant.

ſtellata, (ſternförmig, Sternblätter) ſtellis ſimiles.

verticillata, (Wirbelblätter) f. 101. 102. cum folia plura quam duo verticillatim (in eadem altitudine) caulem ambiunt. *Lilium, Martagon.*

Species: terna, quaterna, quina, ſena, octona, pro numero ſtellatorum ad genicula ramorum: 2 und 2, 3 und 3, 4 und 4 &c. *Aſperula odorata.*

ſquamoſa, (Schuppenblätter) ſub forma ſquamarum folia inſerta ſunt cauli.

33. DIRECTIONE.

a) *erecta*, (gerad, aufrecht) arrecta f. 83. quæ ad angulum acutiſſimum cauli aſſident, ſ. fere ad perpendiculum. *Colchicum autumnale.*

ſtricta, (ſenkrecht) augent rectorum, ſeu recta extenſorum ſignificationem, ſ. omnino perpendiculare absque flexura. *Tragopogon pratenſe.*

rectiſſima, idem notant.

rigida, (ſteif) ob firmitatem vix flexilia. *Gallium uliginoſum.*

adpreſſa, (angedruckt) cauli ſecundum totam longitudinem valde arcte accumbunt, ſeu cum diſcus folii approximatur cauli.

patentia, (abſtehend) f. 84. contraria prioribus, ſeu recta ad angulum acutum cauli aſſident. *Erica tetralix, Sedum album.*

horizontalia, (gerade aufſtehend) f. 85. angulo recto a caule diſcedunt. *Lactuca viroſa.*

aſſurgentia, (aufwärts gebogen, aufſteigend) arcuatim erecta, ſeu primum declinata, verſus apicem demum erecta.

inflexa, incurva, (einwärts gebogen) f. 82. dum ſurſum arcuantur verſus caulem.

reclinata, (zurükgebogen, unterwärts gekrümmt) f. 86. quæ deorſum curvantur, ut apices fiant baſi inferiores.

reflexa, oppoſita inflexis.

recurvata, (überwärts gekrümmt) ſita reclinatim, ut arcus ſurſum ſe elevat. *Plantago pſyllium.*

revoluta, (zurük-zuſammengerollt) f. 87. quæ deorſum revolvuntur, ſ. in ſpiram recurvata. *Vaccinium oxycoccos*, *Teucrium ſupinum.*

dependentia, (niederhangende) quæ terram recta apice ſpectant.

declinata, (herunter gebogen) deorſum inflexa inſtar carinæ naviculæ.

34. b) *obliqua*, (ſchräg, ſchief) cum baſis cœlum, apex horizontem reſpicit. *Fritillaria.*

adverſa, (umgedreht, ſeitwärts gewendet) quæ latus non cœlo, ſed meridiei obvertunt. *Amomum.*

verticalia, *obverſa*, (vertical) quorum baſis anguſtior ita, ut baſis concipiatur, ubi nunc apex. e. g. obverſe ovata, obverſe cordata ſ. verticaliter ovata, cordata.

loco *obverſe* ponitur ſimpliciter *ob*, ſicut loco *fere* ponitur *ſub*; ſic:

obovata, *ſubovata*

-- *cordata*, -- *cordata*, *Siſymbrium Naſturtium.*

reſupinata, (verkehrt) cum folii interior ſeu ſuperior pars (alias caulem ſpectans) terram, inferior (averſa) cœlum ſpectat.

35. c) *ſubmerſa*, *demerſa*, (untergetaucht) infra aquæ ſuperficiem abſcondita. *Ranunculus aquatilis.*

natantia, (Schwimmblätter) aquæ ſuperficiei incumbentia. *Nymphaea*, *Potamogeton.*

radicantia ſ. *radicata*, (wurzlend) quæ radices agunt, ſeu quæ radiculas immittunt in ſubſtantia ipſius folii. *Saxifraga cotyledon.*

36. INSERTIONE (Zuſammenhang).

a) *petiolata*, (Stielblätter) f. 93. ſi petiolus (62) annectitur folio, ad marginem baſeos. *Campanula trachelium*, *Verbaſcum nigrum.*

peltata, ſ. *umbilicata*, (ſchildförmig) f. 92. ſi petiolus (non margini ſeu baſi) diſco folii inſeritur. *Tropaeolum majus.*

37. b) *ſeſſilia*, (aufſizend) f. 94. ſi folia petiolo carent, & immediate cauli annectuntur. *Veronica teucrium*, *Chamaedrys*, *Cynogloſſum officinale*, *Saponaria*, *Vaccaria.*

inſer-

inſerta, (in den Stengel eingefügt, auffizend) inſident cauli.

adnata, (angewachſen) f. 94. cum ampliori baſeos ſuperficie annectuntur.

coadnata, (vereinigte Blätter) ſi plura folia inter ſe concreſcunt.

connata, (gegen über ſtehend zuſammengewachſen) f. 98. ubi folia oppoſita (32) inter ſe connata in unum, in baſi utrinque, *Lonicera*, *Eupatorium*.

decurrentia, (herunterlaufend) f. 95. ſi baſis folii ſeſſilis, dein ultra baſin extendatur deorſum per caulem. *Carduus*, *Symphytum officinale*, *Verbaſcum thapſus*.

amplexicaulia, (den Stengel umgebend, den Stamm umfangend) f. 96. ſi baſis folii undique ambiat latera caulis transverſim. *Salvia pratenſis*, *Hyoſciamus niger*.

ſemi - vel ſub - amplexicaulia a prioribus gradu minore differunt. *Hyoſcyamus niger*.

perfoliata, (durchwachſene Blätter, ein Blatt das vom Stengel durchſtochen) f. 97. ſi baſis folii undique cingat transverſim caulem. *Bupleurum rotundifolium*. (ſ. perfoliata off.)

vaginantia, (Scheideblätter) f. 99. ſi baſis folii format tubum cylindricum, caulem veſtientem: *Gramina*, *Polygonum*, *Rumex*.

38. *Structura*.

FIGVRA.

a) *orbiculatum*, (kreisrunde, circulförmig) f. 1. cujus diameter longitudinalis, æqualis transverſalis a peripheria circinnata. *Geranium ſanguineum*.

ſubrotundum, (rundlecht) f. 2. cujus figura orbiculato proxime accedit. *Ranunculus hederaceus*, *Cardamine pratenſis*.

rotundum, (rund) quod angulis privatur: *Polygala amara*.

ovatum, (eyrund, eyförmig) f. 3. cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice vero eodem anguſtiore. *Veronica chamaedrys*, *Salvia officinalis*, *Scabioſa ſucciſa*.

ovale, (oval) ſ. ellipticum, (elliptiſch) f. 4. cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, ſuperiore & inferiore extremitate anguſtiore. *Sedum maximum*, *Vicia ſylvatica.*

39. b) *oblongum*, (länglicht, ablang) f. 5. cujus diameter longitudinalis aliquoties ſuperat transverſalem, & utraque extremitas ſegmento circuli anguſtior. *Salvia pratenſis*, *Verbaſcum nigrum*, *Paeonia officinalis*, *Rumex acetoſa.*

parabolicum, (paraboliſch) f. 110. cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, & a baſi ſurſum anguſtatur in ſemiovatum.

ellipticum, (elliptiſch) lanceolatum, latitudine ovati folii.

cuneiforme, (keilförmig) f. 45. cujus diameter longitudinalis ſuperat transverſalem, & ſenſim deorſum (verſus baſim) anguſtatur. *Apium graveolens*, *Portulaca oleracea.*

ſpathulatum, (ſpatelförmig) f. 109 cujus figura ſubrotunda, baſi anguſtiore lineari elongata.

digitatum, (gefingert) digiti formam continens. *Helleborus viridis*, *Eupatorium cannabinum.*

auritum, (geöhrt) auris formam æquans. *Jungermannia complanata.*

pubeſcens, quod quadam pubis ſpecie notatum eſt. *Plantago media*, *Lonicera xyloſteum.*

teſſellatum, quod maculis teſſellatis pictum eſt.

acutum, (ſpizig) angulum acumine præditum continens. *Scorzonera laciniata.*

40. c) *rotundatum*, *rotundum* (gerundet) quod angulis privatur. *Lactuca ſativa.*

lanceolatum, (lanzetförmig) f. 6. eſt oblongum utrinque ſenſim verſus extremitatem attenuatum: *Gratiola officinalis*, *Gallium aparine*, *Plantago lanceolata*, *Lyſimachia vulgaris*, *Tulipa.*

ſubulatum, (pfriemenförmig) f. 8. eſt inferius lineare, verſus apicem vero ſenſim attenuatum, *Antirrhinum glaucum.*

lineare, (linienförmig, gleich breit) f. 7. æquali ubique latitudine, interdum utraque extremitate tantum anguſtatur. *Gallium verum*, *Peucedanum officinale*, *Dianthus arenarius.*

aceroſum, (Dangeln, Nadelblatt) f. 105. eſt lineare perſiſtens, totum annum durans. *Pinus*, *Juniperus*, *Taxus*, *Abies*.

glanduloſum, quod glandulas inſidentes gerit, in ſerraturis. *Salix perſica*.

41. ANGVLIS,

integrum, (ungetheilt) eſt indiviſum, angulis & ſinubus carens. *Scabioſa ſucciſa*.

triangulare, (dreyeckigt) cum tot anguli prominentes ambiunt diſcum. *Chenopodium rubrum*.

quadrangulare, (4eckig)

quinquangulare, (5eckig)

deltoideum, f. 58. (deltaförmig) rhombeum eſt ex 4 angulis, e quibus laterales minus a baſi diſtant, quam reliqui. *Populus nigra*.

rhombeum, (rhomboidiſch) cujus 4 latera parallela æqualia. *Chenopodium vulvaria*.

trapeziforme, (trapezenförmig) cujus latera nec æqualia, nec parallela.

42. SINVBVS, quoad comparationem.

a) *cordatum*, (herzförmig) f. 10. eſt ovatum (38), baſi excavatum, deſtitutum angulis poſticis. *Veronica teucrium*, *Pulmonaria officinalis*, *Convallaria bifolia*.

reniforme, (nierenförmig) f. 9. eſt ſubrotundum (38) baſi excavatum, angulis deſtitutum. *Campanula rotundifolia*, *Aſarum europaeum*.

lunatum, *lunulatum*, (mondförmig) f. 11. eſt ſubrotundum (38) baſi excavatum, angulis poſticis notatum.

ſagittatum, (pfeilförmig) f. 13. eſt triangulare (41) baſi excavatum, angulis poſticis inſtructum. *Convolvulus arvenſis*, *Rumex acetoſa*, *Erica vulgaris*.

haſtatum, (ſpieſsförmig) f. 15. eſt triangulare (41) baſi lateribusque excavatis, angulis patulis. *Rumex*, *Solanum dulcamara*.

capillare, (haargleich) capillis conveniens.

ſetaceum, (borſtig, ſeitenförmig) ſetæ formam continens. *Aſparagus officinalis*.

runcinatum, (ſchlichthobelförmig) labiis elevatis. *Siſymbrium*, *Iris*, *Eryſimum officinale*.

panduriforme, (geigenförmig) eſt oblongum, (39) inferne latius, lateribus coarctatum.

43. b) *fiſſum*, (geſpalten) eſt diviſum ſinubus linearibus, marginibusque rectis.

2--3--4--5--*fidum* } 2--3--4--5ſpaltig) Spe-
multifidum(vielſpaltig) { cies fiſſi a numero fiſſurarum: Multifidum, *Aeſculus hippocaſtanus*. Trifidum, *Reſeda lutea*.

lobatum, (lappig, in Lappen getheilt) f. 17. 19. eſt diviſum verſus medium in partes diſtantes, marginibus convexis. *Hedera helix*, *Viburnum-opulus*.

2-3-4-5 *lobum* a numero loborum: trilobum, *Reſeda phytevma*. Quinquelobum, *Geranium ſylvaticum*. *Obſolete lobatum*, ſi lobati læve veſtigium monſtret.

partitum, (getheilt) f. 28. eſt diviſum usque ad baſin. *Dracocephalum auſtriacum*.

2--3--4--5. partitum (getheilt) a numero laciniarum; multipartitum, *Ranunculus polyanthemos*.

palmatum, (handförmig) f. 22. eſt longitudinaliter in partes plures ſubæquales diviſum verſus baſin, qua tamen cohærent in unum. ſ. potius in lobos ſubæquales ultra dimidium ſubdiviſum. *Vitis vinifera*, *Ranunculus ſceleratus*.

lyratum, (leyerförmig) f. 76 eſt transverſim diviſum in lacinias ita ut ſuperiores majores ſint, & inferiores remotiores minores. *Geum urbanum*, *Siſymbrium arenoſum*.

pinnatifidum, (ausgezackt, in Querſtücke getheilt) f. 23. eſt transverſim diviſum laciniis horizontalibus oblongis. *Scabioſa arvenſis*, *Heracleum ſphondylium*.

ſinuatum, (ausgehölt) f. 25. quod lateribus ſinus dilatatos admittit. *Hyoſcyamus niger*, *Myagrum perenne*.

diſſectum, ſ. *inciſum*, inciſuras, ſectiones continens. *Liguſticum leviſticum*.

laciniatum, (zerriſſen, zerſtückt) f. 24. varie ſectum in partes, partibus itidem indeterminate ſubdiviſis. *Verbena officinalis*, *Eryngium campeſtre*.

ſquar-

ſquarroſum, (ſparricht) ſi laciniæ in omnem partem divaricantur, ſ. diviſum in lacinias elevatas nec plano parallelas.

44. MARGINE, qui eſt extrema ora folii ad latera, intacto diſco folii.

a) *integerrimum*. (glatträndig, mit einem glatten Rande verſehen) f. 42. cujus margo extimus integer absque omni crena eſt, ſ. margine continuo lineari nec minimum ſecto. *Lonicera xyloſteum.*

crenatum, (ausgezackt, gekerbt) f. 38. cujus margo angulis neutram extremitatem reſpicientibus ſecatur. *Ajuga reptans*, *Teucrium chamaedrys.*

duplicate crenatum, (doppelt gekerbt) angulis minoribus inſertis majoribus. *Ranunculus auricomus.*

inciſum, (geſpalten) diviſum. *Tanacetum vulgare.*

obtuſe inciſis f. 36. obtuſis
acute f. 35. acutis
} angulis.

duplicate f. 33. angulis ipſis rurſus eodem modo ſectis.

ſerratum, (ſägförmig, ſägartig gezähnt) f. 31. quod margine inciſo, angulis acutis imbricatis (16) extremitatem reſpicientibus notatur. *Veronica teucrium*, *Primula auricula*, *Rhamnus alaternus*, *Pyrus Malus.*

duplicato-ſerratum, (doppelt ſägförmig) angulis minoribus ſerratis, inſertis majoribus.

ciliatum, (mit Haaren eingefaſst, gefranzt, behaart) f. 50. cujus margo ſetis parallelis longitudinaliter obvallatur. *Erica tetralix*, *Sempervivum tectorum.*

dentatum, (gezähnt) f. 30. quod acumina horizontalia, folii conſiſtentia ſpatio remota habet.

bi -- dri -- quadri -- multidentatum. *Veronica chamaedrys*, *Primula veris.*

ſpinoſum, (ſtachelicht) quod margine exit in acumina duriora, rigida, pungentia. *Acacia*, *Dracocephalum auſtriacum.*

cartilagineum, (knorplicht) f. 34. cujus margo cartilagine, a ſubſtantia folii diverſiſſima firmatur.

45. b) *repandum*, (ausgeſchweift) f. 29. margine flexuoſo attamen plano, ſ. cujus margo angulis ejusque interjectis ſinubus, circuli ſegmento inſcriptis terminatur. *Chenopodium glaucum*.

lacerum, zerriſſen) quod margine varie ſectum eſt, ſegmentis difformibus.

croſum, (zernagt) f. 21. cum folium ſinuatum (43) margine, ſinus alios minimos obtuſos, laciniasque inæquales adquirit. *Chenopodium album.*

daedaleum, (verworren) (*Daedalus*) ingenio fabræ celeberrimus artis. Ovid. Si & repandum, flexuoſum lacerumque ſimul.

46. APICE.

a) *obtuſum*, (ſtumpf) f. 40. quod terminatur quaſi intra ſegmentum circuli. *Rumex obtuſifolius*, *Sedum album.*

emarginatum, (ausgeſchnitten, ausgezackt) f. 45. quod terminatur crena. *Acer campeſtre.*

retuſum, (zugeſtumpft) fig. 46. quod terminatur ſinu obtuſo. *Potentilla verna*, *Vicia ſativa.*

praemorſum, (abgebiſſen) quod obtuſiſſimum terminatur inciſuris inæqualibus.

truncatum, (abgeſtuzt, abgeſchnitten) quod linea transverſali definit. *Convolvulus ſepium.*

47. b) *acutum*, (ſpizig, ſcharf) f. 41. quod terminatur angulo acuto. *Convolvulus arvenſis*, *Rumex criſpus.*

acuminatum, (ſcharf zugeſpizt) f. 42. quod terminatur apice ſubulato. (40) *Lamium album.*

cuſpidatum, (pfriemenförmig, in eine ganz feine Spize geendigt, lang oder zart geſpizt) eſt acuminatum, ſed acumine (non folii conſiſtentia) rigidiuſculo. ſ. terminatum apice ſetaceo.

mucronatum, (an der Spize ſtachlicht, ſteif geſpizt) ſpecies prioris, ſed acumine longiori pungente, ſ. terminatum mucrone exſtante: *Gallium uliginoſum*, *Aparine.*

cirrhoſum, (gablicht) f. 72. 73. quod terminatur cyrrho. *Lathyrus.*

48. SVPERFICIE.

a) *pagina ſuperiore*, quæ caulem ſuperiorem reſpicit, ni folium tortum ſit, utplurimum cœlum.

infe-

inferiore, quæ caulem inferiorem ſeu radicem & terram ſpectat: hæc aliis quoque *pars prona* l. averſa audit.

nudum, (nakend) excreſcentiis piloſis, verrucoſis, ſetis, ſetaceis, &c. deſtitutum. *Daphne cneorum*, *Galega officinalis.*

glabrum, (glatt) quod ſuperficie lævi lubrica eſt absque omni inæqualitate. *Plantago major*, *Primula auricula*, *Datura ſtramonium.*

nitidum, (glänzend) quod glabritie lucidum eſt. *Angelica canadenſis.*

lucidum, (hell) vitri inſtar, major præcedentis gradus, ſ. quaſi illuminatum. *Hypericum perforatum.*

coloratum, (anders als grün gefärbt) quod alium colorem, quam viridem induit: *Amaranthus tricolor.*

49. b) *nervoſum*, (ſ. *enerve*) (nervigt, wenn die Rippen (nervi) nur einfach ohne ſich untereinander zu vereinigen) ſ. 53. cum vaſa ſimpliciſſima absque ramulis extenduntur a baſi verſus apicem. *Scorzonera humilis.*

trinervatum, *trinerve*, (dreyfach aderig) tribus nervis *in baſi* folii concurrentibus. *Dianthus carthuſianorum*, *Stachys annua.*

triplinerve, cum tria vaſa ſingula ſtatim alia tria apice ſuo exporrigunt, ſ. nervoſum tribus nervis *ſupra baſin* concurrentibus.

enerve, (ohne Nerven) quod hujus ſpeciei vaſis caret, ſ. nervoſo trinervato oppoſitum.

lineatum, (mit Linien durchzogen) quod lineas diſtinctas exhibet, (nec tamen profundas, nec eminentes, ſ. nervis depreſſis exclavatum.

ſtriatum, (geſtreift) cum lineæ ſuperficiales excavatæ, longitudinales, parallelæ inſcriptæ ſunt.

ſulcatum, (gefurcht) ſ. 60. quod angulis numeroſis totidemque interjectis ſinubus longitudinaliter exaratur. ſ. lineis profundis excavatum. *Gallium verum.*

50. c) *venoſum*, (adrig, wenn ſie einem Nez gleichen) ſ. 52. cum vaſa diſcurrentia evadunt ramoſiſſima, & anaſtomoſes nudo oculo exhibent. *Viburnum lantana.*

rugo-

rugoſum, (runzlicht) f. 51. cum venæ foliorum contractiores evadunt, quam diſcus, ut interjecta ſubſtantia adſcendat. *Veronica Chamaedrys*, *Primula veris.*

bullatum, (blaſenförmig) naſcitur ex rugoſo, cum diſcus (non ambitus) multiplicetur, ut inter rugas contractas, ab altera parte concavas, adſcendat ſubſtantia inſtar conorum ſubtus concavorum. *Salvia*, *Ocymum baſilicum.*

lacunoſum, (vertieft) quod inſcriptas foveas habet, ſ. diſco depreſſo inter venas interjectas. *Lichen ſaxatilis.*

avenium, (ohne Adern) cum vaſis ramoſis caret, ſ. venoſo oppoſitum.

51. d) *punctatum*, (punctirt, gedipfelt) quod punctis excavatis adſperſum eſt. *Alyſſum montanum*, punctato echinatum, *Hypericum perforatum.*

papilloſum, (warzicht) f. 54. quod tegitur punctis veſicularibus, carnoſis.

papuloſum, (mit kleinen Blaſen bedeckt) tuberculis, ſæpe coloratis, farctis exaſperatum: ſ. tectum punctis veſicularibus.

viſcidum, (klebrigt) humore non fluido ſed tenaci oblinitum. *Senecio viſcoſus.*

52. e) *villoſum*, (zottig, rauh) quod pilis mollibus pubeſcit. *Prunus inſititia*, *Sorbus domeſtica.*

tomentoſum, (filzig) f. 48. villis intertextis vix conſpicuis tegitur, unde ſæpius albidum, uti plantæ marinæ & campeſtres ventis expoſitæ: *Tuſſilago*, *Verbaſcum*, *Cynogloſſum officinale*, *Viburnum lantana.*

ſericeum, (ſeidenartig) quod villis intertextis conſpicuis tectum, ſ. tectum pilis adpreſſis molliſſimis.

lanatum, (wollicht) ſericeum villis attactu & aſpectu rudioribus albeſcentibus, ſ. indutum quaſi tela araneæ, (pilis ſponte curvatis,) *Salvia*, *Sideritis*, *Althaea.*

barbatum, (bartigt) villis pilisve parallelis, prolixis, confertis, fere faſciculatis, inſtar barbæ hirci. *Aſclepias vincetoxicum.*

pilo-

piloſum, (haarigt) f. 47. pilis diſtinctis elongatis tectum ſuperficie. *Hieracium*, *Piloſella*, *Veronica teucrium*, *Juncus piloſus.*

ſcabrum, ſ. *aſperum*, (rauh) cum tubercula rigidiuſcula per diſcum folii ſparguntur. *Gallium aparine*, *Pulmonaria officinalis.*

hiſpidum, *ſtrigoſum*, (ſteif borſtig f. 49. cum ſetæ rigidiuſculæ, fragiles, aſperæ per diſcum folii ſparſæ ſunt. *Lycopſis arvenſis*, *Echium vulgare.*

aculeatum, (ſtachelicht) cum acumina pungentia, rigida occupant diſcum. *Gallium uliginoſum.*

ſtrigoſum, (ſteif dornicht) gradu majori hiſpidum, acuminibus rigidis lanceolatis.

53. EXPANSIONE

planum, (flach) quod utramque ſuperficiem ubique parallelam gerit ſ. æqualem. *Anthericum ramoſum.* *Juncus piloſus*, *Thymus ſerpyllum.*

canaliculatum, (riemenförmig) fig. 61. ex ſulco profundo ſecundum totam longitudinem excavatum in dimidiatum fere cylindrum.

cylindricum, (wellenförmig)

concavum, (hohl, ausgehöhlt, vertieft) cum margo folii arctior fit, quam ut diſcum circumſcribat, unde deprimitur diſcus.

convexum, (erhaben) quod in diſco magis elevatum eſt.

cucullatum, (haubenförmig, kappenförmig) cujus latera baſin verſus arcte connivent, ſuperne apice explicata. *Geranium africanum.*

plicatum. (gefalten) f. 37. cum diſcus folii verſus marginem ad angulos adſcendit & deſcendit, ſ. diſco plicis acutis alternatim flexo: *Alchemilla.*

undulatum, (wellenförmig, erhabene Blätter) cum diſcus folii marginem verſus convexe adſcendit & deſcendit. *Rumex criſpus*, *Inula pulicaria.*

undatum, (ſtumpf geſpalten) ſi diſcus plicis obtuſis alternatim flexus.

criſpum, (kraus) f. 39. ſi peripheria folii evadit major, quam diſcus admittit, ut undulatum fiat, ſ. margine luxuriante ut diſcus evadat lon-

longior, ſua rachi. (*Obſ.* folia criſpa omnia monſtroſa ſunt.)

rugoſum, (runzlicht) f. 51. cum venæ foliorum contractiores evadunt, quam diſcus, ut interjecta ſubſtantia adſcendat. *Salvia.*

54. SVBSTANTIA folii conſideratur ſecundum latera.

a) *membranaceum*, (häutig) quod inter utramque ſuperficiem nulla evidenti pulpa ſcatet, ſ. ſubſtantia propria folii. *Lathyrus ſylveſtris.*

alatum, (an den Seiten bebrämt) aliis præditum.

inſertum, (eingefügt) ſi cauli inſeritur.

ſcarioſum, *aridum*, (trocken) albida, ſicca ſubſtantia, arida, tactu ſonora, alias quid cicatricibus hinc inde exaſperatum, ut eſt liber albus, *Betulae albae*, (vulgaris.)

gibbum, (höckricht) quod utramque ſuperficiem facit convexam mediante copioſiore pulpa. *Sedum acre.*

teres, (rund, kuglicht) f. 62. quod maxima ex parte cylindricum eſt.

Semicylindraceum eſt teres, ſed altero latere longitudinaliter planum. *Allium cepa.*

depreſſum, (eingedruckt) quod in diſco magis deprimitur, quam ad latera.

compreſſum, (zuſammengedrukt) quod a lateribus marginalibus oppoſitis comprimitur, ut ſubſtantia folii major fiat, quam diſcus.

confertum, (gedrängt) cum ita copioſa folia, ut caulem occupent totum. *Antirrhinum linaria.*

carinatum, (rückgrädig, mit einer erhabenen Schärfe, nachenförmig) ſi pars prona (48) diſci prominet longitudinaliter. *Gallium aparine.*

55. b) *compactum*, *craſſum*, (dicht, dick) quod ſubſtantia firma, ſolidaque conſtat.

tubuloſum, *cavum*, (hohlröhrig) quod interne (ſi detruncetur) cavitatem habet.

pulpoſum, (ſaftig, markig) quod interne molli pulpa repletum. *Succulentae plantae*, *Sedum.*

carnoſum, (fleiſchigt) quod interne firmiori fere carnoſa pulpa refertum, inſtar pomi. *Fragaria veſca*, *Antirrhinum glaucum.*

tenue, (dünn) *nervoſum*, (ſenig) nervis præditum.

venoſum, (aderig) veras habens.

56. c)

56. c) *triquetrum*, (dreyſeitig) f. 59. cujus tria latera longitudinalia plana ſunt in folio ſubulato.

anceps, (zweyſchneidig) quod duos angulos prominentes longitudinales, diſco convexiore admittit.

lingulatum, *linguiforme*, (zungenförmig) eſt lineare carnoſum obtuſum, ſubtus convexum, margine ſæpius cartilagineo. *Meſymbryanthemum*, *Aſplenium*.

enſiforme, (ſchwerdförmig) eſt anceps a baſi verſus apicem attenuatum. *Iris pſeudacorus*, *Gladiolus communis*.

ſubulatum, (pfriemenförmig) f. 8. eſt inferius lineare, teres, at verſus apicem ſenſim attenuatum: hocce farctum eſt, illud (40) planum, vix farctum. *Sedum rupeſtre*, *Scorzonera anguſtifolia*.

acinaciforme, (ſäbelförmig) f. 56. eſt compreſſum, carnoſum, altero margine convexo anguſto, altero rectiore craſſiore. *Meſymbrianthemum*.

dolabriforme, (hobelförmig) f. 57. eſt compreſſum, ſubrotundum, obtuſum, extrorſum gibbum, acie acuta, inferne teretiuſculum. *Meſymbrianthemum*.

57. MENSVRA.

relativa breviſſimum, longiſſimum } reſpectu caulis, articulive.

abſoluta (10)

58. DVRATIONE.

1) *deciduum*, (abfallend) ſi ante maturitatem fructus cadit. ſ. peracta unica æſtate caſurum. *Vaccinium*, *Myrtillus*.

2) *caducum*, (hinfällig) brevi decidens nec per integram æſtatem permanens, ante vel ſtatim poſt explicationem floris, i. e. *defoliatio*, ſi autumno decidunt folia, & *frondeſcens*, ſi verno tempore creſcunt.

3) *perſiſtens*, (verbleibend) peracta æſtate non caſurum.

4) *perenne*, (ausdaurend) per aliquot annos virens. *Roſa ſempervirens*.

5) *ſempervirens*, (immer grün) per omnia tempora anni virens. *Vinca pervinca*.

59. COMPOSITIONE, quæ reſpicit folia plura in uno petiolo, ſecundum *ſtructuram* aut *gradus*.
Structura conſiderat foliorum inſertionem.
Folium ſimplex, cum petiolus ſimplex indiviſus unicum profert folium.
compoſitum, (vielfach, zuſammengeſezt) cum petiolus (62) indiviſus, ſ. ſimplex profert plus quam unicum folium, & e plurimis *foliolis* (Blättgen) conſtat. *Ranunculus bulboſus & repens.*
articulatum, (mit Gelenken verſehen, gegliedert) f. 100. cum folium unum alterius ex apice excreſcit.
conjugatum, (gepaartes Blat) f. 73. cum petiolus ſimplex utroque latere annectit foliolum unicum pinnatum.
digitatum, f. 66. (gefingert) cum petiolus ſimplex apice annectit foliola plura. *Ranunculus ſceleratus.*
binatum, (zweyfach) f. 63. eſt digitatum foliolis duobus. *Aſarum europaeum.*
trinatum, *ternatum*, (dreyfach) f. 64. 65. eſt digitatum foliolis tribus.
quinatum, (fünffach) eſt digitatum foliolis quinque. *Ranunculus aconitiſolius.*
pedatum, (fuſsförmig) fig. 67. cum petiolus bifidus latere tantum interiore annectit foliola plura. *Paſſiflora*, *Arum*, *Helleborus niger.*
bijugum, (zweypaarig) eſt pinnatum foliolis ex utroque latere binis.
tri-quadri-quinque-ſejugum &c. (3. 4. 5. 6. paarig) ternis quaternis quinternis & decem &c. foliolis.
pinnatum, (federartig, gefiedert) f. 68. ad 75. cum petiolus ſimplex lateribus annectit foliola plura. *Valeriana officinalis*, *Pimpinella ſaxifraga.*
pinnatum cum impari, (gefiedert mit einem ungepaarten Blättgen) fig. 68. eſt pinnatum, terminatum foliolo impari unico.
pinnatum cirrhoſum, (gefiedert mit Gabeln) f. 72. 73. eſt pinnatum terminatum cirrho. (76)

pinnatum abruptum, (abgebrochen gefiedert) f. 69. eſt pinnatum, terminatum neque cirrho, neque foliolo. *Sine extremo*, (ohne Endblatt) *cum extremo*, (mit Endblatt).

pinnatum oppoſite, (gefiedert mit überſtehenden Blättern) f. 68. 69. foliolis oppoſitis.

pinnatum alterne, (mit wechſelweiſen Blättern) fig. 70. foliolis alternis.

pinnatum interrupte, (ungleich gefiedert fig. 71. foliolis interruptis, iisque alternis minoribus.

pinnatum decurſive, (herunterlaufend gefiedert) fig. 74. foliolis decurrentibus per petiolum.

pinnatum articulate, (gelenkweiſe gefiedert) fig. 75. foliolis ex articulorum juncturis prodeuntibus.

ramoſum, (äſtig) ramis præditum.

alatum, (geflügelt) alis præditum.

0. GRADVS conſiderant ſubdiviſionem petioli communis.

decompoſitum, (gedoppelt, doppelt zuſammengeſezt) cum petiolus ſemel diviſus annectit foliola plura. *Ruta graveolens, Ranunculus arvenſis.*

bigeminum, *bigeminatum*, (zwey-doppelt) cum petiolus dichotomus (22) apicibus annectit foliola quatuor.

biternatum, *duplicato ternatum*, (zweygedritt) f. 77. cum petiolus affigit tria foliola ternata. *Epimedium.*

bipinnatum, *duplicato pinnatum*, (doppelt gefiedert, zweydoppelt) fig. 78. cum petiolus lateribus affigit foliola pinnata. *Anemone pulſatilla & pratenſis, Tanacetum vulgare.*

1. *Supra decompoſitum*, (3fach zuſammengeſezt) cum petiolus aliquoties diviſus annectit plurima foliola. *Spiraea aruncus.*

tergeminum, triplicatobigeminum, (dreyfachgedoppelt) cum petiolus trifidus apicibus annectit foliola quatuor, nempe utroque apice foliola duo, & inſuper ad divaricationem petioli communis foliola 2.

triternatum, *triplicatoternatum*, (dreygedritt) fig. 79. cum petiolus affigit tria foliola biternata.

tripinnatum, *triplicatopinnatum*, (dreyfachgefiedert) f. 80. cum petiolus affigit plura foliola bipinnata.

tripinnatum cum impari, f. 81. (ungleich dreyfa geſiedert) petiolus affigens folia tripinnata æqualiter.

FVLCRA PLANTARVM
(Stüzen der Pflanzen.)

62. Sunt adminicula plantæ pro commodiore ſuſtent tione, quibus licet privata, planta raro per Species, Petiolus, Stipulæ, Cirrhus, P bes, Arma, Bractea, Pedunculus.

Petiolus, Pediculus, (Blätterſtiel) eſt trunci ſp cies annectens & elevans folium nec fructi cationem.

Uniflorus petiolus, (einblümiger Blumenſtiel) un cum florem gerens.

Bi -- tri -- multiflorus, (vielblümiger) varios flor gerens.

Faſtigiati flores cum petioli ita attollunt fructif cationes in faſciculum, ut ſuperne æquale altitudine evadant, ac ſi horizontaliter de tonſi eſſent. *Dianthus*, *Silene*.

Conglomerati flores fiunt, cum petiolus ramoſu flores ferat absque ordine arcte congeſtos c compactos, adeoque oppoſiti paniculæ diffuſa

63. FIGVRA,

linearis, (gleichbreit) planus, ſecundum totam longitudinem æqualiter latus: *Citrus medica* (Limonium off.)

alatus, (gebrämt) qui latere utrinque membrana au ctus eſt, ſ. lateribus dilatatus. *Citrus aurantium*

clavatus, (keulförmig) extremitate ſuperiore versus apicem incraſſatus, ut clavam referat

membranaceus, (häutig) compreſſus tenuis ita, u inter utramque ſuperficiem nulla evidenti pul pa ſcateat.

teres, (rund) (54) *ſemiteres*, (halbrund) illi ac cedens proxime.

angulatus, (eckigt) angulos habens.

triqueter, (dreyſeitig) (56) canaliculatus, (53)

64. MAGNITVDINE.

relativa, *breviſſimus*, *brevis*, *mediocris*, *longiſſimus*, *longus*, habito ſcilicet reſpectu ad ipſius folii extenſionem longitudinalem. Sic

breviſ

breviſſimus, [ſehr kurz] ſi longitudo folii multoties ſuperet longitudinem petioli, ſ. qua magnam partem non attingens longitudinem folii.
brevis, [kurz] ſi nondum longitudinem folii attingit.
mediocris, [mittelmäſſig] ſi longitudo utriusque æqualis.
longus, [lang] ſi longitudinem folii ſuperet.
longiſſimus, [ſehr lang] ſi aliquoties ſuperet longitudinem folii.
abſoluta. [10] [vollkommen]

INSERTIONE

inſertus, [in den Stamm eingefügt, gerade aufgeſezt] ut baſi ſua non latiorem plagam occupet, ac ipſius craſſities eſt, & quaſi junctura articulari adhæreat, ſ. perpendiculariter ramo inſidens. *Arbores.*
adnatus, [oben angewachſen] quando baſi latiori ita cohæret, ut absque laceratione caulis epidermidis avelli nequeat.
decurrens, [den Stamm herunterlaufend.]
amplexicaulis, [den Stamm umhangend.]
vaginans, [37] [in einer Scheide ſtekend.]
appendiculatus, [mit Anhängen verſehen] appendice quadam auctus, ſ. ramentis foliaceis ad baſin. *Dipſacus piloſus.*

DIRECTIONE

erectus, ſ. *arrectus*, [aufrecht.]
patens, [abſtehend.] *aſſurgens*, [auffſteigend.]
recurvatus, [überwärts gekrümmt.]
patulus, [ausgebreitet] ramulos undique diſpergit, ut remotos ferat flores, oppoſitus coarctato.

SVPERFICIE.

glaber, [glatt.] *aculeatus*, [dornicht] [19.]
articulatus, [gegliedert] [22] qui articulo unico inſtruitur. *Oxalis*, *Hibiſcus.*
nudus, [nackend] ſpinis, aculeis orbatus.
ſpineſcens, [ſtachlicht] ſpinas leviores, rariores promens.

STIPVLÆ, [Blattanſäze, Afterblätter, Stüzen] f. 118. b. ſunt ſquamæ baſi petiolorum, aut pedunculorum utrinque enaſcentes. *Papilionaceae*, *Roſa*, *Liriodendron.*

a) *geminae*, [paarweiſe, doppelt] ſi binæ diſtinctæ juxta ſe locentur, ſ. utrinque ſolitariæ plerisque, ſ. duæ & duæ per paria.

ſolitariae, [einzeln] ſi unica ad eandem baſin locata, ſ. ſimplices ſparſæ. *Melianthus* interne. *Ruſcus* externe.

nullae, *aſperifoliae*, Didynamiæ, Orchideæ, *praeſentes*, papilionaceæ, Icoſandriæ.

69. b) *laterales*, [ſeitwärts] ad latus petioli aut pedunculi.

extrafoliaceae, [unter den Blättern] ſi extra & intra folia oriuntur. *Diadelphia*, *Alnus*, *Betula*, *Tilia*.

intrafoliaceae, [über dem Blatt] ſi intra & ſupra folii ortum exiſtunt. *Ficus*, *Morus*.

oppoſitifoliaceae, [gegen dem Blatt über] ſi utrinque foliorum oppoſitorum petiolis adhærent, aut ſi folio e regione opponuntur.

70. c) *caducae*, [bald abfallende, hinfällig] ante foliorum caſum cadentes.

deciduae, [abfallend] cum foliis: *Ceraſus*, *Padus*.

perſiſtentes, [bleibend, über Jahr daurend] adhuc in planta emortua, poſt defoliationem reſtantes: *Diadelphia*, *Icoſandria*, *Polygynia*.

ſpineſcentes, [ſtachlicht] apicibus duris acutis pungentes.

71. d) *ſeſſiles*, [ſizend].

adnatae, [angewachſen] *Roſa*, *Rubus*, *Potentilla*.

decurrentes, [herunterlaufend].

vaginantes, [mit Scheiden]. [37]

72. e) *ſubulatae*, [pfriemenförmig].

lanceolatae, [lanzetförmig].

ſagittatae, [pfeilförmig].

lunatae, [mondförmig] [42].

73. f) *erectae*, [aufrecht]. *reflexae*, [gebogen].

patentes, [abſtehend] [33].

74. g) *integerrimae*, [glatträndig].

ſerratae, [ſägartig gezähnt].

ciliatae, [gefranzt]. *dentatae*, [gezähnt] [44].

fiſſae, [geſpalten] [43].

75. h) *breviſſimae*, [ſehr kurz].

mediocres, [mittelmäſſig].

lon-

longae, [lang] [64] reſpectu petioli foliive, ſi ille deficiat pedunculi.

76. CIRRHVS, [Gabel, ranken] f. 118. a., eſt vinculum filiforme, ſpirale, quo planta tenuis alio corpori alligatur. *Vitis*, *Phaſeolus*, *Bryonia*, *Piſum*.

Capreoli, carbiculæ, viticuli, [Gäblein, Schlingeln].

a) *axillaris*, [Winkelgabel] [29].

foliaris, [Blattgabel] f. 72. 73. enatus ex ſubſtantia folii, & plerumque ex ipſius apice.

petiolaris, [Blattſtielgabel] ex petiolo.

peduncularis, [Blumenſtiel-Gabel] ex pedunculo.

77. b) *ſimplex*, [einfach] non diviſus, continuo extenſus longitudinaliter.

bifidus, [zweyſpaltig].

trifidus, [dreyſpaltig] in 3 partes.

multifidus, [vielſpaltig] in partes diviſus diverſas.

78. c) *convolutus*, [zuſammengerollt] verſus caulem introrſum, in annulos contortus.

revolutus, [zurückgebogen] ſpira dimidio itinere retorta, ſ. a caule extrorſum convolvitur.

79. PVBES, ſ. Pubeſcentia, [Ueberzug] eſt excreſcentia ſ. armatura plantæ, qua ab externis præcipue aëris injuriis defenditur, ſ. hirſuties omnis in planta.

a) *pili*, [Haare] ſunt excreſcentiæ filiformes, valde flexiles, elaſticæ tamen, diſtinctæ, ſ. ductus excretorius plantæ ſetaceus.

lana, [Wolle] ſunt pili curvi, denſi, ſ. eſt excreſcentia filiformis, conſerta, tenerior inſtar telæ araneæ obtegens plantam; defendit a nimio æſtu; *Verbaſcum thapſus*.

barba, [Bart] excreſcentia piloſa, parallela, prolixa, faſciculata ut *hirci*.

tomentum, [Filz] eſt excreſcentia conſtans villis intertextis vix conſpicuis, ſervat plantas a ventis, coloris ſæpius incani. *Populus alba*, *Medicago*.

Incanum, [weiſslecht] quod colorem glaucum habet, & fere argenteum, ex ſuperficie ſingulari prodeuntem.

villus, [fein Haar] eſt excreſcentia piloſa ſed longe tenerior.

ſtrigae, ſunt pili rigidiuſculi planiuſculi, ſ. excreſcentia ſetoſa, rigida, declinata, inſtar linguæ felis, arcent animalcula & linguas. *Hibiſcus.*

ſcabrities componitur particulis vix conſpicuis adſperſis plantarum ſuperficiei.

80. b) *Setae*, [Borſten] ſunt excreſcentiæ pilis ſimiles, ſed rigidæ, inflexiles, erectæ.

ſimplices, [einfach] [77]

hamoſae, [hackenförmig] apice reflexæ, animalibus facile adhærentes.

ramoſae, [äſtig] ſ. *furcatae*, alias rurſus diviſas exerentes; ſubdiviſæ quaſi in ramulos. *Verbaſcum.*

plumatae, ſ. *plumoſae*, [federicht] villoſæ compoſitæ, ſ. inſtar plumæ ex utroque latere oppoſito alias ſimplices, ceu rhachi communi annectentes.

ſtellatae, [ſternförmig] ſi ſetæ ſimplices ſetam communem ambiunt ſ. decuſſatim diſpoſitæ [32]

81. c) *Hami*, [Hacken] ſunt ſetæ apice ſimplici arcuatim reflexæ; ſ. mucrones acuminati curvati. *Arctium lappa. Geum urbanum.*

Glochides, [Widerhacken] ſunt ſetæ apice duplici, [non arcuatim] angulatæ reflexæ: inſtar cuſpidis teli retrorſum aculeati, ſ. mucrones apice retrorſum multidentati.

Triglochides, [dreyfach widerhackend] ſunt glochides tricuſpides.

82. d) *Glandulae*, [Drüſen] f. 118. c. 119. ſunt papillæ humorem excernentes, *Salix alba* [officin.] in foliorum ſerraturis infimis. *Braſſica*, *Cheiranthus*, ad baſin ſtaminum.

Veſiculares, *Meſembrianthimum.*
Globulares, *Atriplex.*
Seſſilis ſtipitata, *Porus.*

Utriculi, [Schlauch] ſunt vaſcula repleta, liquore ſecreto.

Foliaceae, [Blätchen] [f. 118. c.] in foliis ſitæ: tum eorum ſerraturis: *Salix*, ex baſi, Amygdalus communis; tum baſi, *Cucurbita*, *Impatiens*; tum dorſo, *Tamarix*; tum ſuperficie, *Pinguicula.*

Con-

Concavae, [hohl] f. 118. c.
Petiolares, [blätterſtielförmig] f. 119. in petiolis obtinent. *Viburnum opulus.*
Pedunculares, [blumenſtielförmig] in pedunculis.
Stipulares, [blattanſazförmig] in ſtipulis.
Capillares, (haarförmig) *Ribes*, *Antirrhinum*, *Scrophularia*, *Ceraſtium*.

83. e) *Viſcoſitas*, [klebricht] ſi humor craſſus partes obliniat. *Paris*, *Silene*.
Glutinoſitas, [leimig] ſi humor craſſus & tenax partes oblinit & lubricat. *Ceraſtium viſcoſum*, *Senecio viſcoſus*; *Gemmae* foliorum, præcipue plantarum reſinoſarum. *Populus nigra.*
Reſina, [Harz] in ſpiritu vini ſolubilis, in igne comburens, *Therebinthina.*
Gummi, [Kleber, Gummi,] in aqua ſolubilis, non in ſpiritu vini, in igne non comburens. *Gummi* Arabicum, *Ceraſorum*, *Prunorum.*
Gummi reſina, [harzigter Kleber] mixtum e reſina & gummi, aliquid in ſpiritu vini, aliquid in aqua ſolubile. *Aloe.*

84. ARMA, [Waffen] ſunt excreſcentiæ lædentes, quibus ab animalium attactu defenditur planta.
a) *aculei*, [Dornen] f. 122 123. ſunt mucrones pungentes plantæ, ejusdem cortici tantum affixi. *Roſa*, *Berberis*, *Rubus*, *Ribes.*
recti, [gerade] flexuris deſtituti.
incurvi, [einwärts gekrümmt] verſus caulem, introrſum flexi.
recurvi, [auswärts gekrümmt] verſus radicem extrorſum reflexi f. 123.
b) *Furcae*, [Gabeln] f. 123. b. priorum ſpecies, aculei diviſi in plures, baſi uniti: hinc *bifidae*, *trifidae*, a numero diviſionis. *Ribes groſſularia.*

85. c) *Spinae*, [Stacheln] f. 121. ſunt mucro plantæ ex ligno ſeu ipſa ſubſtantia plantæ protruſus: Ramorum, *Prunus ſpinoſa*, *Ononis*, *Cichorium.* Foliorum, *Aloe*, *Carlina*, *Cynara*, *Juniperus.* Calycis, *Carduus*, *Galeopſis.* Fructus, *Agrimonia*, *Datura.*
terminales, [an die Spize des Stammes] in apicibus ramorum, foliorum &c.

axillares, [in die Winkel] [29]
calycinae, [auf dem Kelche] ex ipſo calyce, ejus laciniis foliolisve prognatæ.
foliares, [auf dem Blatte] ex foliis.
ſimplices, [einfach] f. 121. a. [77]
diviſae, [getheilt] f. 121. b. apice partitæ.

86. d) *ſtimuli*, [Brennſpizen] ſunt armatura nonniſi nudas partes lædentes, pungentes, urentes. *Urtica urens.*

87. BRACTEÆ, [Dekblätter, Nebenblätter] f. 120. ſunt folia floralia ſequentis anni, colore & figura recedentia a ceteris, *Tilia*, *Salvia*, *Fumaria bulboſa*, *Horminum.*

a) *coloratae*, [gefärbt] alio quam viridi colore pictæ, *caducae*, [hinfällig] *deciduae*, [abfallend.]
perſiſtentes, [verbleibend] [70] reſpectu florum & fructus.
b) *Una*, *duae*, *plures.*
c) *Coma*, [Zopff] conſtat bracteis, quæ caulem terminant, magnitudine inſignes. *Lavendula*, *Salvia*, *Stoechas*, *Fritillaria*, *Imperialis*, *Bromelia*, *Ananas.*
d) *Caetera*, foliorum attributa ſunt.

88. PEDVNCVLVS, [Blume und Fruchtſtiel] eſt truncus partialis elevans fructificationem, nec folia, elevans florem & truncum.

1. *partialis*, [beſondere Blumenſtiel, wenige Blumen haltend] aliquot flores pedunculi communis proferens. a--e) etiam *pedicellus* dictus [Blumenſtielgen) f. 132. 149. 145. unicam ſuſtentat plerumque fructificationem, vel ex alio communi enatus eſt. f. 135. b.
Scapus, [Blumenſchaft] pedunculus radicatus, caulis faciem induens.

2. *communis*, [allgemein, viele Blumen haltend) f. 163. 164. 165. 167. qui plures fructificationes ſuſtinet, ſ. communis pluribus floribus.

a) *Loco*
radicalis [auf der Wurzel] immediate ex ipſa radice exſurgens.
caulinus, [auf den Stamm] ex caule.
rameus, [auf dem Aſt] ex ramis.

petio-

petiolaris, [auf dem Blatſtiel] ex petiolo enatus. *Hibiſcus.*

cirrhiferus [rankenförmig] promens una cirrhum. [76] *Vitis*, *Cardioſperum.*

terminalis [an der Spize] qui ramum vel caulem terminat.

axillaris [an dem Winkel] [29] ex ala, ſcilicet inter folium & caulem, aut inter ramum & caulem.

oppoſitifolius, [dem Blatt gegen über] qui folio e regione opponitur, *Phytolaca*, *Solanum dulcamara*, *Vitis*, *Geranium*, *Ranunculus aquatilis.*

laterifolius, [dem Blatt zur Seiten] ad latus baſeos folii locatus. *Aſperifoliae* ut *Symphitum*, *Pulmonaria.*

interfoliaceus, [zwiſchen dem Blatt] cum inter folia oppoſita alternatim collocatur. *Aſclepias vincetoxicum.*

ſupraſoliaceus, [über dem Blatt] ſupra folium.

extraſoliaceus, [auſſer dem Blatt] extra folium.

89. b) *Situ*

alternus, [wechſelsweiſe] [31.]

ſparſus, [zerſtreut] ubi plures absque ordine prognaſcuntur.

oppoſitus, [einander gegen über] [32.]

verticillatus, [quirlförmig] ſi plures quam duo in eadem altitudine caulem ambiunt. *Marrubium.*

90. c) *Numero.*

ſolitarius, [einzeln] qui unicus eſt in loco.

geminatus, [doppelt] qui duplex eſt in eodem loco.

umbellula ſeſſilis, [einfache Dolde] quum plures pedunculi ſeſſiles [94] ambitum æqualem facientes ex eodem loco ſeu centro prodeunt.

91. d) *Directione.*

adpreſſus, [angedrückt,] *erectus*, [aufrecht] [33.]

coarctatus, [zuſammengehäuft] cujus idea ad numero plures, ſive in eodem loco ſitos, ſive ſparſos faſtigiantes applicanda eſt, ſi extremitate, quemadmodum baſi parum a ſe diſtant, vel ferme paralleli exiſtunt.

patens, [abſtehend] ſi continuo a ſe magis divergunt, plures ex eodem loco enati.

cernuus, [gebeugt] cum apice incurvatur, ut flos verſus latus alterum vel terram nutet; nec poſſit erectus attolli ob curvaturam ſtrictam pedunculi; *Carduus nutans*, *Helianthus annuus*, *Scabioſa alpina*.

reſupinatus, [verkehrt] [34.]

declinatus, [niedergebogen] [11.]

nutans, [überhängend] [94.]

flaccidus, [welk] cum ita debilis ut a proprio floris pondere dependeat.

adſcendens, [in die Höhe ſteigend] primum paulo declinatus, demum recta ſurſum fertur.

pendulus, [niederhängend] perpendiculariter terram verſus, ſ. laxus ut cum folio deorſum tendat.

ſtrictus, [ſenkrecht] [13.]

flexuoſus, [gebogen] [13] a flore ad florem flexus.

retrofractus, [mit Gewalt heruntergezogen] vi quaſi ad dependentiam redactus.

recurvatus angulo acuto ſtrictiſſimo.

multiflorus, [vielblumig] pro numero florum quos profert pedunculus ſingulus.

Uni-bi-tri-florus &c. [1. 2. 3. blumig.]

92. e) *Menſura*.

relativa, breviſſimus, longus, longiſſimus, reſpectu ad magnitudinem floris 64.

abſoluta, [vollkommen] [10.]

93. f) *Structura*.

teres, [rund] [15] triqueter, [dreyſeitig,] tetragonus, [viereckig] [15. b.]

filiformis, [fadenförmig] tenuis & æqualiter ubique craſſus inſtar fili.

attenuatus, [verdünnt] verſus apicem ſeu florem parum tenuior factus.

incraſſatus, [verdickt] florem verſus, contrarius priori ut plerumque obtinet in floribus cernuis, apice ſenſim majorem molem acquirens, *Tragopogon*.

clavatus, [keilförmig] prope florem clavæ inſtar incraſſatus, verſus apicem.

nudus, [nakend] bracteis, foliis, aut ſquamis, aut quadam pubis ſpecie deſtitutus.

ſquamoſus, [ſchuppicht] [16.]

folia-

foliatus, (blättericht) foliis tectus.
bracteatus, (mit Deckblätter) (87) bracteis instructus.
geniculatus, (knieförmig) (13) internodiis interruptus.
articulatus, (gegliedert) (22.)

INFLORESCENTIA, (Blumenstand.)

94. Est modus quo flores pedunculo plantæ annectuntur. s. quæ pedunculo fructificationem promit.
Flos, (Blume) est ea plantæ pars filamentosa & membranosa, quæ a reliquis colorum elegantia & subtiliori fabrica distinguitur, fructumque semper antecedit. (Schäffer.)
Modus florendi dictus antecessoribus.
Efflorescentia, (Blütezeit) tempus in quo flos adest in planta.
Defloratio, (das Abblühen) tempus quo flores in planta absunt.
Partes floris sunt Calyx, Corolla, Stamen, Pistillum: *Fructus* sunt Pericarpium, Semen, Receptaculum. Partes *fructificationis* sunt flos, fructusque.
Essentia floris in anthera & stigmate constat.
Essentia fructus in semine, quod consistit in corculo, cotyledoni annexo, & ab eodem involuto, dein tunica propria arcte vestitur.
Essentia fructificationis in flore & fructu consistit.
Essentia vegetabilium in fructificatione constat.
Fructificatio gaudet Anthera, Stigmate & Semine.
Fructificatio constat plantarum genitalibus, sic florescentia est generatio; fructus vero generatio, partus. (Linnæus.)

I. in genere Flores,
terminales, (an der Spize des Stengels sizende) (88.)
laterales, (an die Seite des Stengels sizende) lateri caulis affixi.
unilaterales, *secundi*, si unum idemque latus respiciunt.
anomali, (ungleichförmig) *Convallaria poligonum.*
sparsi, (zerstreut) (89.)

sessi-

ſeſſiles, (unmittelbar am Stengel ſizende) pedunculo deſtituti;
pedunculati, (geſtielte) pedunculo inſtructi.
unicus, (einzeln) in eodem caule.
ſolitarius, (einzeln geſtellt) ſeparatus loco a reliquis in eodem caule adſtantibus.
bini-terni-&c. (doppelte, 3fache) copioſi ubi totidem floſculi arcte ſibi aſſident in eadem ſerie: *Daphne*, *Mezereum*.
erecti, (aufrecht) ferme perpendiculariter cœlum reſpicientes.
cernui, (gebückt, bogicht) (61) in arcum directi.
nutantes, (überhängend) terram magis reſpicientes quam cernui.
verticales, (ſcheitelförmig) perpendiculariter terram verſus directi.
horizontales, (waſſergleich) limbo ſuo horizonti paralleli.

95. II. in Specie.
VERTICILLVS, (Knopf, Quirl) f. 166. ſit ex floribus numeroſis ſubſeſſilibus, caulem annulatim ambientibus.
a) *ſeſſilis*, (feſtſizend) ſi floſculi ſeſſiles (94) absque pedicellis manifeſtis.
pedunculatus, (geſtielt) (94) pedunculis flores elevantibus.
b) *nudus*, (nackend) involucris bracteis &c.
bracteatus, (mit Deckblätter,) bractea inſtructus. (87)
involucratus, (umhüllt) involucro (112) munitus.
c) *confertus*, (dichte gedrängt,) conſtans floſculis plurimis, denſe arcteque conjunctis, ſ. pedunculis approximatis.
diſtans, (los, entfernt) modo priori contrario, ſ. pedunculis remotis.

96. CAPITVLVM, (Köpfgen, Büchſe) conſtat floribus plurimis in globum ferme congeſtis. *Trifolium*.
a) *ſubrotundum*, (halbrund, rundlecht) accedens figuræ ſphæricæ, fere globoſum.
globoſum, (kugelförmig) ſphæram adæquans, ab omni parte rotundatum.
dimidiatum, (geſpalten, halb kugelförmig) ſi capituli dimidium exhibeat, ſ. ab altera parte rotundum, ab altera planum.

b) *fo-*

b) *foliosum*, (blätterig) cui foliola vel accumbunt vel interserta sunt. s. foliis intermixtis floribus.

nudum, (nackend) foliis & setis destitutum.

fasciculus, (bund, bündelweise) colligit flores erectos, parallelos, fastigiato (23) approximatos. *Dianthus barbatus.*

97. SPICA, (Aehre) s. 165. constat floribus sessilibus, sparsim alternis, pedunculo communi simplici assidentibus.

spicula, (Aehrgen) graminibus est partialis spica, quam locustam dixere alii.

secunda, (einseitig) floribus ad unum latus versis.

districha, (getheilt) floribus ad utrumque latus spectantibus.

a) *simplex*, (einfach) quando flores solitarii assident uni eidemque pedunculo, continua indivisa spica.

composita, (zusammengesezt) spicillis (spicis minoribus) pluribus, ex pedunculo communi subdiviso, enatis, & pedunculo insidentibus.

glomerata, (büschelweise vertheilt) ubi spicillæ confertæ concurrunt ad constituendam spicam communem seu compositam, s. spicillis varie congestis.

unica, (einzeln) in caule facit caulem monostachyum (στάχυς spica.)

multae, (viel) in caule eodem caulem polystachium.

98. b) *Ovata*, (eyförmig, eyrund) ad figuram ovi accedens (38.)

ventricosa, (bauchicht) si utraque extremitate angustior, medio intumescat corpore, s. a lateribus gibba.

cylindrica, (walzenförmig) si rotunda per totam longitudinem æqualiter crassa sit.

interrupta, (unterbrochen) alternatim nulla, aut saltim multum, per intervalla angustata, (59) s. spicis minoribus alternis distantibus.

99. c) *imbricata*, (gedeckt) si flosculis, uno lateri incumbentibus conflata sit, ut se invicem quoad partem tegant.

articulata, (gefiedert) (22.)

ramo-

ramoſa, (äſtig) ramos ſpicatos promens, ſ. varie diviſa.

linearis, (gleich breit) eſt compreſſa æquali ubique latitudine.

ciliata, (gefranzt) interjectis ciliis ſeu pilis (79) exſtantibus munita, ſ. margine ſetis parallelis longitudinaliter digeſtis obvallatur.

foliacea, (blätterig) foliolis in ea diſperſis.

comoſa, (zopfig) terminata coma (87.)

100. CORYMBVS, f. 163. (Krone, Strauſs, Büſchel) fit ex ſpica dum ſinguli flores petiolis propriis oblongis inſtruuntur, ſitu elevato proportionali. *Spiraea*, *Braſſica*.

ſimplex, (einfach) dum pedunculi ſinguli non ſubdividuntur.

compoſitus, (zuſammengeſezt) cum pedunculi primores alios plures minores gignunt, ſitu ſervato eodem.

101. *Thyrſus*, (ſpiziger Strauſs, wann die Stiele des Büſchels kurz, eyförmig) eſt pannicula coarctata in formam ovatam, *Syringa*, *Tuſſilago petaſites*.

nudus, (nackend, blos) deſtitutus foliis, ſquamis.

foliatus, (beblättert) foliis veſtitus.

102. RACEMVS, (Traube, Ranke, f. 164 pedunculo ramis lateralibus brevibus conſtat: *Vitis*, *Ribes rubrum*, *Phytolacca*.

a) *ſimplex*, pedunculo ramisque indiviſis. *Phytolacca*.

compoſitus, pedunculo ramisve diviſis in plures, *Chenopodium viride*, *Vitis vinifera*.

b) *unilateralis*, (einſeitig) pedicellis unico in latere fitis ſeu affixis, ſ. flores omnes ad alterum latus inſerti.

ſecundus, (gebogen nach einer Seite gerichtet,) pedicellis unico in latere incurvatis, ſ. flores omnes ad alterum latus flexi.

pedatus, (geſtüzt, gepfählt) cum pedunculus communis racemos minores annectit, ut folium ped. (59.)

conjugatus, (verbunden,) (59.)

c) *erectus*, (aufrecht) (26) *laxus* (ſchlapp) *flaccidus*, (ſchwankend) *oppoſitus ſtricto*. (33)

depen-

dependens, *pendulus*, (herabhangend) contrarius erecto. *Ribes rubrum.*

d) *nudus*, (nackend) foliis deſtitutus, *foliatus*, (blätterig) foliis auctus.

103. PANICVLA, (Büſchel, Riſpe, Ripe, Straus,) f. 167. fructificatio ſparſa in pedunculis diverſe ſubdiviſis, *Gramina plurima* ut *Panicum*, *Milium*.

diffuſa, (ausgeſtreut) cum divaricantur, aut valde divergunt pedicelli.

coarctata, (eingeſpannt) cum pedicelli fere ſibi exiſtunt paralleli.

caetera, trunci & ramorum declarat ſtructura.

FRVCTIFICATIO
(Entſtehung der Frucht.)

104. Eſt vegetabilium pars temporaria, generationi dicata, antiquum terminans, novum incipiens.

Fructus, eſt pars plantæ annua florisque cohærens & ſuccedens, qui, ubi ad perfectionem pervenit, ſponte a planta abſcedit, & commoda nutrice exceptus, novæ plantæ facit initium.

Fructeſcentia, (Saamenzeitigung) tempus in quo ſemina matureſcunt.

Pelta, (Schild) eſt fructificatio plana, margini folii plerumque adglutinata.

Tuberculum, (Anſaz) eſt fructificatio conſtans punctis ſcabris, ex pulvere quaſi congeſtis. *Lichen.*

Scutellum, (Schüſſele) eſt fructificatio articulata, concava, margine undique elevato. *Lichen.*

Differt in ſingulis partibus. *Numero*, *Figura*, *Proportione*, *Situ.*

Dignoſcitur anthera, ſtigmate & ſemine, ad Linnæum.

Simplex, (einfach) conſtat floribus ſeparatis paucis.

compoſita, *aggregata*, (gehäuft) conſtat floſculis, eidem receptaculo inſidentibus, ſtructuræ ſingularis, pluribus confluentibus.

Syngeneſia (claſſis) Linnæi, ſeu *Symphyantherae* Gleditſchii; ſeu *gymnomonoſpermae* Scopoli; ſeu *compoſitae* Royenii, Tournefortii.

Partes ſunt VII. Calyx (105.) Corolla (120). Stamen (127) Piſtillum (133) Pericarpium (139) Semen (148) Receptaculum (155.)

105. CALYX, (Kelch, die äuſſere Bedeckung der Blume) eſt cortex plantæ in fructificatione præſens.

Calyx ad numerum naturaliſſimum in tot ſegmenta, quot *corolla* dividitur, quibus *filamenta* reſpondent, ſingulo ſingulis *antheris* inſtructo. *Piſtilli* autem diviſio cum pericarpii loculis aut ſeminum receptaculis convenire ſolet. *Lyſimachia*, *Linum*.

Calyx ad figuram naturaliſſimam minus patens continet *corollam* ſenſim dilatatam, ſtaminibus & piſtillis erectis, ſenſim attenuatis inſtructam, hiſce, *excepto calyce* pericarpium intumeſcit & extenditur, ſeminibus refertum.

Calycem, corollam minorem profert proportio naturaliſſima, cum ſtaminibus & piſtillis longitudine æqualibus, ſi flos erectus eſt.

Nutans flos gerit piſtillum ſtaminibus longius.

Decumbens, ſtamina piſtillaque ad latus inferius declinata.

Adſcendens vero ſtamina piſtillaque ſub latere ſuperiore recondita.

Perianthium quoad ſitum naturalem involvit *receptaculum*, cui corolla alternatim adnaſcitur, huic autem interius reſpondent *filamenta*, quorum apicibus *antherae* incumbunt, centrum receptaculi occupat *germen*, cujus apici *ſtylus* inſidet, ſummo ſtigma gerens, hiſce decidentibus germen in pericarpium excreſcit, *calyce* ſuſtentatum, includens *ſemina*, adnexa fructu, receptaculo. *Receptaculum* floris frequentius ſubnaſcitur, rarius circumnaſcitur vel ſupernaſcitur.

Calyx eſt thalamus vel præputium. *Corolla* aulæum vel nymphæ. *Filamenta* vaſa ſpermatica, ſuccum ad antheras deferentia. *Antherae* teſtes. *Pollen* genitura. *Stigma* vulva. *Stylus* vagina. *Germen* ovarium. *Seminium* rudimentum. *Pericarpium* ovarium fœcundatum. *Semen* ovum.

Terra eſt plantarum ventriculus. *Radix* vaſa chylifera. *Truncus* oſſa.

Folia Pulmones, *Calor*, Cor. Hinc planta animal inverſum veteribus dicta eſt.

Duratio.

caducus (abfallend) calyx ad primam explicationem floris cadens. *Papaver*, *Epimedium.*

deciduus, (ganz abfallend) cum corolla decidit cum calyce. *Tetradynamia*, *Berberis.*

perſiſtens, (ausdaurender Kelch) ad maturitatem fructus permanens. *Didynamia.*

geminus, (doppelter Kelch) ubi duo calyces, in nudis nullus.

Calyx vel *nullus* adeſt, *Tulipa*, *Lilia.*

1. *ſimplex*, (einfach) *Primula.*

duplex, (doppelt) *geminus. Malva*, *Hibiſcus.*

triplex, (dreyfach.)

Polygamia ſegregata, (wenn bey einigen zuſammengeſezten Blumen ein jedes Blümchen ſeinen eigenen Kelch hat.)

PERIANTHIVM, (Blumendecke, unmittelbar unter dem Blatt) calyx plantæ fructificationi contiguus. (περι circa ανθος flos,) *Bractea* enim pro perianthio ſæpe & facile aſſumitur ut in *Helleboro*, *Nigella hepatica.*

α) *Fructificationis*, (Befeuchtungs-Blatt) ſtamina germenque includens.

β) *Floris*, (Blumenkelch) ſtamina, (127) absque germine continens.

γ) *Fructus*, germen, *piſtillum*, (133) absque ſtaminibus fovens.

Perianthium a bractea differt, quod illud maturo fructu ſi non prius marceſcat; foliola floralia non idem.

106. I. *Proprium*, (beſondere) quod unice aut α) aut β) aut γ) ſuſtinet, ſ. quemlibet florem reſpiciens.

a) *monophyllum*, (einblätterig) conſtans folio unico, baſi integro, (limbo licet ſæpe diviſo,) μονος, unus, & φυλλον folium. *Datura*, *Primula.*

di--2--tri--3. tetra--4. penta--5. hexa--6. hepta--7. octo--8. ennea--9. deca-10. &c. phyllum, (blätterig) prioris 2--3--ſpecies a totidem foliolis ad baſin usque diſtinctis inſtructæ, numeris græcis præpoſitis enunciatæ: diphyllum, *Papaver*, *Fumaria*. 3phyll. *Tradeſcantia*. 4phyll. *Epimedium*. 5phyll. *Ciſtus*, *Adonis*. 6phyll. *Berberis*. 7. 8. 9. 10. &c. phyllum, *Hibiſcus*.

polyphyllum, (vielblätterig) dicitur, ſi ultra numerare piget. πολυς multus ſ. pluribus foliis conſtans.

107. b) *fiſſum*, (geſpalten) quoad inciſuras, eſt monophyllum, (106) plus minus ad mediam partem verſus baſin diviſum, ſinubus linearibus totidemque marginibus rectis.

bi--tri--quadri--quinque--fidum &c. multifidum, ejusdem ſpecies ſunt. 2--3. vielſpaltig, *bi--tri--multidentatum*, (2--3. vielzähnig.)

partitum, (getheilt) eſt monophyllum diviſum ut *fiſſum*, ſed ultra medium, ſæpe fere usque ad baſin, laciniis tamen in baſi manifeſte etiamnum cohærentibus.

bi--tri--&c. multi--partitum, (2--3. vielmal getheilt) *integrum*, (ungetheilt) eſt monophyllum indiviſum, ſinu omni deſtitutum, prioribus contrarium.

ſerratum, (gezähnt) dentes habens, *Hypericum*.

ciliatum, (gefranzt) ciliis impletum, *Centaurea*.

108. c) *tubuloſum*, (röhrig) quod cavum ad figuram cylindri, ſeu fiſtulæ accedit.

patens, (flach, abſtehend) cujus laciniæ divergunt, aut limbus late expanſus eſt, ſ. ad angulum acutum cauli inſidens.

reflexum, (zurückgebogen) laciniis aut limbo retrorſum flexis.

inflatum, (hohl, ut Blaſe, aufgeblaſen) cavum inſtar veſicæ inflatæ tumens.

aequale, *inaequale*, *globoſum*, (kugelrund) *clavatum*, (keilförmig) *erectum*, (gerad) *integrum*, (ganz) *ſerratum*, (ſägförmig) *acutum*, (ſtumpf) *truncatum*, (abgeſtuzt).

109. d) *abbreviatum*, (verkürzt) *longum*, (lang) longitudinem tubi non attingens. (a proportione ad ungues tubumve corollæ.)

110. e) *obtuſum*, (ſtumpf) baſi (46) *Nymphaea.*
acutum, (ſpizig) baſi (47) *Primula.*
Acuminatum apice, (geſpizt) *Hyoſciamus.*
ſpinoſum, (ſtachlicht) armatum ſpinis. (85)
aculeatum, (dornicht) aculeis, (84) armatum.
quoad durationem perſiſtens, (beſtändig).
deciduus, (abfallend) cum flore, *caducus* -- (abfallend) cum fructu.
ſuperum, (obere) cui germen ſub receptaculo, *inferum*, (untere) cui germen *ſupra receptaculum.*

111. II. *Commune*, (gemeinſchaftliche) quod plures floſculos congregatos ſimul includit: *aggregatae*, ut *Scabioſa*; *Syngeneſiae*, ut *Taraxacum.*
imbricatum, (ziegelförmig, übereinanderliegende Schuppen) (31) ſquamis ſeu foliolis calycinis variis ſuperimpoſitis. *Taraxacum*, *Lactuca*, *Hieracium*, *Sonchus.*
ſquarroſum, ſquamoſum, (ſchuppenförmig, von einander abſtehende Schuppen) ex ſquamis undique divaricatis, patentiſſimis conſtructum: *Carduus*, *Conyza*, *Helianthus.*
ſcarioſum, (wie vertrocknete Schuppen) ſquamis margine membranaceis, aridis, ſonoris.
turbinatum, (Birn oder kräuſelförmig) obverſe conicum.
calyculatum, ſ. *auctum*, (ſparricht, mit einem Zuſaze verſehen, vielfach) ubi ſeries foliorum (ſquamarum) breviorum diſtincta exterius baſin calycis cingit: *Crepis*, *Coreopſis*, *Dianthus.*

112. INVOLVCRVM. (Umſchlag bey den floribus umbelliferis) eſt calyx umbellæ a flore remotus. f. 135. involucrum ſæpe deeſt, (bey den Dolden, Hülle.)
a) *univerſale*, (allgemein) f. e. quod umbellæ univerſalis baſi ſubſtratum. *Eryngium*, *Daucus.*
partiale, (beſondere) f. b. quod umbellulæ partiali ſubjacet: *Scandix cerefolium.*
proprium, (eigen) (perianthium) floſculo partiali umbellæ, ſ. cuilibet flori ſubjectum.

b) *mono -- &c. poly -- phyllum* (106. 107.) *Bupleurum*, Diphyllum, *Euphorbia*, *triphyll. Butomus*, *Aliſma*.

tetraphyllum, *Cornus*. *pentaphyllum*, *Daucus*. *hexaphyllum*, *Haemanthus*.

113. GLVMA, (Helm, Bälglein, in (graminibus), f. 134. a. calyx graminis conſtans *valvis* amplexantibus.

valvae ſunt laminæ omnino ſiccæ, aquam pluviamque eludentes prorſus; cæterum papyraceæ firmitatis, oblongæ plerumque.

114. a) *uniflora*, (einblütig) unicum includens floſculum ſcilicet aut *α*. aut *β*. aut *γ*. (105.) *Panicum*, *Phalaris*.

2--*flora*, *ſi* duos floſculos continet.

multiflora, (vielblütig) ſi plures quam duo includit: *Triticum*.

b) *univalvis*, (aus einem Blättle) ſi flos tegatur valva ſeu ſquama unica præter valvas corollaceas.

bi--multi--valvis, (2--vielblätrig,) ſi valvæ, ſ. ſquamæ duæ &c. flori eidem adſtent, ſex valvis in *Hordeo*.

c) *colorata*, (gefärbt) coloris alterius, quam viridis herbacei.

glabra, (glatt) (48) *hiſpida*, (rauh) (52.)

115. *Ariſta*, (Granen,) f. 134. b. eſt mucro ſubulatus inſidens. glumæ, (an dem Bälglein der Gräſer) *Avena*.

a) *mutica* gluma eſt, (abgekipt) ſi ariſta caret, ſ. mucrone deſtituta.

terminalis, (auf den Spizen) cum ariſta ex valvæ apice prodit.

dorſalis, (auf dem Rücken des Bälglein) quæ parti externæ convexæ, ſeu dorſo valvæ affidet, ſ. lateri exteriori glumæ adfixa, *Avena*.

b) *recta*, (gerade) quæ fibrarum ductu recto extenditur perpendiculariter.

tortilis, (gewunden) (ſ. cit.) inſtar contorti funis, *flexa*, ſeu *Ariſta* cum geniculo contorto in medio notetur. *Avena*.

geniculata, *articulata*, (mit einem Knie verſehen) geniculo ſeu articulo inſtructa: *Stipa plumoſa* baſi.

re-

recurvata, (überwärts gebogen) extrorſum arcuatim flexa.

116. AMENTVM, (Wurſt, Käzlein) f. 137. eſt calyx ex receptaculo communi paleaceo, gemmaceo, filiformi: *Juglans*, *in plantis Juliferis*, (Käzgen-Blumen.)

ſquamoſum, (ſchuppicht) ſi floſculi ſquamis ſuffulti: *Carpinus*.

nudum, (bloſe Blumen) ſquamis deſtitutum.

pericarpium, (Renk) ex amento prodiens.

ſtrobilus, (Zapfen) coni formam prodiens.

ariſta, (Aehre) ſi corolla pedunculis exiguis calyce affixa eſt.

rachis, receptaculum filiforme in amentis.

117. SPATHA, (Spatelſcheide) in *liliaceis*, (Blumenſcheide) f. 132. 133. calyx ſpadicis (164) longitudinaliter ruptus, vel eſt vagina longitudinalis fiſſa, membranacea, rugoſa, fere ſemper arida.

univalvis, (einfachgeflügelt) f. 132 conſtans folio unico, latere longitudinaliter fiſſo, uno latere dehiſcens, *Arum*, *Narciſſus*, *Levcojum*.

bivalvis, (zweyfach geflügelt) f. 133. conſtans vagina, profunde in duas lacinias fiſſa.

dimidiata, (getheilt) exhibens valvam unicam a baſi ad apicem longitudinaliter hiantem, inſtar ovi longitudinaliter dimidiati, ſ. latere tantum inferiore fructificationem obveniens.

monophylla ex uno folio conſtans, *Narciſſus*.

diphylla, *Stratiotes*. imbricata, *Muſa*.

118. CALYPTRA, (Kappe, Hut) f. 136. calyx muſci cucullatus, antheræ, ſuperimpoſitus, καλυπτρα tegmen capitis muliebre, operculum quodvis a καλυπτω velo. *Polytrichum commune*. (Adianthum aureum offic.)

recta, (gerade auf den Deckel) perpendiculariter, undique æqualis.

obliqua, (ſchief) oblique incumbens, ad aliquot latus flexa.

119. VOLVA, (Wulſt, Kappe, Kragen bey den Pilſen, Schwæmmen) f. 139. b. calyx fungi membranaceus, undique lacer.

approximata, (nahe am Hute) ſcilicet pileo (f. cit. a.) vicina,

remota, (in einiger Entfernung davon,) ab eodem notabiliter distans.

remotissima, a capitulo spatio recedens.

120. COROLLA, (Blüthe) est liber plantæ in flore præsens; sive est folium illud, aut foliola illa, quæ substantia teneriore, forma speciosiore, ac colore alieno plerumque ceteris partibus præstant, (quæque nunquam fiunt seminis involucrum, Tournefort) est membrana floris interior, colore ut plurimum eleganti, & a calyce diverso.

Corolla distinguitur a *Perianthio*, quod illa cum staminibus situ alternat, Perianthium autem opponitur.

aequalis, (mit gleichen Blättern) ubi partes corollæ figura, magnitudine & proportione conveniunt.

inaequalis, (mit ungleichen Bl.) ubi partes non magnitudini, sed proportioni respondent, ut regularis flos evadat.

a) Partes *Petalum*, *Nectarium*, differunt quoad figuram, æqualitatem, marginem, proportionem, locum, durationem.

PETALVM, (Blumenblatt, Kronenblatt) est tegmen floris corollaceum, s. pars corollæ in plures divisæ. Usurpatur communiter hic terminus, quando corolla foliolis seu laminis a se invicem prorsus distinctis, nec basi cohærentibus conflata est: Πεταλον folium expansum, lamina bractea a πεταω pando, explico.

Petalorum numerus a basi corollæ, laciniarum autem a medio limbi aut laminæ desumendus est.

Partes. *Tubus*, (Röhre) basis inferior cylindracea. f. 142. a. corollæ monopetalæ pars inferior tubulosa. *Primula veris.*

tubi orificium, (Mündung, die innere Oefnung des Randes) apertura interior, marginis.

tubus vel *perforatus* (offen) vel *caecus* (zugeschlossen) si cæcus, in longitudinem transiens, est *calcar* (Sporn.)

unguis, (Nagel) f. 144. a. corollæ polypetalæ pars inferior, receptaculo affixa. *Saponaria*, *Dianthus caryophyllus.*

lim-

limbus, (Rand-Gebrähme, der breite flache obere Theil) f. 142. b. corollæ monopetalæ pars ſuperior dilatata.

limbus vel *integer*, (ganz) vel *laciniatus*, (geſpalten) vel *labiatus*, (in Lippen getheilt.)

Lacinia, (Lappen) ſunt partes corollæ, in quas limbus finditur. Laciniæ duæ, *Alſine*, *Circea*; tres, *Holoſteum*; quatuor, *Lichnis*; quinque, *Reſeda*.

Lamina, (geſpaltene, eingeſchnittene Platte.) fig. 144. b. corollæ polypetalæ pars ſuperior patula, lata, cum ungue angulum efficiens.

121. b) *monopetala*, (einblättrig) hæc *integra*, (ganz) *Anagallis*, *Oxalis*, *Convolvulus*, *Primula*.

2--3--4 *multidentata*, (zahnig), dum corolla baſi ita cohæret, ut lacinia altera absque alterius dilaceratione vix auferri queat; aut nexus ſaltem ſub diremptione laciniæ unius ab altera ſatis conſpiciatur. (conf. 106.) *Veronica*.

Dipetala, *Circaea*; *tripetala*, *Alisma*, *Sagittaria*; *tetrapetala*, *Tetradynamia*; *pentapetala*, *Umbellatae*; *hexapetala*, *Tulipa*, *Lilium*; *ennea petala*, *Liriodendrum*.

polypetala, (vielblätterig) (ut 106) ab ordinibus inſertionum numerus determinatur, ut in *Hepatica*.

apetala, (wo die Blumenblätter fehlen.)

fiſſa, (2--12--multi--fida (107.) 2--12- vielſpaltig.)

partita, 2--multi--*partita* (107.)

bifidus, *Utricularia*; *trifidus*, *Alisma*; *quadrifidus*, *Rhinantus*; *quinquefid. Nicotiana*; *ſexfid. Pavia*; *octofid. Tormentilla*; *decemfidus*, *Potentilla*, *Fragaria*; *duodecimfidus*, *Lithrum*.

122. c) *regularis aequalitate*, (ähnlich, gleichförmig) ſi limbus, laciniæ in monopetala, laminæ in polypetala, magnitudine forma æquales ſunt, ſ. æqualis figura magnitudine & proportione partium. *Lychnis*, *Aquilegia*.

irregularis, (unähnlich, ungleichförmig) quæ limbi partibus figura, magnitudine aut proportione diverſa eſt. *Echium vulgare*, *Aconitum*, *Lamium*.

inaequalis, (ungleich, unähnlich) ubi partes non magnitudini, ſed proportioni reſpondent, ut regularis flos evadat. *Butomus.*

aequalis, ubi in omnibus conveniunt. *Lychnis*, *Primula.*

alternis brevioribus, *Tormentilla*, *Potentilla.*

123. d) FIGVRA *globoſa*, (kugelrund, gleichförmig, einblätterig) quæ figura prope globum refert. *Hyacinthus botryoides*, *Cucubalus.*

clavata, (keulförmig) *Silene.*

reflexa, (eingebogen) *Aſclepias.*

erecta, (aufrecht) *Primula*, *Nicotiana.*

campanulata, *campaniformis*, (glockenförmig) ventricoſa absque tubo. *Campanula*, *Tulipa* f. 132.

infundibuliformis, (trichterförmig) cujus limbus conicus tubo impoſitus: interior pars in tubum deſinit, ſuperior in conum inverſum ſ. in diſcum dilatata, *ſimplex*, qui e cono in tubum coarctatur. *Primula veris*, *Cynogloſſum officin.*

hypocrateriformis, (flach, präſentirtellerförmig) f. 142. cujus limbus planus tubo impoſitus: qui hypocrateram ſ. vas quod poculis inter bibendum ſupponi ſolet. *Myoſotis. Vinca. Jaſminum.*

rotata, (radförmig) cujus limbus planus, nulli tubo impoſitus, rotæ formam exhibet. *Borrago*, *Anagallis*, *Lyſimachia.*

caryophillata, (nelkenförmig, vielblätterig) in quo petala ex ipſo calice tanquam e tuberculo emergunt. *Caryophylli*, *Linum.*

roſacea, (roſenförmig) *malvacea*, (malvenartig.)

ringens, (rachenförmig.) *irregularis* in duo labia perſonatus.

rectiformis, (Blumenblatt in 2 Lippen geſpalten) limbo irregulari in partes duas ſ. duo labia hians.

labiata, *labia*, (lippenförmig) ſuperius, inferius, dicta partito, pro ringentis labio inferiori ſæpe ſumitur: ſ. terminatur in fiſtulam, ſuperne labium amplius vel unicum l. geminum, in quo piſtillum abit in fructum conſtantem, ex 4 ſeminibus in ipſo calyce tanquam capſu-

ſula propria, matureſcentibus. *Salvia*, *Horminum.*

rictus, (Rachen) eſt hiatus inter duo labia.

faux, (Schlund) eſt hiatus tubi corollæ, ubi inter lacinias corollæ tubus terminatur, eſt vel *apertus* vel *nudus*, l. *clauſus*, l. *coronatus*, l. *tectus.*

galea, (Helm) ringentis labium ſuperius. *Iris.*

barba, (Bart) labium inferius repletum. *Iris.*

palatum, (Gaumen) eſt gibboſitas prominens in fauce corollæ.

calcar, (Sporn) eſt nectarium ex corolla in conum extenſa.

laciniata, (eingeſchnitten) laciniis munita.

urceolata, (kannenförmig) quæ urceoli ſ. pelvis inſtar inflata & undique gibba eſt.

cyathiformis, (becherförmig) cum ex cylindro ſuperne parum dilatata eſt.

connivens, (nicht geöfnet) cujus limbi lobi apicibus convergunt.

lacera, (zerriſſen) cujus limbus tenuiſſime diſſectus eſt.

perſonata, (maſquirte Blumen) ob ſimilitudinem cum capite animalis: eſt corolla ringens labio alterutro longiore, ſed inter labia palato clauſa. *Antirrhinum linaria*, *Euphraſia.*

cruciata, (Kreuzblume, 4 ähnliche Blätter, wie ein Andreas-Kreuz) *cruciformis*, ſeu tetrapetala regularis. f. 144. quæ petalis quatuor æqualibus patet: *Braſſica*, *Cheiranthus cheiri.*

tetra-pentapetala, irregularis (4-5 unähnliche Blätter.)

concava, (hohl) limbo aut uniformiter *laminis.*

patens, (offenſtehend) limbo vel laminis in planum fere dilatatis.

patentiſſima, (ſehr weit offenſtehend) limbo horizontali, *Anthericum.*

papillionacea, (Zwiefalterblüte, Schmetterlingsblum) (a papilione volitante ſic dicta Tournefortio.) petala 4. irregularia habens, *Piſum*, *Lathyrus.* conſtat

Concha, *Carina*, (Schifgen, Schnabel) quæ eſt petalum inferius cymbiforme.

Alis, (Flügel) quæ ſunt petala lateralia ſolitaria.

Vexil-

Vexillo, (Fahne, ſehr ausgebreitet) quod eſt petalum ſuperius, ad ungues ſæpe bifidum, includens ſtamina & piſtillum.

roſacea, (roſenähnliche) ſi pentapetala regularis, (mit 5 ähnlichen Blättern) ſeu umbellata (Schirmblume) ex pluribus in orbem poſitis, modo petala florum. *Roſa*, *Ranunculus*, *Poeonia*. Si hexapetala (mit 6 Blättern) tum *liliacea* (Lilien-Blüthe) planta audit, *Tulipa*, *Aſphodelus*.

124. e) *Compoſita*, cum floſculi ſeſſiles [94] plures ſupra receptaculum commune integrum & intra commune *perianthium*. (111) continentur, ſimulque antheris in cylindrum connatis inſtructi ſunt.

ligulata, (flach, zungenförmig, geſchweift) (ſemifloſcula Tournef.) dum corollulæ floſculorum omnes planæ, verſus ambitum expanſæ ſunt, verſus exterius latus.

tubuloſa, (röhrig) [floſculoſa Tournef.] cum corollulæ ſingulæ tubuloſæ ſubæquales ſunt.

radiata, (flach, beſtrahlt) ſi corollulæ diſci tubuloſæ, in ambitu vero floſculi difformes ſunt, & quidem in ambitu floſculis *ligulatis*: [flores radiati Tournef.] *Aſter*, *Jacobaea*.

tubuloſis, *Centaurea*. l. *ſubnudis*, *Artemiſia*.

undulata, (gewäſſert) (53) *Glorioſa*.

plicata, (gefalten) (53) *Convolvulus*.

torta, (gewunden) (170) *Aſclepias*, *Vinca*.

revoluta, (zuſammengerollt) *Aſparagus*.

Quoad *Marginem integra*, (ganz) *diviſa*, (geſpalten) ſerrata, (ſägförmig) *Tilia*. dentata, (gezähnt] *Sideroxinon*. *crenata*, (ausgezackt) *Linum*. *hirſuta*, (rauch) *Hypericum*. *Ciliata*, (haaricht) *Ruta*, *Tropaeolum*.

quoad *Durationem*, *marceſcens*, (verwelkend) contabeſcit nec decidit, *Campanula*, *Orchis*, *Cucumis*, *Cucurbita*, *Bryonia*. *caduca*, (abfallend) ad explicationem floris, *Thalictrum*. *perſiſtens*, (beſtändig) ad maturitatem fructus, *Nymphaea*. *decidua*, (abfallend) cum floris caſu, *Actaea*.

125. f) COLOR, ſequentes inprimis notantur.

hyalinus, (ὑαλος) vitrum, ſeu *vitreus*, (glasartig.)
undulatus, (gewäſſert) ſ. aqueus.
albus, (weiſs) lacteus, niveus, murinus ſeu myrrhinus ſ. porcellaneus.
cinereus, (aſchgrau) incanus, lividus, plumbeus.
niger, (ſchwarz) *pullus*, (erdſchwarz) *pene niger*, (ſchwarzlecht.) *fuſcus* (braun.)
luridus, (ſchwarzgelb) ater, piceus.
luteus, (bleichgelb) ſulphureus, flavus.
fulvus, (dunkelroth) croceus, flammeus.
gilvus, (wachsgelb) *teſtaceus*, (muſchelgelb.)
ferrugineus, (eiſenroſtgelb.)
coccineus, (ſcharlachroth) ruber, ſanguineus, incarnatus.
puniceus, (braunroth) Xerampelinus, roſæ ſiccæ color, cujusmodi eſt in autumnalibus vitis foliis, (a ξηρος ſiccus & ἀμπελος vinea, vitis.)
purpureus, phœniceus, tyrianthinus (a flore tyrio, qui purpurei eſt coloris, vel a tyrius & janthinus ἀπο το ἰα, viola,) *violaceus*, janthynus, cæruleo purpureus.
caeruleus, ſubcæruleus, cyaneus (a Κυανος cæruleus color, qualis cœli eſt, aqua marina aliis.)
viridis, praſinus (a πρασον) porrum, thalaſſinus (a θαλασσα mare) ad colorem fluctuum ejus.
glaucinus, cæſius, color ex viridi albus, vel ex viridi cæruleſcens, ut *Beryllus* (lapis pretioſus.)

Mutationes colorum in floribus mutabiles.

Ruber in album; *Serpyllum*, *Dianthus*, *Roſa*, *Papaver*, *Fumaria*, *Geranium*.
Cæruleus in album; *Campanula*, *Convolvulus*, *Aquilegia*, *Viola*, *Borrago*, *Scabioſa*.
Luteus in album, *Melilotus*, *Verbaſcum*, *Tulipa*, *Chryſanthemum*.
Albus in purpureum, *Datura*, *Piſum*, *Bellis*.
Cæruleus in luteum, *Crocus*.
Ruber in Cæruleum, *Anagallis*.
Mutatio multiplex: *Aquilegia* cærulea in rubrum, album. *Polygala* cærulea in rubrum, album. *Mirabilis* rubra in luteum, album. *Impatiens* lutea in rubrum, album. *Primula* rubra in lu-

luteum, album. *Cheiranthus* lutea in cæruleum, album.

Plantarum colores varii, variis partibus magis proprii ſunt.

Niger frequenter in *Radice* ſæpe in *ſeminibus*, rarius in *Pericarpio*, rariſſime in *corolla*.

Viridis proprius *Herbae* & *calyci*; rariſſimus in *Corolla*.

Hyalinus frequens in *Filamentis* & *Piſtillo*.

Luteus frequens in *Antheris*, nec infrequens in *corollis* præſertim *autumnalibus* & ſemifloſculoſis T.

Albus frequens in *Corollis* vernalibus & *Baccis* dulcibus.

Ruber frequens in *floribus* æſtivis, & *baccis* in umbra natis acidisque.

Caeruleus nec infrequens in floribus.

Pericarpia baccata ſunt primum viridia, dein *rubra*, demum albida; matura etiam variant colores albos, rubros, cæruleos, præſertim in Pyris, Prunis, Cerafis; *Solanum annuum*, baccis luteis; *Rubus vulgaris major*, fructu albo.

Semina, rarius licet, colores etiam mutant.

Papaver hortenſe, ſemine nigro & albo.

Avena vulgaris & alba & nigra.

Phaſeolus vulgar: fructu violaceo & fructu ex rubro nigroque variegato, & fructu albo, venis nigris & lituris diſtincto.

Radix rarius colore variat; *Daucus ſativus*, radice alba, lutea, aurantii coloris, & atro rubente.

Folia rarius mutant viridem colorem, uti in *Amarantis*, interdum tamen maculas aſſumunt.

Ranunculus hederaceus, atra macula notatus.

Orchis palmata, paluſtris, maculata. *Lactuca* maculoſa.

Herba tota ſæpe alienum colorem induit. *Abrotanum* cauliculis albicantibus. *Artemiſia* vulgaris major caule ex viridi albicante. *Atriplex* hortenſis rubra.

Ubi corolla deeſt, perianthium communiter magis coloratum eſſe ſolet, præſertim tempore floreſcentiæ, ut in *Ornithogalo*, *Perſicaria*, *Polygano*.

Ca-

Calyx aut Corolla minus colorata ubi obſervantur, ibi folia ſæpe colorem induunt, ut in *Amarantho tricolore.*

126. NECTARIVM, (Saftgrube, Honigbehältniſs, Saftbehältniſs) eſt pars mellifera flori propria f. 145. a. Humor melleus ſecernitur in plerisque floribus. Monopetalorum tubus plerumque mel continet.

campanulatum, (glockenförmig) *Narciſſi*: f. 146. a.

cornutum, (hornförmig) *Aconiti*: f. 147. a.

cornutum ſ. calcaratum in calyce *Tropaeoli, Parnaſſiae.* f. 148.

Conſtans phalangibus quinque.

proprium, (beſonders gebildete) quod [non petalo] calyci, receptaculo communi aut germini adnatum, diſtinctumque eſt; *Delphinium conſolida.*

calycinum, (vertieft im Kelche) calyci inſertum.

petalinum, (Vertiefungen in den Safthonigblättern) petalis inſertum, (mox foveam, mox glandulam repræſentat,) quod in quadam ipſius petali parte reſidet: *Lamium* ad baſin tubi; *Ranunculus, & Fritillaria* (Corona imperialis,) ad unguem petali: *Orchis, Lilium, Berberis.*

127. STAMINA (Staubgefäſſe) f. 149. a. e. f. 150. 143. d. e. ſunt viſcus pro pollinis præparatione.

Partes Filamentum, Anthera, Pollen, organum genitale maſculinum.

FILAMENTVM (Staubfäden) f. 150. a. 149 c. 143. d. eſt pars elevans annectensque antheram (131); eſt pes antheræ quo vegetabili alligatur: iuterdum deficiunt vel tam parvæ ut planæ deeſſe credantur, tum eorum loco antheræ numerantur.

Differunt ſtaminum *filamenta*, quoad Numerum, Figuram, Proportionem, Situm.

Antheræ differunt quoad 1. Numerum, Loculamenta, Defectum, 2. Figuram, Dehiſcentiam, 3. Connexionem, 4. Situm.

Numero, Monandria, Diandria &c. μονος, unus ανηρ τε ανδρος vir vel aliis monoſtemonis, diſtemo-

monis, στημον τε στημονος Stamen vel quod denuo apud alios vim vocis eandem habet monanthera, dianthera, præpositis ubique numeris græcis (ad Syst. Linn. Halleri, Ludwigii, Royeni, Gleditschii &c.)

laciniis (120) (Lappen) in connatis 2. *Salvia* 3. *Fumaria*. 9. *Diadelphia*, class. Linn.

128. FIGVRA.

Capillaria, (haargleich) instar capilli tenuia, secundum longitudinem æqualiter crassa, *Plantago*.

plana, (flach) quæ compressa membranæ instar tenuia & lata sunt. (53) *Ornithogalum*, *Allium porrum*.

cuneiformia, (39) (keilförmig) *Thalictrum*.

spiralia, (gekräuselt) quæ spiræ ductum sequuntur. *Hirtella*.

subulata, (40) *Tulipa*.

emarginata, (46) (ausgeschnitten) *Allium porrum*.

reflexa, (33) (krummgebogen) *Gloriosa*.

hirsuta, (rauch) lana rigidusculà induta: *Verbascum*, *Thapsus*, *Tradescantia*, *Anthericum*.

129. INSERTIONE VEL SITV qui a botanico nunquam non sedulo investigandus, quod constantissimus sit, huic fundamento solidissimo, cell. Gleditsch. novissimum suum systema superstruxit.

calyci oppositа scil. ejusdem laciniis foliolisve e regione. *Urtica*.

calyci alterna, si inter lacinias stamina consistant, *corollae inserta in* monopetalis plurimum vix in polypetalis: *Tulipa*, *Elaeagnus*.

calyci inserta, rarius in apetalis; Rosa cum universa classe, Icosandra. Linn.

pistillo inserta, in pauciflimis, *Orchis*, *Aristolochia*, cum reliquis ejusdem classis, *Gynandrae sociabus*.

receptaculo inserta, communiter, uti calyx & corolla.

130. PROPORTIONE.

aequalia magnitudine [gleich, lang] eandem servantia longitudinem.

inaequa-

inaequalia magnitudine (ungleich lang) ſalva figura, aliquot majoribus vel minoribus. *Lychnis*, *Daphne*, *Saxifraga*.

irregularia magnitudine, figura, directione, diverſa: *Lonicera periclimenum*, *Didynamia*.

longiſſima, (ſehr lang) *Plantago*.

breviſſima, reſpectu corollæ vel calycis in apetalis. *Triglochin*.

connata, (zuſammengewachſen) in unum corpus coalita: claſſis monadelphia, di--& polyadelphia. Syſt. Linn.

libera, (frey) nullibi annexa.

ſtamina caſtrata, (unfruchtbare Staubfäden) ſi filamenta plane deſunt, fructificationi neceſſaria.

131. ANTHERA, (Staubfächer, Staubbeutel) ſ. apices, (Spizen) ſ. capitula (Häuptlein) ſ. teſticuli (Hoden die Körnlein) f. 143. e. 149. f. g. 150. b. pars floris gravida polline (132) quod matura dimittit. (ανθηρος, floridus,) (*Muſcis* capitulum eſt Anthera.) —

Pileus fungorum eſt orbiculus plus minus horizontaliter expanſus, ſubtus fructificationes gerens.

Antherae ſunt plantarum genitalium maſculina, & pollen vera genitura.

Didynamiſtis ſtamina adſcendunt ſub corollæ labium ſuperius, quo & ſe piſtillum flectit.

Monoeciae pleræque flores ſtamineos ſupra piſtillum floris gerunt. *Zea*, *Ricinus*.

Monoeciae & *dioeciae* flores maſculi eodem tempore antheras quo piſtilla ſtigmata perficiunt. Qui flores ſtamineos e. g. *Melonis*, *Cucumeris*, diligenter auferunt, fructus non obtinent, i. e. caſtratio.

Anthera verſatilis & *incumbens*, quæ latere affigitur, *erecta*, quæ baſi affigitur.

Antherae vel *pares* (eben ſo viel) vel *plures* (mehrere) vel *pauciores*, (wenigere) quam filamenta *diſtincta* (einzeln vor ſich) ut una alteri nulla ſui parte cohæreat: flores plerique *ſimplices* (einfach, unterſchieden.)

connatae, *coalitae*, (zuſammen gewachſen) ubi plures inter ſe firmiter connexæ, ſ. in unum

corpus concretæ. claſſis *Syngeneſia* Linn. ſ. flores *compoſiti* aliorum.

lateralis, (ſeitwärts) lateri filamenti affixa. *Paris. Aſarum.*

verſatilis, *incumbens*, quæ parte laterali media apici filamenti incumbit. *Tulipa*, *Gramina.*

Anthera unica in ſingulo filamento, *plerique*; in filamentis tribus; *Cucurbita*; in filamentis quinque, *Syngeneſiae.*

Antherae duae in ſingulo filamento; *Mercurialis.*
tres in ſingulo filamento, *Fumaria.*
quinque in tribus filamentis, *Bryonia.*
quinque in ſingulo filamento, *Theobroma.*

Loculi, loculamenta, (Fächer) ſunt concamerationes ſ. cava difflato polline in corpore antheræ conſpicua.

Sunt *bi -- tri -- quadri -- multiloculares*, (2-3-4. vielfachig.)

unicus, *Mercurialis*; *geminus*, *Helleborus*; *ter*, *Orchis*; *quater*, *Fritillaria*; unde unilocularis, bilocularis &c. anthera audit.

Apertura, *dehiſcentia*, (Oefnung) per quam ex cavo pollen ejaculatur f. 149. f. latere; *Levcojum*; plantæ pleræque apice, *Solanum*: a baſi ad apicem diſcedens, *Epimedium.*

Figura. oblonga, (langlecht,) *Lilium. globoſa*, (kugelrund) *Mercurialis*: *anguloſa*, (eckigt) *Tulipa*: *ſagittata*, (pfeilförmig) *Crocus*: *angulata*, (winklicht) *Tulipa*: *cornuta*, (hornförmig) *Erica*, *Pyrola*:

Connexione; apice, *Colchicum.* baſi, *plerique.* latere, *Canna.* Nectario, *Coſtus. Situ*, in filamentis apice *plerique*, latere, *Paris*, *Aſarum.* piſtillo, *Ariſtolochia.* receptaculo, *Arum.*

132. POLLEN, (Blumenſtaub, Saamenſtaub) f. 151. a. pulvis floris, humore appropriato madefactus, atomos, b. ruptus, elaſticos ejaculans: repræſentat hæc figura pulviſculum pollinis unicum ex iis qui numero immenſo ex anthera unica cadunt f. 149. f. microſcopio viſum cum *halitu elaſtico* ſ. *aura ſeminali* b. ſub ipſius ruptione exploſa. (Needham decouvr. microſcop. p. 83, t. 5. fig. 5.)

Geni-

Genitura Plantarum.

Omne *Pollen* eſt veſiculare & continet materiam impalpabilem, quam explodit, & determinata ut Semina. Mediante itaque pollinis antherarum elapſu, ſupra ſtigmata nuda, vegetabilium generatio fit.

Generationis modum ſequentes probant obſervationes.

Stigmata ſeſe flectunt ad antheras, dein exſeruntur, ex *Diantho*, *Paſſiflora*, *Nigella* hoc patet.

Piſtillum ubi breviſſimum, connivent antheræ.

Antheræ ſupra Stigmata. *Saxifraga.*

Connivent, dum efflant pollen antheræ, uti in *Celoſia.*

Comprimit corolla digitis antheras ad Stigmata in *Teucrio.*

In diclinis flores ante germinationem foliorum plerumque prodeunt, ne folia tegant piſtilla. *Salix*, *Populus*, *Corylus.*

Pluviæ combibunt pollen ut in ſtigmata cadere nequeat, hortulanis notiſſimum, in drupiferis & pomiferis: agricolis deteſtabiles in agris ſecalinis.

Fumus abſorbet humidum ſtigmatis.

Flores nutantes gaudent piſtillo ſtaminibus longiore, ut cadat pollen in ſtigma. *Campanula*, *Leucojum.*

Flores ſubmerſi adſcendunt ſub floreſcentia. *Nymphaea*, *Stratiotes*, *Miriophyllum*, *Potamogeton.*

Syngeneſia fruſtanea ubi ſtigma deeſt, ibi nulla fœcundatio. *Centaurea*, *Helianthus.*

Tulipae ſolitariae ſi auferantur antheræ ante caſum pollinis, ſterilis evadet.

Figura

globus echinatus, (ſtachlicht) inſtar echini ſ. erinacei mucronatus. *Helianthus.*

perforatus, (durchbohrt) *Geranium.*

didymus, (Zwilling) figura ſcroti animalis, levi ſulco ſubbipartiti (ad ſimilitudinem antheræ didymæ f. 150. b.) *Symphitum.*

rotatus, (radförmig) *dentatus*, (gezähnt) *Malva.*

angulatus, (winklicht) *Viola.*

reniformis, (nierenförmig) *Narciſſus.*
philyra, (Lindenbaſt) convoluta, *Borrago.*

133. PISTILLVM fig. 143. (Staubwege, zuſammengenommene Stempfel) eſt pars plantæ in medio hærens, qua viſcus, fructui adhærens, pro pollinis receptione. (Organum genitale fœmineum,) a filamentis circumcinctum, conſtans germine, ſtylo, ſtygmate, intra antheras communiter collocatum.

Piſtilla differunt 1. quoad numerum, lacinias, 2. figuram, 3. longitudinem, craſſitiem, 4. ſitum.

134. GERMEN, (Fruchtknote) f. 143. a. 149. b. 135. a. eſt rudimentum fructus immaturi in flore, exiſtens præcipue eodem tempore, quo anthera pollen dimittit.

Ovarium, (Eyerſtock) in ejus inferiore parte.
ſuperum, (obere Fruchtknoten) corollæ incluſum, ſi ſupra floris receptaculum (155) ſitum, vel cugus piſtillum abit in fructum ex mente Tournef. unde evadit flos ſ. calyx inferus Linn. aut hypocarpius (υπο ſub καρπος fructus) Gleditſchio: *Paris*, *Prunus*, *Ceraſus*, *Berberis*, *Pulmonaria.*
inferum, (untere Fruchtknoten) infra corollam poſitum, ſi receptaculo (155) floris ſubjectum; vel cujus calyx abit in fructum ex mente Tournef. unde *flos* fit *ſuperus* Linnæo, *epicarpius* (επι ſuper) Gleditſchio. *Pyrus communis*, *Pyrus malus*, *Galium.*

135. STYLVS, (Griffel) *columna*, (Stiel, Säule, Staubweg) f. 143. b. 149. c. 152. b. pars piſtilli, ſtigma (137) elevans a germine, ſ. pes *ſtigmatis*, connectens ſtylum cum *Germine.*

Numero, qui patet ex ſyſtemate ſexuali, *monodi*--&c. *polygynia* (106) a γυνη femina.
ſimplex, (einfach) *duplex*, *triplex*, *multiplex* (2. 3. vielfach)

Figura
cylindricus, (walzenförmig) inſtar ſcipionis (15.)
filiformis, (fadenähnlich) inſtar fili.
ſetaceus, (borſtenförmig) inſtar ſetæ.
craſſus, (dick) *angulatus*, (eckig) (15) *Canna.*
ſubulatus, (56) *Geranium.* *capillaris*, (128) *Cerato-*

ratocarpus. clavatus ſ. *craſſior* ſuperne. (93) *Levcojum vernum.*

Duratione

perſiſtens, (bleibend) diu durans. *Tetradynamia.*

marceſcens, (verwelkend) mox effloreſcens.

136. *Proportione*, ad ſtamina (64.)

longiſſimus: Campanula, Zea, Mays, Scorzonera.

breviſſimus, nullus: Papaver, Tulipa.

longitudine ſtaminum: plerique. Nicotiana.

craſſior ſtaminibus, *Levcojum.*

tenuior ſtaminibus, *Ceratocarpus.*

aequalis, craſſitie: *Lamium.*

Diviſione non penitus ad baſin pertingente.

bifidus, angulo acutiſſimo: *Polyganum perſicaria.*

dichotomus, angulo patente recto bifariam diviſus. (22)

bi -- tri -- multifidus (vielfach): *Campanula; quadrifidus, quinquefidus: Geranium.*

Situs in apice germinis plerique, ſupra infraque germen, *Euphorbia;* ad latus germinis, *Icoſandria, Polygynia.*

137. STIGMA, (Spize, Narbe) f. 143. c. 149. d. 152. c. eſt ſummitas piſtilli madida humore, pollen rumpendo - eſt apex germinis roridus.

Stigmata germini ubique adnexa ſunt genitalia fœminina.

Viget enim *ſtigma* eodem tempore, quo antheræ pollinem efflant.

Cadit & marceſcit *ſtigma* poſt caſum antherarum in plerisque; ergo effectus Subfloreſcentia.

Abſcinditur ſtigma, ſic *caſtratio* fit in omni flore.

Syngeneſiſtæ raro ſteriles, ubi ſtigmata quaſi perforant antheras.

Numero

1. plerisque 2. *Jaſminum, Syringa.* 3. *Campanula* &c. 4. *Epilobium.* 5. *Pyrola.*

lacinia convoluta: Crocus.

capillares: Rumex acetoſa.

revoluta: Dianthus, Taraxacum, Campanula.

flexa ſiniſtrorſum (14) *Silene.* dextrorſum: *Cucubalus.*

ſexpartitum: Aſarum.
multifidum, Turnera.

138. *Figura*
fiſſum, (geſpalten.)
capitatum, (köpffig) *Vinca.*
globoſum, (kuglicht) *Primula.*
ovatum, (eyförmig) *Gentiana.*
obtuſum, (ſtumpf) *Andromeda.*
cordatum, (herzförmig) *Rhus.*
truncatum, (zerſtümmelt) *Lathraea.*
oblique depreſſum, (ſchreg hinabgedrückt) *Actaea, Daphne.*
emarginatum, (am Rande erweitert) *Cynogloſſum, Pulmonaria.*
orbiculatum, (kreisförmig) *Berberis, Lythrum.*
peltatum, (mit einem Schild verſehen) *Nymphaea, Papaver.*
coroniforme, (kronförmig) *Pyrola, Erica.*
cruciforme, (kreuzförmig) *Populus.*
uncinatum, (gekrümmt) *Viola.*
canaliculatum, (ausgehöhlt) *Colchicum.*
concavum, (hohl) *Viola.*
angulatum, (wincklicht) *triangulare*, (dreyeckigt) *Lilium.*
trilobum, (dreylappig) *Tulipa.*
plumoſum, (fedrig) *Rheum, Gramina.*
pubeſcens, (erwachſen) *Cucubalus.*
barbatum, (mit einem Bart) *Vitia, Lathyrus.*
ſtriatum, (runzlicht) *Papaver.*
filiforme, (fadenförmig) *Zea mays.*
longitudine ſtyli, (ſo lang als der Griffel) *Portulaca.*
foliaceum, (blättrig) *Iris.*

Duratione
perſiſtens, Nymphaea, Papaver.
marceſcens communiter cum ſtylo.

139. PERICARPIVM, (Saamen-Behältniſs, Gehäuſe der Frucht) viſcus gravidum ſeminibus, quæ matura dimittit. (*περι* circum, *καρπος* fructus.) eſt vel *inflatum*, (aufgetrieben) cum inſtar veſicæ cavum ſit, nec repletur ſeminibus: *Fumaria cirrhoſa.*
articulatum, (gegliedert) articulis prædit: *Raphanus.*
priſmaticum, (dreyeckicht) cum lineare polyedrum ſit, lateribus planis.

Tur-

Turbinatum, (gewunden) cum fructus baſi anguſtatur: *Pyrus.*

contortum, (gebogen) cum ſpiraliter contorquetur: *Thalictrum.*

acinaciforme, (ſäbelförmig) cum fructus inſtar cultelli compreſſus eſt, altero angulo longitudinali obtuſo, altero acuto: *Meſymbrianthemum.*

nidulantibus ſeminibus T. cum ſemina in pericarpio baccato per pulpam diſperſa ſunt.

echinatum, (ſtachlicht) cum aculeis ſ. ſpinis undique adſperſum, uti Echinus animal.

toroſum, (fleiſchicht, ſtarck) cum torulis, ſeu prominentiis hinc inde gibbum evadit: *Phytolacca.*

Species. Capſula, *Siliqua*, *Legumen*, *Folliculus*, *Drupa*. *Pomum*, *Bacca*, *Strobilus*, *Semen.*

CAPSVLA f. 159. 160. 161. (Schaale, Hülſe) pericarpium cavum determinate dehiſcens.

uni -- bi -- tri -- multicapſulare (1. 2. 3. vielhülſig) (aus mehr als einer Capſel) totidem capſulæ inferius verſus baſin connexæ, ut externe jam ſic diſtinguatur.

unicapſularis, *Lychnis*: bicapſ. *Paeonia*, *Aſclepias.* tricapſ. *Veratrum*, *Delphinium.*

quadricapſ. *Rhodiola.* quinquecapſ. *Aquilegia*, multicapſ. *Caltha*, *Trollius.*

Partes.

Valvulae, (Klappen, Deckel) f. 160. a. ſunt parietes fructum externe tegentes: parietes junguntur ſuturis, (Näten.)

valvulae externos parietes reſpiciunt, uti *Diſſepimentum* loculamenta.

uni - bi - tri - quadri - multivalvæ, (1. 2. 3. vielklappich.)

bivalvis, *Chelidonium.* trivalvis, *Viola.*

quadrivalvis, *Oenothera.* quinquevalvis, *Hottonia.*

Loculamenta, (Fächer) f. 160. d. ſunt concamerationes internæ vacuæ pro ſeminum loco.

uni -- bi -- tri -- multilocularis (1. 2. 3. vielfachig) a totidem loculamentis dicta.

unilocularis, *Primula.* bilocularis, *Hyoſciamus.*

trilocularis, *Lilium.* quadrilocularis, *Evonymus.*

quinquelocul. *Pyrola.* ſexlocularis, *Aſarum.*

octolocularis, *Lini radiola*, decemlocularis, *Linum*.
multilocularis, *Nymphaea*.

Diſſepimenta, ſeptum, (Scheidewand) f. 160. b. parietes fructum interne diſtinguentes in concamerationes plures.

parallelum, (gleichſeitig) *Lunaria*.

contrarium, (entgegengeſezt) *Thlaſpi*.

Columella, (Säulgen) f. 160. c. uniens in centro parietes internos cum ſeminibus.

di -- tri -- cocca (2. 3. Knöpfe oder Fächer) eſt capſula bi--tri--locularis, bi--tri--valvis, cum ſeminibus intra ſingulos loculos ſolitariis. (κοκκος granum, κοκκων, granum cnidium.)

di -- cocca, *Mercurialis*, *Gallium*.

tri -- cocca capſula tribus nodis protuberans intusque intra loculamenta diviſa. *Euphorbia*, *Eſula*, *Ricinus*, (*Cataputia major*, off.)

didyma capſula duobus nodis extus gibba.

Semina in capſula adhærent, vel ſupra vel infra, vel in medio, vel lateraliter in trabibus quaſi.

140. SILIQVA, (Schotte) f. 155. eſt pericarpium bivalve, cavum, affigens ſemina, ſecundum futuram utramque.

SILIQVA, ſtricte dicitur, cum longitudo notabiliter ſuperat latitudinem.

Silicula, (Schötgen) ſi vix ſuperat longitudinem, & tamen latum, plerisque vis diminutivi valet, ſcil. ſi exiguæ ſimul molis ſit.

Figura, *orbiculata*, (kreisförmig) (38.) *Clypeola*.

cordata, (herzförmig) (42.) *Lepidium*; (Naſturtium hortenſe, off.)

obcordata (34.) *Thlaſpi*, (burſa paſtoris off.)

lobata, (lappich) (43.) *Biſcutella*. *globoſa*, (kuglicht) *Crambe*.

lanceolata, (lanzenförmig) (40) *Iſatis*.

ſubrotunda, (halbrund) (38) *Bunias*.

triquetra, tribus, *tetragona*, 4. lateribus longitudinaliter planis. *Eryſimum*.

compreſſa, (54) lateribus oppoſitis proxime ad ſe invicem accedentibus. *Thlaſpi*.

toruloſa, (dikknotig) torulis ſ. eminentiis hinc inde gibba. *Raphanus*, *Cochlearia*.

articulata, (gelenkig) ſi toruli æqualiter filiquam ambiunt, ut intervalla anguſtiora æqualia relin-

linquant, ſ. geniculis coarctatis intercepta. *Raphanus*,

141. *Diſſepimentum*, (Scheidewand) (139) ſiliquæ.
parallelum, (breite Scheidewand, gleichlaufend) ſi diſcum, ſeu partem planam opponat diſco valvæ: ſ. latitudine e diametro transverſali ad valvulas accedens. *Lunaria*, *Draba*.
transverſum, *contrarium*, (queer ſtehende Scheidewand) ſi marginis aciem obvertat diſco valvulæ.

142. LEGVMEN, (Hülſen, Schotte, Schelfe) f. 154. pericarpium bivalve, magis vel minus oblongum, affigens ſemina ſecundum ſuturam alteram & tantum ſurſum.
Figura
ovatum (38) *rotundatum* (40): *Aſtragalus*; *lineare* (40): *Galega*, *teres* (54): *Lotus*, *rhombeum* (41): *Ononis*; *turgidum*, (ſtrozend) inſtar veſicæ cavum repletum ſeminibus: *Ononis*, *Geniſta*, *Cicer*.
inflatum, (aufgeblaſen) inſtar veſicæ cavum, nec repletum; *Colutea*. *ſpirale*, (gewunden) *Medicago*. *contortum*, (gebogen) *Medicago* ſativa. *articulatum*, (gegliedert) per intervalla anguſtatum; *Coronilla*, *Hedyſarum*.
1--2--loculare (139) unilocularia pleraque; biloculare, *Aſtragalus*.
Legumen iſthmis interceptum (in beſondere Fächer getheilte Hülſe) in varia loculamenta interne transverſim diſtinctum.

143. FOLLICVLVS, *Conceptaculum*, (Fruchtbalg) vaſculum plerumque aere diſtentum, *cavum* ex unico legumine. ſ. Pericarpium univalve, altero latere longitudinaliter dehiſcens, nec ſuturæ ſemina adfigens. f. 153. *Vinca*, *Aſclepias*. (vincetoxicum off.); pulpa diſtenſum: *Tabernaemontana* (exotica.)
1--2--*valvis*, ſi maturus dehiſcens in valvas totidem ſecedat.
Figura valvis, lobatus (43) erectus. (33) refractus, (91.)

144. DRVPA, (Steinfrucht) f. 157. pericarpium externe coriaceum, craſſum interne carnoſum, farctum, ſine valvis, nucem (154) continens, ſingulis capſulis.

ſucculenta, (ſaftig) humorem continens. *Prunus, Ceraſus.*

ſicca, (trocken) humore carens. *Amygdalus communis.*

145. POMVM, (Apfel) f. 156. (Birne, Kernfrucht) e carne conſtans, circumdata capſula, pericarpium fractum, evalve, capſulam (139) continens.

Figura: turbinatum, Pyrus communis. globoſum, Pyrus malus.

loculamentis, 1--2--3--4--5 loculare.

umbilicus fructus eſt fovea relicta, ubi antea floris ſuperi receptaculum fuit, calyce exarido plerumque cincta. *Pyrus.*

146. BACCA, (Beere) Acini, (kleine Beere) fig. 158. pericarpium fractum evalve, ſemina ſingula cæteroquin nuda continens. *Vitis ſucculenta.*

ſeminum numero

mono -- di -- tri -- &c. polyſperma (1-2-3-vielkörnig) (106.)

loculamentis, in bacca non nimis matura & molli optime videndis.

1--2--3 -- locularis.

recutita, inſtar glandis ferme præputio tectæ: *Taxus.*

ſemina nidulantia, (zerſtreute Saamen) cum in pericarpio baccato per pulpam continuam diſperſa ſunt.

147. STROBILVS, *Conus*, (Zapfen) f. 138. pericarpium ex amento (Käzlein) factum (116) ſquamis induratis.

Figura totius: *conoideus, globoſus.* &c. *ſquamarum*, determinatur terminis foliorum.

148. SEMEN, (Saamen) eſt pars vegetabilis, decidua, novæ plantæ rudimento fœta, pollinis (132) irrigatione vivificata; vel eſt novum vegetabilis rudimentum: humore rigatum, veſica tunicatum.

Partes ſeminis optime in conſpectum prodeunt, ſi ſemen quoddam majus, v. c. Phaſeoli, Piſi, Cucurbitæ, Tritici, aqua macerentur, donec germinet, dein diſſecetur.

Pars eſſentialis ipſius eſt:

Cor-

Corculum, (Keim) ipſiſſimum novæ plantæ primordium intra ſemen, ſ. punctum vitæ ſub minima mole, hilo proximum.

Sedes ejusdem eſt vel in capite vel baſi ſeminis, & uti gemma creſcit in infinitum.

Plumula, (ſchuppige Pflänzgen) pars corculi ſquamoſa adſcendens.

Roſtellum, (Würzelgen) pars corculi ſimplex, deſcendens baſis plumulæ, radices agens, olim matri contigua.

Seminis eſſentia conſiſtit in *corculo*, quod *cotyledoni* adnectitur, & ab eodem involvitur, dein tunica propria arcte veſtitur.

Propagines muſcorum ſunt ſemina, deſtituta tunica, & cotyledonibus, adeoque nudi corculi Plumula, ubi Roſtellum infigitur calyci plantæ.

149. *Partes minus eſſentiales*, nulli tamen fere plantæ, exceptis muſcis deficientes.

Cotyledon, (Kern) corpus laterale ſeminis, bibulum, caducum.

monocotyledon, (aus 1 Stück) plantæ bulboſæ. *Allium*, *Cepa*.

dicotyledon, (aus 2 Stücken) pleræque plantæ. *Phaſeolus*, *Piſum*, *Melo*.

polycotyledon, (aus mehreren Stücken) plantæ pauciſſimæ: *Pinus*. 10. *Cupreſſus*. 5. *Linum*. 4.

Hilum, (Narbe) cicatrix externa ſeminis, ab ejusdem affixione in fructu: evidentiſſimum in *Cardioſpermo*, *Staphylea*, *Phaſeolo*.

Arillus, (Umſchlag, Haut) tunica propria exterior ſeminis, ſponte ſecedens, quibusdam *Calyptra* dictus. *Cucumis*, *Dictamnus*.

a) *ſucculentus*: *Evonymus*.

b) *cartilagineus*, ſiccus, durus, elaſticus. *Citrus*.

tectum, (eingeſchloſſene, bekleidete Saamen) incluſum pericarpio: unde planta *angioſpermia*. (ἀγγος vel ἀγγειον, vas, & σπερμα ſemen.)

nudum, (bloſe, nackende Saamen) ſi ſemen ſponte ſua illico viſui pateat, unde planta evadit. *gymnoſpermia* (γυμνος nudus) (ganz bloſs liegende Saamen) *Matricaria*.

150. *Numero*. *mono* -- *di* -- &c. *polyſpermum*. (106) (1. 2. 3. vielſaamige.)

gymno-

gymnodiſpermum, ſemen nudum geminum.
Seminum fertilitas in plantis ſæpe inſignis, ex una radice, unica æſtate ſemina, e. g. *Zeae* 2000. *Inulae*, 3000. *Helianthi*, 4000. *Papaver*, 32000. *Nicotianae*, 40320.

151. *Figura.*
Cordi--reniforme &c. (Herz-nierenförmig) a figura cujusque rei ſimilis, manu dextra tamen notioris: ut
echinatum, (ſtachelicht) a ſimilitudine animalis, aculeis ſ. ſpinis rectis, undique horridis. *Lappula*, *Myoſotis.*
dentatum, (gezähnt) *cinctum*, (umringt) *Bryonia.*
ovatum. (eyförmig.)
Loculis, (Fächer) in plerisque uniloculare, *biloculare in Corno*, *Xanthio*, (Bardana minor off.)

152. *Superficie.*
ſcabrum (52) læve, glabrum. (48) rugoſum, (50) &c.
Conſiſtentia 1. *oſſeum* (beinern) *lithoſpermum*, *Nuces*, *Corylus.*
calloſum cartilagineum, (knorplicht) *Citrus.*

153. *Corona*, (Krone) calyculus eſt adhærens, quo volitat, ex perianthio floris: *Scabioſa.*
Pappus, (Wolle, Haarkrone) f. 162. Corona pennacea, piloſave, quo volitat ſemen. *Taraxacum.*
1. *ſtipitatus*, (ſtockig) ſi adeſt filum. f. 162. d. elevans, connectensque pappum & ſemen. *Lactuca.*
2. *ſeſſilis*, (Haarkrone auf beſondern Stielen am Saamen) ſi ſtylus iſte deſit.
3. *capillaris*, (haarwollicht) pappo capillari, ſimplex filiformis, pilis indiviſis. *Pappus.* fig. 162. a. *Hieracium. Sonchus.*
4. *plumoſus*, (federwollicht, gefiedert) pappo plumoſo. f. 162. b. villoſus, compoſitus inſtar plumæ, pilis pennatis conſtans. *Leontodon*, *Tragopogon. Valeriana.*
5. *paleaceus*, (riemenwollicht) pappo paleaceo, conſtans lamellis linearibus. *Bidens*, *Coreopſis.*
6. *ariſtatus*, (ährenförmig) ariſtæ (115) forma apparens. *Tagetes*, *Helianthus.*

7. *nul-*

7. *nullus*: *Artemiſia*, *Bellis*, *Cichorium*, *Tanacetum*.

154. 1. *Cauda*, (Schwanz) appendix filiformis, filum ſemen terminans. *Pulſatilla*, *Populus*.

ſimplex.

ariſta (115) *geniculata*: *Geum*.

piloſa, *villoſa*: *Clematis vitalba*.

plumoſa: *Geum rivale*.

2. *Ala*, (Flügel) membrana adfixa ſemini, qua volitante diſſeminantur ſemina. *Abies*, *Betula*, *Anethum*, *Heſperis*, *Thalictrum*.

3. *Hamus*, (Hacken) appendiculus ſeminis, quo animalibus prætereuntibus adhæret. Calyce, *Arctium*, *Urtica*. pericarpio, *Hedyſarum*, *Aparine*. ſeminibus, *Daucus*, *Caucalis*, *Verbena*.

triglochis, (81) *Myoſotis lappula*.

incurvus, *Ariſta uncinata*, *Geum urbanum*, (*Caryophillata off*.)

4. *Caliculus*, (Kranen) coronula ariſtata monophylla ſ. tegmentum ſeminis proprium. *Scabioſa*, *Statice*, *Trifolium*.

5. *Nux*, (Nuſs) ſemen tectum epidermide oſſea: *Corylus avellana*, nucleus dicitur in drupis (144) 1-2. &c. locularis, (139) bilocularis in *Corno*.

6. *Propago*, eſt ſemen *Muſci* decorticatum, detectum.

155. RECEPTACVLVM, (Boden, Fruchtſtüze) ſ. thalamus, (Bette) ſ. placenta, (Mutterkuchen,) baſis, qua partes fructificationis (104) connectuntur.

Receptaculum ambit interne calycis parietes in Icoſandriis, aliisque, unde corolla & filamenta calyci inſeruntur, in *Fragaria*, *Pyro*, *Oenothera*.

proprium, (d. eigene Stüze) quod partes unius tantum fructificationis reſpicit.

fructificationis, (Fruchtſtüze) flori & fructui commune.

floris, (Blumenſtüze,) baſis, ubi floris partes absque germine affiguntur.

fructus, baſis fructus, remota a floris receptaculo.

ſeminum baſis, qua ſemina intra pericarpium affiguntur, ſ. 161.

flos ſimplex, cum pluribus floribus nulla pars fructificationis communis eſt, unde & receptaculum ſimplex.

floſculus eſt flos partialis floris aggregati, compoſiti, umbellati, cymoſi.

156. *Commune*, (gemeinſchaftl. Stüze) (140. 141. 135. 133.) quando floſculos plures, eorumque fructus ita connectit, ut quibusdam exemtis, irregularitas cauſetur.

a) Superficie (Geſtalt)

nudum, (bloſs, nackend) pilis, ſetis, villis, paleis. f. 140. *Leontodon*, *Taraxacum*.

punctatum, (getüpfelt) adſperſum punctis excavatis, cæterum nudum: *Leont. Tarax. Chryſanthemum*. f. 140.

villoſum, (wollicht) villis veſtitum (79.) *Artemiſia*, *Abſinthium*, *Carduus*.

piloſum, (haaricht) munitum pilis (79) *Carthamus*.

ſetoſum, (borſtig) obvallatum ſetis (80) *Arctium*, *Lappa*, *Centaurea*, *Cyanus*.

paleaceum, (riemig, blättrig wie Spreu) lamellis innatis diſtinguens floſculos. f. 140. *Cichorium*, *Anthemis*, *Achillaea milleſolium*.

Palea eſt lamella innata linearis, floſculos diſtinguens. f. 141. b.

157. b) *Figura*.

planum, (flach) ſuperficie: *Achillea milleſolium*.

convexum, (erhaben) ſuperficie ad ſegmentum ſphæræ accedente elatum: *Matricaria chamomilla*.

conicum, (kegelförmig) f. 141. ſuperficie in conum elata: ſ. teres verſus apicem attenuatum. *Anthemis*, *Bellis*.

concavum, (ausgehölt)

ſubulatum, (pfriemenförmig) (56.)

158. *Compoſitus* flos, cui receptaculum dilatatum, convexum, planum, integrum, commune, floſculis monopetalis pluribus, (interdum unico floſculo,) ſeſſilibus, perianthio contentis, antheris in cylindrum connatis, ſemen unicum ſub ſingulo floſculo.

* paucæ quædam plantæ propter antheras connatas, floſculumque ſeſſilem, ad compoſi-

to-

torum claſſem referendæ, dantur, quarum receptaculum a reliquarum ſtructura parum diſcrepat. *Echinops*, *Artemiſia*.

Compoſitus flos eſt 1. *ligulatus*, (flachblätrige, Halbblümchen) (ſemifloſculoſus Tournef.) cum corollulæ floſculorum omnes planæ, verſus exterius latus expanſæ ſunt.

2. *tubuloſus*, (platblühende, Blümchenblume,) (floſculoſus Tournef.) cum corollulæ floſculorum omnes tubuloſæ ſubæquales ſunt. *Eupatorium*.

3. *radiatus*, (geſtralte Blume,) cum corollulæ diſci tubuloſæ, in ambitu vero floſculi difformes ſunt. *Coreopſis*, *Achillaea*, *Tagetes*.

compoſitus radiatus flos, conſtat diſco & radio.

Radius, (Umfang) ex corollulis irregularibus in ambitu conſtat.

Diſcus, (Scheibe) ex corollulis minoribus, plerumque regularibus conſtat, in flore compoſito eſt pars media, calycis limbo limitata.

decompoſitus ſeu compoſitus flos ex compoſitis, continet intra calycem communem minores calyces, communes multis floribus. *Sphaeranthus*.

Completus flos, (vollkommene) (Veilant.) eſt flos corolla, & calyce inſtructus.

incompletus (unvollkommene) flos caret perianthio aut corolla: eſt

1. *apetalus* flos, cui corolla deeſt, non perianthium.

1. *nudus*, cui calyx deeſt, non corolla.

159. *aggregatus* flos, (angehäufte Blume, durch kleine Stiele auf dem flachen Boden der Blume befeſtigt) qui receptaculum habet dilatatum, integrum floſculis pluribus ſubpetiolatis, commune, antheris ſaltem non coalitis. *Scabioſa*, *Dipſacus*.

amentaceus aggregatus flos habet receptaculum filiforme, diſtinctum ſquamis amentaceis. *Betula*, *Salix*, *Urtica*, *Pinus*, *Juniperus*.

glumoſus aggregatus flos habet receptaculum filiforme, cujus baſis inſtruitur gluma communi. *Feſtuca*, *Poa*, *Lolium*, *Hordeum*.

ſpa-

ſpadiceus aggregatus flos eſt, ubi receptaculum, intra ſpatham pluribus floſculis communem. *Arum.*

plumoſus aggregatus flos, habet receptaculum filiforme, cujus baſis inſtruitur gluma communi, *Poa*, *Briza*, *Lolium*, *Triticum.*

160. *Umbella*, (Dolde, Regenſchirmblume, auf verlängerten Blumenſtielen, in den ebenen Boden befeſtigt,) eſt, ubi pedunculi omnes ex eodem centro, ambitu æquali exeunt.

umbellatus flos, f. 135. eſt receptaculum commune diviſum, elongatum in pedunculos filiformes proportionatos, omnibus eodem centro ſ. puncto exeuntibus, ambitu formato æquali, *ſtamina* 5. diſtincta, decidua, *germen* ſub corolla, *piſtillum* bifidum, *ſemina* 2. connexa ſummitate, *Cornus* maſcula, *Butomus.*

Spuria umbella eſt flos aggregatus in quo pedunculi e puncto communi oriuntur, ſed dein irregulariter ſe in ramos diſpergunt.

a) *Diviſione*

ſimplex, (einfach) umbella, ubi receptaculum ſic ſemel dividitur in pedunculos: *Sanicula*, *Eryngium.*

compoſita, (zuſammengeſezte) ubi omnes pedunculi apice communes ſubdividuntur in umbellulas; *Daucus*, *Cicuta*, *Euphorbia*, *Eſula.*

univerſalis umbella, (allgemeine Dolde) conſtat pedunculis 90. primariis ſ. quæ alias umbellulas apicibus gignit, pedunculis primoribus. f. 135. a.

partialis umbella, (umbellula) f. 135. b. (kleine Dolde,) conflatur pedunculis ſecundariis ex univerſali orientibus.

prolifera, ſi in umbella ſimplici unus alterve pedunculus progignit umbellulam: *Aſclepias vincetoxicum.*

161. b. *Figura.*

concava, (hohl) diſco compreſſa.

faſtigiata, (erhöht) erecta diſco planiſſimo ad horizontem parallelo (23.)

convexa, (erhaben) diſco in ſphæræ ſegmentum elato.

pla-

plana, (eben,) diſco.
radiata, (radförmig) petalis extimis marginalibus ſ. in ambitu poſitis difformibus, vel majoribus.

162. c) *Directione.*
erecta, (aufgerichte) ſuperficie cœlum reſpiciens.
nutans, (liegende) præcedenti contraria: *Solanum nigrum.*
cernua, (niedergebogene) erectam inter & nutantem, media ad latus vergit: *Chaerophyllum tremulum.*

163. CYMA, (unächte Dolde) *flos cymoſus* eſt receptaculum diviſum in pedunculos, quorum primores omnes ſicut in umbella ex eodem centro, ſecundarii vero ſ. poſteriores (pedicelli) non ex eodem centro, ſed vage prodeunt: ſ. receptaculum ex centro eodem univerſali, partialibus vero vagis, elongatum in pedunculos faſtigiatos. *Sambucus nigra, Sambucus ebulus, Solanum dulcamara.*
nuda, (blos) involucro, bracteis deſtituta: *Cornus ſanguineus.*
bracteata, (mit Beeren) bracteis (87) inſtructa.
ramoſa, (äſtig) in ramos ſubdiviſa: *Sedum album.*
trifida, (3fach) *Sedum acre.*
tripartita, (3theilig) *Sambucus ebulus.*
quinque partita, (5theilig) *Sambucus nigra.*

164. *Spadix*, (Kolbe) f. 133. eſt receptaculum palmæ enatum intra ſpatham (117) in ramulos fructificantes diviſum, ſiſtens columnam floriferam ſi corolla pedunculis longioribus, receptaculo communi filiformi ſæpe in ramos diviſo, inſerta eſt.
a) *uniflorus*, (auf einer Blume ſizend) *biflorus*, *triflorus*, *multiflorus.*
b) *ſimplex*, (einfach) non diviſus, *ramoſus* diviſus f. 133.
ſpadiceus flos, (falbenartige Blume) eſt flos aggregatus, cujus receptaculum commune florum vagina ſ. ſpatha circumdatum eſt.
Rachis, (Spindel) receptaculum filiforme, floſculos longitudinaliter annectens in ſpicam.

HABITVS
(Geſtalt der Blume.)

165. Habitus, Facies externa vulgo a botanicis (Caſp. Bauhino) antea dictus, eſt conformitas quædam vegetabilium affinium & congenerum, in *gemmatione*, *vernatione*, *aeſtivatione*, *ſomno*, *torſione*, *variatione*, *ſponſalibus*, *ſeminatione*, *placentatione*.

166. GEMMATIO, (das Keimen) eſt gemmæ conſtructio, ex foliis, ſtipulis, petiolis aut ſquamis.

Gemma, *oculus*, (Auge, Knoſpe,) eſt hybernaculum plantæ ex rudimentis foliorum futurorum, caudici adſcendenti inſidens: ſ. illa pars vegetabilis, quæ herbam, embryonem includit, ab injuriis externis defendit, ſquamis tecta ſupra terram ſi in ſuperficie plantæ inter truncum & folium contenta eſt; ſi herba e trunco immediate excreſcit, tum novum ramum format: conſtat vel ſtipulis, l. petiolis, l. foliorum rudimentis, l. ſquamis corticalibus.

Si *gemma* nobilioris plantæ inſeritur in corticem alterius plantæ, nutritur e cortice ac concreſcit, hæc operatio *inoculatio*, emplaſtratio, (oculiren) vocatur.

Inſeritur *ramus* (Aſt,) recens plantæ nobilioris in alterius plantæ corticem, & concreſcit, ut novus generetur arbor, *inſitio* (Pfropfen,) vocatur.

Bulbus, (Zwiebel) carnoſus ſub terra, in radicibus reſiduum foliorum, craſſitiem & ſuccolentiam acquirentium, ſuccum nutritium plantæ continentium, ſ. hybernaculum plantæ e rudimento foliorum præteritorum, caule ſupra terram decedente.

eſt vel *ſolidus*, (dicht) f. 126. conſtans ſubſtantia ſolida, ſucculenta, uniformi, continua, carnoſa intus indiviſa. Radix *Allii ſativi*, *Tulipae*, *Croci*.

tuni-

tunicatus, (blättericht, häutig,) f. 127. conflatus ex lamellis bulboſis, tunicis numeroſis, ſibi ſuper incumbentibus concentricis. *Radix cepae.*

ſquamatus, ſ. *ſquamoſus*, (ſchuppicht) f. 125. conſtructus ſquamis, lamellis imbricatis (16) *Lilii albi radix.*

articulatus, conſtans lamellis catenulatis. *Adoxa.*

caulinus, ſ. cauli inſidens, in caulis quadam parte ſitus: in umbella: *Allium ſativum*; in axillis. *Ranunculus ficaria.*

Origine, *petiolaris*, ex petiolo (Blatſtiel) (62) e foliorum rudimentis, *ſtipularis*, ex ſtipula (68) (Blatanſäze) confecta. *cortic alis*, (rindenförmig) ex cortice plantæ. ſ. corticis ramentis confecta.

Contento, *foliaris*, (beblättert) ſi folium in gemma contentum eſt, non flores.

floralis, (Blumen und Blätter zugleich bringende) ſi fructificationem ſ. flores non folium continet *communis* ſi & folium & florem recondat.

Turiones, (Wurzelſproſſen) ſunt gemmæ radici ſub terra adhærentes, ubi ſuccus in autumno hiſce gemmis radicum ſe approximat, quorum evolutionem frigus in hyeme retardat usque ad ver.

Tuber, (knolle) figura irregularis, ſubſtantia farinoſa ſimilari generant propriam plantam, ſeparantes a prima planta.

167. VERNATIO,

Foliatio, (Lage der Blätter in der Knoſpe) eſt foliorum diſpoſitio intra gemmam ſ. eſt complicatio ea, quam ſervant folia, dum intra gemmam (166) aut aſparagos plantarum latet, quæ ſectione folii transverſa in conſpectum prodit, & modos varios agnoſcit, figuris ſequentibus expreſſos.

convoluta, (zuſammen gewickelt) cum unius lateris margo circumambit alterum ejusdem folii marginem inſtar cuculli.

ſimplex, (einfach) f. 1. *compoſita* f. 9. *Arum*, *gramina pleraque*, *Lactuca*, *Tragopogon*, *Berberis*, *Braſſica*, *Vicia*, *Lathyrus*, *Aſter*, *Cynogloſſum*, *Eryngium.*

Involuta, (eingeflochten) cujus margines laterales utrinque introrſum ſpiraliter convolvuntur,

verſus paginam ſuperiorem. *ſimplex* f. 2. *compoſita*, *oppoſita*, (entgegengeſezt) f. 10. *alterna*, (wechſelsweiſe) f. 11. *Lonicera caprifolium*, *Lonicera periclymenum*, *Evonymus*, *Pyrus malus*, *Viola*, *Plantago*, *Humulus*, *Urtica*, *Anemone hepatica*, *Sambucus*.

Revoluta, (umgekehrt,) cujus margines laterales utrinque retrorſum ſpiraliter convolvuntur, verſus paginam inferiorem; *ſimplex* f. 3. *compoſita*, *oppoſita* f. 12. *Rumex acetoſa*, *Primula veris*, *Tuſſilago*, *Rosmarinus*, *Carduus*, *Senecio*, *Potentilla*.

Conduplicata, (verdoppelt,) cum folii latera, parallele ſibi invicem approximantur: f. 4. *Fagus ſylvatica*, *Corylus avellana*, *Tilia*, *Prunus padus*, *Prunus ceraſus*, *Roſa*, *Rubus*, *Potentilla vulgaris*.

Equitans, (auffizend) quum folii latera parallele connivent, ut interiora ab exterioribus includantur: quod non in conduplicata obtinet: f. marginibus conniventia ſitu oppoſito, ut alterum includat alterum; *ſimplex* f. 5. *anceps*, f. 13, *triquetra* f. 14. *Poa* (gramen) *Iris*, *Acorus*, *Carex*.

Imbricata, (halbrund in einander gefügt) quando parallele ſuperficie recta, ſibi invicem incumbunt: f. 6. *Syringa*, *Liguſtrum*, *Hypericum*, *Daphne*, *Meſpilus*, *Campanula*.

Obvoluta. (verborgen) cum margines alterni comprehendunt oppoſiti folii marginem rectum: f. pagina ſuperiore lateribus approximatis, ita, ut alterum latus diſtinguat alterum folium. f. 7. *Dianthus* (caryophyllus) *Lychnis*, *Saponaria*, *Valeriana*, *Salvia*, *Scabioſa*.

Plicata, (gefalten) cum plicatim longitudinaliter complicantur, uti folia plicata ſ. in plicas varias coarctata. (53) f. 8. *Vitis*, *Acer*, *Ribes*, *Althaea*, *Malva*, *Crataegus*, *Humulus*, *Urtica*, *Alchimilla*.

Reclinata, (angelehnt) cum folia margine ſuperiore verſus petiolum deorſum & extrorſum reflexa ſunt: *Aconitum*, *Pulſatilla*, *Anemone*.

Inclinata, (gebogen) ſi folia margine ſuperiore verſus petiolum deorſum introrſum reflexa ſunt.

Circinalis, (zirckelförmig) deorſum ſpiralis perimetro circulari: *Filices*, *Palmae*.

Spiralia, (gewunden) in plicam transverſalem coarctata, ut *apex centrum obtineat*.

168. ÆSTIVATIO, eſt modus frondeſcentiæ (179.) ſ. corollæ complicatio ante explicationem floris. *Convoluta*, *imbricata*, *conduplicata* (167.)

valvata, (mit Thoren verſehen) ſi folia, ſeſe expanſura, inſtar glumæ graminis (113) ſe exhibeant.

inaequivalvis, (mit ungleichen Thoren) ſi illa magnitudine diſcrepent.

169. SOMNVS, (Schlaf) nocturna foliorum mutatio, ſ. ſtatus contrarius vigiliis, queis plantæ flores quotidie aperiunt, ad partes, generationi dicatas, a rore nimio pluviisve defendendas.

Connivens, (auf und zu ſchlieſſend) ſi foliola calycis, petala, ſive laciniæ corollæ apicibus leviter ſibi accedunt, ac ferme ſe tangunt; ſ. quando duo folia oppoſita pagina ſuperiore, tam arcte ad ſe mutuo adplicantur, quaſi unicum eſſet folium.

Includens, (einſperrend) cum eadem margines totos marginibus applicent, ita, ut nullus hiatus relinquatur; ſ. cum folia alterna noctu cauli ſe approximant.

Circumſepiens, (umzäunend) valvis calycis aut laminis laciniisve corollæ adpreſſis, ſ. cum folia (alias horizontaliter poſita) noctu eriguntur in formam infundibuli.

Muniens, (befeſtigend) quando foliola ſibi invicem, ut liberi folia, approximantur, ſuperiorem paginam tegentia.

Conduplicans, (verdoppelnd,) (167.) dum folia (antea horizontaliter poſita) patentibus petiolis circum circa dependent, & quaſi fornicem formant.

Involvens, (einwicklend) ſtamina corolla; ſ. quando foliola erecta apice connivent & cavitatem inter ſe formant.

Divergens, (abhängig) flore ad latus; f. fi foliola baſi approximantur, apicibus vero patent.

Dependens, (herabhangend) ut evadat flos nutans, foliolis demiſſis.

Invertens, (umgekehrt) ſitu cernuo verſus caulem, f. foliolis demiſſis & ſimul inverſis.

Imbricans, (dem Hohlziegel gleich liegend) in polypetalis aut monopetalis longe laciniatis, ut altera alteram laciniam tegat; f. foliis imbricatim complicatis.

170. TORSIO f. *Intorſio* (drehen, wenden,) eſt flexio partium verſus alterum latus.

a. *conformis* (gleichförmig) in partibus ſingulis verſus latus idem.

difformis (ungleichförmig) contra horſum vorſum, aut non in ſingulis

b. *dextra* ☽, ſiniſtra ☾ (13) reciproca.

caulis volubilis (ſich umdrehend)
ſiniſtrorſum; *Humulus*, *Lonicera*.
dextrorſum; *Phaſeolus*, *Convolvulus*, *Euphorbia*.

cirrhus volubilis *dextrorſum*, retrorſumque; *Leguminoſae*, *Smilax*.

corolla volubilis *ſiniſtrorſum*, *Aſclepias*, *Vinca*.
dextrorſum, *Pedicularis*, *Gentiana*, contra ſolem.

Piſtilla ſiniſtrorſum, *Cucubalus*, *Silene*.

Germina contorta *ſiniſtrorſum*, *Helicteres*, *Ulmaria*.

c. *reſupinata* torſio (das umgekehrte Drehen) corollæ aut floris, cum corollæ labium ſuperius terram, inferius cœlum ſpectat; *Viola europæa*, *Aiuga*, *Satyrium*.

Obliquitas (die ſchiefe) corollæ; *Hyſſopus*, *Pedicularis*: *ſpicae ſpirales*, aſperifoliæ, *Claytonia*.

Incurvatio (die Krümmung) corollæ, *Mimoſa*, *Papaver*, *Sedum rubrum*, *Lilium Martagon*.

Hygrometica varia ex fibrarum contorſione occurrunt in variis plantis: *Avenae* ariſta, funis inſtar contorta, *Geranum* ſeminis aryllus caudatus ſpiralis.

171. VARIATIO (Veränderung der Pflanzen) 1. coloris (125) 2. *magnitudinis*, 3. *pubeſcentiae*, (79) 4. *ae-*

4. *aetatis*, ſcilicet infantilis, puerilis, adoleſcentis, virilis, ſenilis: *Arbores*, *Hedera*, (conf. Linn. amœn. acad. Tom. 1. ſponſalia plant. §. IV. (3)

Externa, in partibus vegetationis: cum varietates ſint plantæ ejusdem ſpeciei mutatæ a cauſa quacunque occaſionali.

frequens & *vulgaris* (wildwachſend) eſt planta, quæ in ſolo apto ſponte & copioſe provenit.

ceſpitosa (vielſtänglicht) planta fit, cum multi caules ex eadem radice prodeunt.

plicata (geflochten) dicitur planta, cum arbor vel ramus excreſcit minimis intertextis ramulis, tanquam Plica polonica, expilis, ceu inſtar nidi Picæ, quod vulgus a malo genio ortum arbitratur: frequens in *Pinu*, *Betula*.

faſciata, (in einen breiten Stengel zuſammen gewachſen,) cum plures caules connaſcuntur, ut unus ex plurimis inſtar faſciæ evadat, & compreſſus. Fit idem arte, ſi plures caules enaſcentes cogantur penetrare coarctatum ſpatium, & parturiri tanquam ex anguſto utero: *Beta lato caule C. B. Amaranthus criſtatus*, *Tragopogon*, *Scorzonera*.

latifolia; tenuifolia; criſpa (53) præter naturam.

mutica (abgekipt) quæ alias ſpinis &c. armata erant.

Interna, in partibus fructificationis.

a. 1. *mutilata*, ſ. mutila, (des blumenblatts beraubte Pflanze, mangelhaft) ubi defectu ſufficientis caloris, corolla deficit, quæ adeſſe deberet *Viola*, *Tuſſilago*, *Cucubalus*, *Campanula*.

2. *grandiflora*, (grosblumig) ex nutrimento copioſo juſto major, dum aliæ partes (fructificationis) numero augentur, ut aliæ eſſentiales excludantur, deſtruantur.

injurians, ſi petala juſto grandiora.

b. *multiplicata*, (halbgefüllte Blume,) pars quæcunque floris, communiter corolla dicitur, ſi præter ordinem, ſalvis quibusdam ſtaminibus numero aucta eſt, ſi fere omnia filamenta nova gignunt petala.

Perianthium & Involucrum raro, ſtamina vix unquam multiplicatum conſtituunt florem: *Hyacinthus*; multiplicantur plantæ ſolo radice, caule, foliis, fructificatione.

monopetali flores ſæpius *multiplicantur*, rarius pleni evadunt.

polypetali non raro *multiplicantur*: *Hepatica*, *Anemone*.

plena (gefüllte Blume,) cum corolla adeo multiplicata, ut ſtamina omnia excludantur, dum hæc excreſcunt in petala replentia, flores ſæpius ſuffocantia piſtillum: *Roſa*, *Cheiranthus*.

polypetali ſæpius fiunt *pleni*; *Malus*, *Pyrus*, *Ceraſus*, *Ranunculus*, *Papaver*, *Poeonia*, *Dianthus*, *Lilium*, *Tulipa*.

monopetali rarius implentur; *Primula*, *Datura*.

flores ſimpliciun pleni differunt a compoſitis naturalibus, quod pleni illi piſtillum commune in centro floris, compoſiti vero ſtamina & piſtilla propria obtineant.

flores compoſiti, *petalis planis pleni*, differunt a ſuis non plenis, quod ſtigmata in his elongentur & germina aucta divergant.

flores compoſiti pleni e petalis planis differunt a compoſitis naturalibus, petalis planis, quod pleni illi antheris deſtituantur, quibus naturales gaudent.

Radius in flore *compoſito naturali* ſi piſtillis inſtruitur, omnes quoque pleni flores piſtillis inſtruuntur, ſi vero deſtituitur, etiam deſtituuntur pleni: *Bellis*, *Matricaria*, *Tagetes*.

pleni qui omnia ſtamina amiſere, ſunt ſteriles, genera non conſtituunt, anthophilorum & hortulanorum deliciæ ſunt flores *pleni*.

flos perfecte plenus nullus propagatur ſeminibus, ergo ipſe prodit, vel e depactis ramis, vel e vivi radicibus, ut *Dianthus*, *Cheiranthus*, *Tropaeolum*, *Roſa*, *Ranunculus*, *Viola*, *Paeonia*, *Narciſſus*;

pauciflores ut *Papaver*, *Nigella*, potius multiplicati dicendi quam perfecti pleni, ſemina enim perficiunt.

multiplicati & pleni flores a Perianthio & infima ſerie petalorum, uti proliferi a prole judicantur.

flos *plenus* ad genera referri nequit, cum monſtroſus ſit, fiet hic naturalis, ſi in ſolo ſeratur margo.

Corollæ polypetalæ infima ſeries numero conſtans permanet etiam in *plenis*, hinc numerus petalorum inde ſæpius facillime eruitur, ut *Papaver*, *Nigella*, *Roſa*.

duplicatus (doppelt) eſt primus, minimus gradus plenitudinis.

triplicatus (dreyfach,) corolla triplo auctior evadit.

prolifera, (ſproſſende, gekrönte Blume,) cum intra florem (ſæpius plenum) alii flores enaſcuntur, e filamentis antiquæ floris, ex cauſa plenitudinis aucta. *Calendula prolifera*.

prolificatio a) e *centro*, ſi ex piſtillo enato in prolem, uno pedunculo peragitur, in floribus non compoſitis: *Dianthus*, *Roſa rubra*, *Ranunculus*.

b) e *latere*, proles plurimos pedunculatos ex calyce communi emittens, in compoſitis aggregatis, *Bellis*, *Calendula*, *Scabioſa*.

Luxuriantes flores (wuchernde Blume,) nulli naturales, ſed omnes *monſtra* ſunt; *pleni* enim evnuchi evaſerunt, adeoque ſemper abortiunt; *multiplicati* non æque; *proliferi* monſtroſorum augent deformationem.

Luxurians flos tegmenta fructificationis (perianthium, & corollam,) ita multiplicat, ut eſſentiales ejusdem partes deſtruantur, excludantur, dum aliæ numero augentur, ab alimento luxuriante.

Luxuriantes flores multiplicant corollam, cum damno ſtaminum, quæ excreſcunt in petala, adeoque multiplicati flores plurima.

Luxuriationibus minus obnoxia ſtamina & calyx, petalis longe certiora ſunt.

vivipara (lebendig gebährende Pflanze,) flos frondoſus, ſi proliferi proles folioſus fit, rariſſima eſt viſa in *Roſa*, *Anemone* &c.

bulbigera, (zwiebelbringende Pflanze) bulbos proferens.

Perfecte denominatur planta nomine *generico & ſpecifico.*

Cognitione ſpecierum initur omnis ſolida eruditio phyſica, œconomica, medica, imo omnis vera cognitio humana.

Speciei notitia in nota eſſentiali, qua ſola, ab omnibus congeneribus diſtinguitur.

Sine notitia generis nulla certitudo ſpeciei.

Differentia ſpecifica continet notas, quibus ſpecies a congeneribus differt.

Nomen ſpecificum autem continet differentiæ notas eſſentiales.

Notæ in nomine ſpecifico ſint non lubricæ, incertæ aut falſæ, ſed firmæ, certæ, mechanicæ.

Nomen ſpecificum a partibus plantarum non variantibus deſumi debet.

Nec magnitudo, nec locus natalis, nec tempus florendi, vegetandi, nec color, nec vis, nec uſus, nec odor, nec ſapor, ſpecies ſufficienter diſtinguit.

Pubeſcentia ludicra eſt differentia, cum cultura ſæpius deponantur.

Spinæ & hirſuties ſub pubeſcentia intelligitur, quam ſæpe plantæ exſerunt a loco vel cultura.

Cultura facit, ut mirifice manſueſcant ferociſſima animalia & ita etiam plantæ: Spinoſæ arbores, cultura ſæpe deponunt ſpinas in hortis, & ex acerbo fructu mitem porrigunt. e. g. *Pyrus*, *Citrus*, *Limon*, *Aurantium*, *Meſpilus*, *Groſſularia*, *Cynara.*

Cichorium ſylveſtre, eſt foliis ſinuatis, dentatis, aſperis, ſapore amaro ingrato: *ſativum* eſt foliis magnis integris levigatis ſapore grato.

Hirſuties loco & ætate facile deponitur.

Thymus, *Serpillum*, in campis glabra, in maritimis arenoſis hirſuta ſunt.

Lilium martagum in ſylvis hirſutum, in hortis glaberrimum.

Durationem, a loco quam maxime provenientem, in differentia adhibere non arridet, niſi manifeſtiſſimam.

Calidis regionibus, æſtate perenni gaudentibus, plan-

plantæ perennes & arboreſcentes evadunt, quæ apud nos annuæ ſunt, uti *Tropaeolum*, *Beta*, *Majorana*, *Malva arborea*.

Frigidae regiones e perennibus plantis annuas faciunt, uti *Mirabilem*, *Ricinum*.

Multitudo herbæ ſæpe loco mutatur.

Radix, differentiam realem ſæpe ſubminiſtrat, ad eam tantum confugiendum eſt alia via intercluſa, non enim licet in hortis plantas facile eradicare; in vivis plantis oculis noſtris ſe etiam ſubducit radix; in herbariis non facile transfertur radix.

Scillae difficile ab herba diſtinguuntur, a bulbo tunicato aut ſolido aut ſquamoſo facillime.

Orchides tuto non diſtinguuntur, niſi radices fibroſæ, ſubrotundæ, aut teſticulatæ in auxilium vocantur.

Trunci notæ differentias ſæpe optimas edunt.

Caulis eſſentiales præbet differentias, ut ſine iis nulla certitudo ſpeciei. e. g.

Hypericum perforatum, caule ancipiti,

Hypericum aſcyron, caule quadrangulari,

Convallaria polygonatum vulgare caule ancipiti.

Convallaria polygon. maximum, caule tereti.

Sic Culmus, Scapus, Petioli, Pedunculi.

Folia elegantiſſimas, naturaliſſimas differentias exhibent.

Natura in foliis quam maxime fuit polymorpha, quorum ſpecies numeroſiſſimæ, ſtudioſe a tyronibus addiſcendæ.

Fulcra & *Hybernacula* communiter optimas differentias relinquunt. *Aculei* in *Rubo*; *Spinae* in *Pruno*; *Bracteae* in *Fumaria*, *Dracocephalo*; *Coma* conſtat bracteis, quæ caulem terminant magnitudine inſignes, ut in *Corona Imperiali*, *Lavendula*, *Salvia*.

Glandulae in *Pado*. *Stipulae* magni faciendæ ſunt in vaſtiſſimis generibus, in dubioſis ſpeciebus.

Gemmae, in eodem genere ſæpe diverſiſſimæ: e. g. *Rhamnus*, *Salices*.

Bul-

Bulbi bene diſtinguunt genus, in axillis foliorum reſidentes bulbi, *Lilium*, *Ornithogalum*, *Saxifraga*.

Infloreſcentia maxime realis eſt differentia.

Differentia omnis e *numero*, *figura*, *proportione* & *ſitu*, variarum partium in plantis occurrentium neceſſario deſumitur, uti a radice, trunco, foliis, fulcris, infloreſcentia, fructificatione, quæ ſunt *fidae notae*, cum contra *fallaces notae* ſint, color, odor, ſapor, uſus, ſexus, pubeſcentia, tempus, locus, multitudo, magnitudo, monſtroſitas &c.

Genericum nomen ſingulis ſpeciebus applicari debet.

Speciebus ad genera redactis adſumant Species nomen generis, ut ex nomine conſtet de plantæ nominatæ genere.

Nomen genericum valet in Republica botanica uti nummus.

Species a *varietatibus* diſtinguunt cultura in diverſiſſimo & vario ſolo; partium plantarum omnium inprimis fructificationis examen accuratum, ut & ſpecierum congenerum inſpectio, poſitio ſpeciei ſub proximo & diverſo genere.

varietates ſunt plantæ ejusdem ſpeciei mutatæ a cauſa quacunque occaſionali.

varietates ad Botanicos cæteroquin non ſpectant, inprimis leviſſimæ niſi quatenus Botanici curam gerant, ne ſpecies multiplicentur aut confundantur; uſus varietatum in œconomia, culina, medicina neceſſariam reddidit varietatum cognitionem in vita communi.

Sexus varietates naturales conſtituit, reliquæ omnes monſtroſæ ſunt, quas conſtituunt flores mutilati, multiplicati, pleni, proliferi; herbæ luxuriantes, faſciatæ, plicatæ, mutilatæ, in numero, figura, proportione, & ſitu partium omnium, nec non ſæpius color, odor, ſapor, & tempus.

172. SPONSALIA (Ehen) in plantis occurrunt; ſunt plantæ quædam

mares (männliche Pflanzen) quæ flores ſolum maſculos gerunt.

femi-

feminae (weibliche) quæ femineos tantum flores continent.

androgynae (Pflanzen mit halb getrennten Geſchlechtern) quæ flores & maſculos & femineos ſimul gerunt, utrosque ſeparatos, in eodem thalamo, ex eadem radice, *Zea*, *Urtica*, *Amaranthus*, *Quercus*, *Cucurbita*, *Cucumis*.

dioicae (mit ganz getrennten Geſchlechtern) in qua mares & feminæ in diverſo thalamo, & diverſa radice.

hermaphroditae (Zwitterpflanzen) quæ flores ſingulos hermaphroditos gerunt.

polygamae (mit vermengten Geſchlechtern) quæ hermaphroditis & fœmineis aut maſculis ſimul conſtant, in caule vel eodem vel diverſo: *Atriplex*.

maſculus flos antheras (131) *femineus* ſtigmata (137) habet.

hermaphroditus flos (Zwitterblume) antheram & ſtigma una continet.

Stamina & *Piſtillum* indicant *ſponſalia*: ſunt partes eſſentiales florum, qui ſemen vel fructum gignunt, aliæ partes florum tegmini & nutritioni inſervientes, non tam neceſſariæ quam ſtamina & piſtillum in fructificatione. Fructus etiamſi quædam producunt plantæ, ſemina vel plane nulla vel ſaltem ſterilia gignunt, ſine ſtamine & piſtillo. Sexum diverſum in plantis, & ſimilitudinem cum animalibus probant *plantae hybridae*, (Baſtartpflanzen) qui oriuntur, ſi germen a polline alterius plantæ in diverſo thalamo fœcundatur: ut in *Lino*, *Cannabi*.

Plantæ *hybridae* per artem facile produci poſſe, experimenta cel. *Koelreuteri* probant e. g. in *Nicotiana* ruſtica; panic. peren. glutin. tranſylv. *Diantho* chineſ. carthuſ. *Cheiranthо* albo, rubro.

Plantarum ſemina fructificatione indigent uti ova animalium, pollen antherarum filamentis affixarum fœcundat in plantis per

ſtigma

ſtigma germen, primam originem ſeminum; deficit hoc pollen ſemina fiunt ſterilia.

Stamina & piſtilla ſunt diverſæ longitudinis pro ſitu florum: pollen non citius ex antheris ſe evolvit, donec ſtigma id juſte ſuſcipere poteſt, ob noxam quam aqua inprimis, aliaque, plantis floreſcentibus inducunt, quamplurimarum enim plantarum flores ſerena & ſicca tempeſtate ſe aperiunt, marinæ plantæ, aquæ antea ſubmerſæ, tempore floreſcentiæ ſupra aquam ſe emergunt. &c.

Vegetabilia, ſenſatione licet deſtituantur, æque tamen ac animalia *vivunt*, quod probat

Ortus ex ſemine vel gemma,

Nutritio ex humo tenuiſſima, *Kylbel*: cum aqua & aëre, *Haleſ.*

Lepidium ab aqua ſine terra creſcens.

Ætas, infantia, pueritia, adoleſcentia, virilitas, ſenectus; *Arbores*, *Hedera*.

Motus: horam diei obſervant flores *ſemifloſculoſi* & varii alii,

pluviam præſagit mane *Calendula*:

noctu nutat, *Draba*, *Trientalis*:

flacceſcit *Impatiens*, reflectitur *Siegesbekia*:

clauduntur *Mimoſae*, *Papilionaceae*:

componitur *Tamarindus*:

de die autem vigilant patentibus follis:

ſolem ſequitur *Reſeda Luteola* & flores ſemifloſculoſi:

defectus motus ex umbra aut ſylva, hinc diverſa ſtatura *Pini* aliorumque:

Propulſio loco circulationis animalium:

Morbus: æſtus, ſitis, pernio, fames, polyſarchia, cancer, inſecta:

Mors oppoſitum vitæ, *Anatomia*: vaſa, utriculi, tracheæ, cutis, epidermis.

Organiſmus: vaſa ſecretoria, glandulæ.

173. SEMINATIO, diſſeminatio (beſaamen) naturæ ſtupenda eſt:

Aëris vis, præſertim vere & autumno proeel-

cellæ; *Erigeron* ex America diſſeminata per Europam.

Fructus elevatur per caulem; ſcandentes itaque factæ, ut attollant fructum, capſulæ apice dehiſcunt.

Ut vento quovis facile feratur ſemen, quædam *volitant Pappo* plumoſo, *Valeriana:* piloſo, *Stapelia:* calyce, *Scabioſa, Trifolium:* cauda, *Pulſatilla, Populus.*

Ala ſeminis, *Abies, Betula, Corispermum.* pericarpii, *Fraxinus, Iſatis:* calyce, *Humulus.*

Inflatione, ut volumen lævius evadat, calyce, *Cucubalus, Trifolium;* Pericarpio, *Fumaria, Colutea.*

Elaſticae longe propellunt ſemina: cartilagine, *Impatiens, Dictamnus*, mucrone, *Lathraea:* fibris, *Cucumis, Cardamine:* reptatu: *Avena, Geranium, Equiſetum*; viſcoſitate, *Viſcum.*

Adhaerentia animalibus hamis, quæ in ruderatis creſcunt;

calyce; *Arctium, Agrimonia, Urtica*, pericarpio; *Hedyſarum, Aparine.*

ſeminibus; *Cynogloſſum, Myoſotis, Verbena, Daucus, Caucalis.*

Animalia, quæ ſemina integra deglutiunt, diſſeminant cum ſtercore: *Avena, Juniperus, Epidendrum.* Baccæ creatæ ut diſſeminentur ob pulpam; ſub manducatione ſemina diſpergunt *Sciuri, Mures, Monedulae:* fodiunt Talpa, Erinaceus, Lumbricus, ut terra recipiat.

Flumina, Mare, Lacus, Imbres, Æſtus juvant ſeminationem.

Conſervatio naturalis ſeminum, *Mimoſa, Cucumis.* Maris fundus non deſtruit ſemina: Similitudo eludit animalia; *Salicornia, Medicago.* Plantæ occultant; *Trifolium, Lathyrus.*

Armis ab animalibus defenduntur ſemina, appropriatis ſpinis, aculeis, caulibus.

Carnoſæ propagantur plantæ foliis: arbores

ſin-

ſingulæ ſunt uti hortus circumſeptus, miro naturæ conſilio.

Structura ſeminum ſingularis, organica, in ſingulis, oculis phyſicis facile patens.

Germen & Corculum in ſemine ex Medulla, ergo omnis generatio continuata multiplicatio.

174. a. PLACENTATIO (die Lage der Augen) eſt cotyledonum (149) diſpoſitio, ſub ipſa ſeminis germinatione (178).

acotyledones (ohne Stücken) ubi nulli extant cotyledones, *Muſci.*

monocotyledones (aus einem Stück) cum cotyledones perſiſtunt intra ſemen perforatæ, *Gramina;* unilaterales, *Palmae;* reductæ, *Cepa.*

dicotyledones (aus 2. Stücken) immutatæ, *Legumina*, *Coma:* plicatæ, *Didynamia*, *Goſſypium:* duplicatæ, *Tetradynamia*, *Malvae*: obvolutæ, *Helſine*: ſpirales, *Salicornia:* reductæ, *umbellatae:* polycotyledones, (aus mehreren Stücken) *Pinus* 10. *Cupreſſus* 5. *Linum* 4.

b. MENSURA (das Maas) magnitudinis a manu deſumta, vel a ſtatura hominis, in plantis convenientiſſima eſt.

linearis (einer Linien lang) (10) *unguicularis* (Nagels breit (10) *pollicaris* (Daumens breit) (10) *palmaris* (einer Hand breit) (10) *dodrantalis* (3 querhand hoch) (10) *ſpithameus* (Spannenlang) (10) *pedalis* (Schuh lang) (10) *cubitalis* (Ellen lang) a flexura cubiti ad extimam apicem digiti intermedii. *brachialis* (Arms lang) ab axilla ad apicem digiti intermedii. *orgyalis*, *ſexapoda* (6 ſchuhig) (10).

c. LACTESCENTIA (Milch enthaltende Pflanzen) eſt copia liquoris, qui effluit læſa planta, albi, *Euphorbia*, *Papaver*, *Aſclepias*, *Campanula;* lutei, *Chelidonium*; rubri, *Rumex* ſanguinea.

d. *Mor-*

d. *Morboſae* plantæ (ungeſunde) a Botanicis receptæ variæ ſunt, prout earum morbi;

Eryſiphe (Schimmel, lichte Bräune) eſt mucor albus, capitulis fuſcis, ſeſſilibus, quo folia aſperguntur, frequens in *Humulo*, *Lamio*.

Rubigo (Brand) eſt pulvis ferrugineus, foliis ſubtus adſperſus, frequens in *Alchemilla*, *Rubo* ſaxatili, *Eſula*.

Clavus (Knopf, Buckel) cum ſemina enaſcuntur in cornicula majora extus nigra, uti in *Secale* & *Caricibus*.

Uſtilago (Rus) cum fructus, loco ſeminum, farinam nigram proferunt; ut *Hordei*, *Avenae*, *Scorzonerae pulveri-florae uſtilago*.

Nidus inſectorum cauſſatus ab inſectis, quæ ova depoſuere in plantis, unde excreſcentiæ variæ: *Gallae querci*, *Ciſti*, *Salicum*.

Inſecta ſæpe cauſſant plenitudines & prolificationes florum, *Matricaria*, *Chamaemelum vulgare* ab inſectis minimis fit prolifera.

LOCVS (Geburts-Ort.)

75. *Loca* natalia plantarum reſpiciunt *Regionem*, *Clima*, *Solum*, *& Terram*.

Regio (Gegend) tradit Regnum, Provincias, Pagos, & ubi rariſſimæ plantæ, loca ſpecialiſſima.

Clima (das Clima) habet tres dimenſiones latitudinem, longitudinem, & altitudinem loci.

Latitudo eſt ab æquatore vel *borealis* vel *auſtralis*, utraque gradibus diviſa 90.

Longitudo communiter ab inſula *Ferro* Canarienſium ad eandem numerat 360.

Altitudo perpendicularis eſt terræ menſura a mari, verſus ſumma cacumina alpium.

Menſuratur *Barometro*, ſecundum elevationem loci perpendicularis deſcendente.

Boreale, *Orientale*, *Occidentale*, *Mediterraneum*, *Auſtrale*, *Indicum*, *Alpinum &c.* aliunde patent.

76. SOLVM (die Lage des Orts) reſpicit telluris naturam.

marinum (Meer) aqua ſalſa continuo tectum, occultat plantas radicibus deſtitutas, per

poros nutriendas, frigoris impatientes: *Fucus*, *Spongia*.

lacuſtre, (Seeteiche) aqua pura repletum, fundo conſiſtente: *Arundo*, *Scirpus*, *Elatine minim.*

maritimum (See-Strand) mari vicinum.

littorale (Fluſs) maris arena, ſive ſabulo, ſale imprægnato conſtans, maris fluctibus ventisque expoſitum, alunt proprias plantas, *Salſola*, *Atriplex*, *Eryngium*, *Iſatis*.

ripa, (Rand, Ufer) fluviorum & lacuum hyeme ſub aqua reconditæ. *Lythrum*, *Ranunculus*, *Lyſimachia*.

ſtagna & *foſſae* (Gräben) fundo limoſo & aqua quieta ſunt repleta. *Cicuta*, *Ranunculus*, *Sagittaria*.

paluſtre (Moräſte) humo lutoſa, laxa, & aqua refertum, æſtate ſicceſcens. *Carex*.

inundatum (überſchwemmte Orte) hyeme repletum aqua, æſtate putridum exſiccatum, imbribus interdum ſuffuſum: *Bidens*, *Oryza*.

uliginoſum (Sümpfe) ſpongioſum, aqua putrida laborans, colonis inviſum, nec ſegetis, nec fœni proventui aptum: *Primula*, *Anthericum oſſifragum*.

fluviale (Bäche, Flüſſe, Flieſswaſſer) quod aquam puram, ſubfrigidam, motu agitatam alveo detinet. *Potamogeton*, *Ranunculus* capillaris.

fontanum (Brunnen) ex quo aqua gelida puriſſima ſcaturit: *Beccabunga*, *Angelica*, *Petroſelinum*.

ceſpitoſum (torfig, Moore) refertum humo, mixta ſphagno, (herba) tectum tuberibus, aqua limoſa profunda cinctum: *Scirpus*, *Lichen*.

alpinum (Alpen) quod montes altiſſimi, intrantes aëris ſecundam regionem. arboribus ſpoliati, ſummis cacuminibus nive perenni tectis, convallibus humo ceſpitoſa repletis, formant: *Alchemilla* digitalis, *Ranunculus* alpina: *Veronica*, *Viola*.

Nemoroſum (waldig) ad radices montium, inter lacos, humo ſpongioſa tectum, umbroſum ſemper, exhalans continuo aërem humidiuſculum, ventis minime expoſitum, plantas vernales, frigoris & caloris impatientes alens. *Fumaria* bulboſa, *Anemone*, *Paris*, *Aſarum*.

Sylvaticum (Wälder) umbroſum terra ſabuloſa ſterili refertum: *Pyrola*, *Pulſatilla* ſylv. *Erica*, *Melampyrum*.

Paſcua (Weide) a pratis differunt, quod ſteriliora, ſicciora, & ſabuloſa. *Euphraſia*, *Tormentilla*.

Arvenſe (unbeſäete Æcker) conſtat agris requietis: *Anagallis*, *Fumaria*, *Scandix*, *Ononis*.

Pratenſe (Wieſen) herbis luxuriat, campis depreſſis, convallibusque conſtat a) fertile *Lotus*, *Milleſolium*, *Campanula*. b) exſuccum, *Lilium Convallium*, *Agrimonia*, *Geranium ſanguineum*, c) humidiuſculum: *Scabioſa ſucciſa*, *Geum paluſtre*.

Verſurarum (Enden der Æcker) quæ ſunt margines agrorum, tanquam prata ſtercorata conſideranda: *Lolium* perenne, *Cichorium*, *Scabioſa*, *Anchuſa*.

Agreſte Felder) quod terra ſubacta læta gaudet: *Galeopſis*, *Cyanus*, *Delphinium*, *Convolvulus*.

Campeſtre (ebene Felder) apricum ventis expoſitum, ſiccum, aſperum: *Artemiſia camp.* *Stellaria*, *Myoſotis*, *Daucus*, Bellis.

Montanum cum collibus, (Anhöhe, Hügel) ſabuloſum, aridum, ſterile, aquam vix admittens: *Arnica*, *Carlina*, *Gnaphalium*.

Rupeſtre, (Felſen, Klippen) conſtans petris, murisve præruptis, aridiſſimisque: *Sedum* *Origanum*.

Ruderale (Landwege) juxta domos, habitacula, vias ac plateas. *Hyoſciamus*, *Abſinthium*, *Plantago*, *Solanum*.

Cultum, (Gärten) in hortis, terra ſubacta, mixta, fertiliſſima, promovens plantas

hortulanis inviſas, inter olera luxuriantes. *Urtica annua*, *Aparine*, *Lamium*, *Euphorbia.*

Fimetorum (Miſthaufen) ex ſtercore animalium congeſto. *Urtica maj.* *Datura*, *Aſperugo.*

Locus aquoſus folia inferiora, *montoſus* autem ſuperiora ſæpius findit.

Folia diſformia ſ. variæ figuræ in eadem planta rariora ſunt: *Hibiſcus* foliis inferioribus integris, ſuperioribus trilobis. *Lepidium* foliis caulinis, pinnato-multifidis, rameis, cordatis.

Aquaticae plantæ inferiora folia & ſubmerſa reddunt ſæpius capillaria: *Ranunculus aquaticus* folio rotundo & capillaceo.

Montanae plantæ folia inferiora magis integra, ſuperiora autem magis diſſecta formant, ob ſolum ſiccum: *Pimpinella*, *Petroſelinum*, *Aniſum.*

Cultura, tot varietatum mater, optima quoque varietatum examinatrix eſt: Horticulturæ mangonium produxit flores *plenos*, fructus *horaeos*, caulium *turiones*, herbas *altiles*, *capitatas*, teneraque *olera;* hæ ſibi relictæ in ſolo macro ſylveſtrem induunt naturam: Sic dulciſſimæ *vites* fiunt acidæ, ſuaviſſima *mala* acerba, gratiſſima *pyra* auſtera, pulpoſi *aſparagi* lignoſi, &c. *Solum* mutat plantas, unde varietates enaſcuntur, & mutato eodem redeunt. *Buxus* arboreſcens & humilis. *Cynara* aculeata & non aculeata, *Myoſotis* foliis hirſutis & glabris, &c.

177. TERRÆ (die Natur des Erdreichs) plantis faventes ſunt

Humus, (Garten-Erde) terra ſicca ſpongioſa, attactu ſcabra, in aqua plerumque molleſcens, ac diſſolubilis, colore nigreſcens, aut ex nigro flaveſcens vel rubeſcens, ex deſtructis animalibus aut vegetabilibus in ſuperficie terræ ſenſim nata, quæ tenuiſſima plantarum alimentum primarium eſt. (Kylbel Diſſert. de cauſa fertilitatis terrarum.)

Ar-

Argilla, (Thonfeld) tempeſtate humida unctuoſa, ſicca autem indurata eſt: *Thlaſpi*, *Papaver*, *Anthyllis*.

Creta, (Kreide) in collibus ſicciſſimis, aridiſſimis: *Verbena*, *Reſeda* vulgaris, *Campanula*.

Arena, (Sand) ſicca, friabilis, ſiticuloſa; eſt a) mobilis, *Carex*. b) farinacea, *Erica*. c) vulgaris, *Aſparagus*. d) ſabuloſa, *Serpillum*. Dignoſcitur ſic ex ſola inſpectione plantarum ſubjecta terra & ſolum: *Potentilla vulgaris* colorem argenteum foliorum induens indicat in terra latente argillam.

TEMPVS (Blüthe-Zeit.)

178. TEMPVS vigendi, germinandi, frondeſcendi, efloreſcendi, vigilandi, fructeſcendi, defoliandi indicat clima.

GERMINATIO (Ausſchlagen) eſt tempus, quo ſemina terræ mandata eadem excludunt, in cotyledonum proventum, 1) *diebus* tribus *Napus*, *Eruca*; 4. *Anethum*, 7. *Hordeum*, 20. *Faba*. 40--50. *Apium*, 2) anno primo *Juglans*, *Poeonia*, *Perſica*. annis 2. *Cornus*, *Corylus avellana*: annuum bienne.

179. FRONDESCENTIA, (das Grünwerden, das Grünen,) eſt tempus æſtatis, quo ſpecies ſingulæ plantarum prima folia explicant. e. gr. April. *Ribes*, *Groſſularia*, *Eſculus*, *Tilia*, *Fraxinus*. May. *Sambucus*, *Crataegus*, *Syringa*, *Tilia*, *Roſa*.

Vernatio, foliorum exortus: *praecox*, *aequalis*, *ſerotina*.

Autumnatio, eorundem aut plantæ totius coloris mutatio, & caſus: *praecox*, *lenta*, *cunctanea*. *Fraxinus vernatione* ſerotina æquali, inter arbores ultima, unica ſæpe nocte maximam partem foliorum protrudit, *autumnatione* præcoci cunctanea, ornatum univerſum deponit.

Efflorescentia Aufblühen) eſt tempus menſis, quo ſingulæ ſpecies plantarum primos flores oſtendunt. e. gr. April. *Fumaria*, *Tuſſilago*, *Viola*, *Anemone*. May. *Convallaria*, *Pyrus*, *Berberis*.

Jun. *Geum*, *Gnaphalium*, *Potentilla*, *Anchuſa*. *Cardui varii* non florent antequam ſolſtitium abſolutum eſt. *Parnaſſia* fœniſecii præco eſt. *Colchicum* autumni & gelu nuncia eſt.

180. CALENDARIVM (Allmanach oder gewiſe Zeit)
1. *Germinationis*, *Frondeſcentiae*, *Floreſcentiae*.
2. *Groſſificationis*, cum fructus poſt floris caſum incrementum capit; quod de ſucculentis & carnoſis præcipue intelligitur: Maturationis, Meſſis.
3. *Exſolationis*, *Defoliationis*, *Congelationis*.
4. *Brumalis*, *Gracialis*, *Regelationis*, ut mutationes annuæ cuique climati propriæ, ad culturam providam annotentur.

181. HOROLOGIVM floræ, (Blumenuhr) monſtrat qua diei hora flores ſolares ſeſe aperiunt & claudunt.

Flores ſolares, (abwechslend öfnend und ſich verſchlieſſende Blumen) ſunt, qui terminatum tempus ſeſe explicandi & claudendi obſervant; hicque plantarum ſtatus *ſomnus*, ille *vigiliae* audit: flores ſoli vergunt, dein contrahunt, poſt contractum ſunt irritabiles: *Berberis ſenſitiva*, *Carduus*, *Mimoſa ſenſitiva*, *Dionaea muſcipula*, (exot.)

a. *Vigiliae meteoricae* (nach dem Wetter ſich richtende) ſunt flores ſolares, qui minus accurate obſervant horam explicationis, ſed prius vel ſerius aperiuntur pro ratione umbræ, aëris humidi, vel ſicci, Atmoſphæræ preſſione majori aut minori, hi flores ſolares *Meteorici* vocantur.

Tropicae (nach der Länge des Tages und Kürze ſich richtende) eorum, qui mane aperiuntur, & ante veſperam recluduntur quotidie, ſed hora explicationis adſcendit aut deſcendit, uti dies adcreſcit aut decreſcit; adeoque obſervant horas turcicas ſeu inæquales. Hi flores ſolares *Tropici* dicuntur.

Æquinoctiales (zu gewiſen Stunden ſich öfnende und ſchlieſſende Blumen) cum flores ſolares aperiuntur certa & poſitiva diei hora, & plerumque etiam determinata hora quotidie recluduntur. Obſervant hi horas europæas ſ. æquales.

Vi-

Vigiliae florum ſolarium vulgatiſſimæ ſunt. e. g.
Leontodon taraxacum, oritur 5. 6. occidit 8. 9.
Hieracium piloſella or. 8. occ. 2.
Crepis tectorum or. 4. 5. occ. 10. 12.
Sonchus repens. or. 6. 7. occ. 10. 12.
Lactuca ſativa or. 7. occ. 10.
Calendula arvenſis or. 9. occ. 30.
Anagallis rubra or. 8 occ. 10.

b) *Apertionis*, *recluſionis* hora, quædam dormiunt, dum folia & frondes in nocte ſe complicant, mane extendunt.
Ruri ambulans Botanicus absque alio horologio ex florum ſolo aſpectu diei horas pronunciare poteſt. e. g. 3. *Tragopogon* luteum: 4. 5. *Crepis* tectorum: 6. *Scorzonera* tingitana: 5. *Leontodon* taraxacum, *Convolvulus* rectus: 6. *Hieracium* fruticoſum: 7. *Lactuca* ſativa: 8. *Meſymbrianthemum* barbatum: 9. *Hieracium* piloſella, *Anagallis* rubra: 10. *Lapſana* glutinoſa: 11. *Crepis* alpina: 12. *Sonchus* lævis: 1. *Dianthus* prolifer: 2. *Crepis* rubra, *Hieracium* pulmonaria. 4. *Hieracium* rubrum.

FRVCTESCENTIA, (Saamen-Zeitigung) comprehendit tempus, quo ſemina matura diſpergunt plantæ. Matureſcit hordeum citius in auſtrali Scania & boreali Lapponia, quam intermedia Uplandia.

DEFOLIATIO (das Blätter-Abfallen) eſt tempus autumnale, quo arbores folia dejiciunt, eoque indicant progreſſum autumni & inſequentis hyemis. *Fraxinus* inter primas defoliatur, & inter ultimas frondeſcit: Colchici primi flores obſervandi.

VIGENDI tempus (das Alter) comprehendit annos, quibus plantæ vivunt; facile anni numerantur vel ex circulis concentricis ſ. ex annulis reſinoſis in caudice detruncato. Annulis reſinoſis ſ. internis plerique trunci numerantur, *Quercus*, *Pinus*.
Ramis annotinis numerantur ætates Pini, Cedri, Mali, Pyri &c.

182. DVRATIO (die Währung der Pflanzen) *Plantae*. caducæ, ſenſiles, perpetuæ; *Flores*: ephemeri, tri-

tridui, menſtrui; *Fructus*: præcoces, ſerotini annui.

QVALITATES

(Eigenſchaften, Kräften der Pflanzen.)

VIRES ſ. Qualitates ſolis ſenſibus, adeoque exemplis non verbis diſcuntur.

a. Plantæ *genere* convenientes *easdem* poſſident *vires*.
Convolvuli; *Scammonium*, *Mechoacanna*.
Allii; *Porrum*, *Cepae*. Lauri; *Cinnamomum*, *Camphora*, *Saſſafras*, *Benzoe*.
Euphorbiæ; *Eſula*, *Tithymalus*. Artemiſiæ; *Abrotanum*, *Abſynthium*.
Ordine naturali & viribus conveniunt:
Columniferæ; *Malva*, *Althaea*, *Alcaea*.
Scitamina; *Cardamomum*, *Coſtus*, *Curcuma*.
Multiſiliquæ; *Poeonia*, *Aquilegia*, *Aconitum*, *Delphinium*, *Nigella*, *Ranunculus*.
Contortæ; *Cynanche*, *Aſclepias*.
Claſſe & viribus congruunt:
Gramina, umbellatæ, oleraceæ, papilionaceæ, ſiliquoſæ.
Graminum folia pecoribus & jumentis læta paſcua; Semina minora avibus, ſemen *Milii*, *Panici*, *Hordei*, *Avenae* paſſeribus & gallinis; Semina majora hominibus eſculenta ſunt, cerealia, *Triticum*, *Secale*, *Hordeum*, *Avena*, *Milium*.
Stellatae diureticæ ſunt plantæ; *Rubia*, *Aparine*, *Gallium*.
Aſperifoliae magis minusve oleraceæ, *Anchuſa*, *Borrago*, mucilaginoſæ & glutinoſæ ſunt; *Conſolidae majoris* Radix.
Luridae ſunt plantæ ſuſpectæ: fœtidæ, *Solanum*, *Hyoſcyamus*, *Nicotiana*, *Datura*: Narcoticæ, *Atropa*, *Mandragora*, *Nicotiana*, *Lycoperſicon*: Corroſivum maxime, *Capſicum*.
Umbellatae in ſiccis aromaticæ, calefacientes & pellentes, in aquoſis autem venenatæ ſunt, radice & ſeminibus pollent: aquoſo loco natæ venenatæ ſunt *Cicuta*, *Phellandrium*, *Apium*

pa-

paluſtre. Pellentes ſudorem, urinam, flatus, menſes, lac, *Leviſticum*, *Angelica*, *Imperatoria*, *Pimpinella*, *Carvum*, *Daucus*.

Hexandriae radices ſecundum ſaporem & odorem edules aut noxiæ ſunt: edules ſunt radices inodoræ, *Tulipae*, *Ornithogali*; venenatæ ſecundum odorem viroſum, ſunt *Scilla*, *Hyacinthus*, *Levcojum*, *Narciſſus*.

Bicornes adſtringunt *Erica*, *Pyrola*; ſed baccæ acidæ eſculentæ ſunt; *Myrtilli*, *Uvae urſi*, *Arbuti*.

Icoſandriae fructus pulpoſis eſt eſculentus; pomacei, *Mala*, *Pyra*, *Crataegi*, *Ribes*, ſenticoſi, *Cynoſbata*. Drupacei, *Perſica*, *Pruna*, *Ceraſa*.

Polyandria plerumque venenata ſunt, *Aconitum*, *Helleborus*, *Poeonia*, *Papaver*, *Euphorbia*.

Verticillatae ſunt fragrantes, nervinæ, reſolventes & pellentes, flatus, menſes, lac. Folia virtute pollent: fragrantiſſimæ, *Thymus*, *Origanum*, *Majorana*, *Ocymum*, *Rosmarinus*, *Salvia*.

Siliquoſae aquoſæ, acres, incidentes, abſtergentes, & diureticæ ſunt, exſiccatione imminuitur virtus: incidentia attenuant viſcida acredine, hinc tumores œdematoſos & frigidos reſolvunt: *Cochlearia*, *Siſymbrium*.

Columniferae mucilaginoſæ, lubricantes, obtundentes & maturantes ſunt; lubricant inviſcando acria in tuſſi, ſtranguria, nephritide, colica, excoriatione adeoque dolores leniunt; maturant emolliendo.

Papilionaceorum folia jumentis & pecoribus, ſemina variis animalibus eſculenta, ſunt farinacea & flatulenta ut *Fabae*, *Viciae*, *Piſa*, *Phaſeoli*, *Lentes*. Quadrupedibus præſtantiſſimum pabulum ſuppeditant, *Trifolium*, *Medicago*, *Hedyſarum*, *Vicia*, *Lotus*.

Syngeneſia compoſitorum in medicina introducta communiter amara ſunt: *Tanacetum*, *Abſynthium*, *Artemiſia*, *Chamomilla*, *Cichorium*, *Carduus benedictus*.

Orchideae ſunt aphrodiſiacæ, *Vanilla* americanorum, *Satyrium* europæorum.

Coniferae ſunt reſiniferæ & diureticæ, *Juniperus*, *Pinus*, *Abies*, *Cupreſſus*.

Cryptogamia vegetabilia ſæpius ſuſpecta continet, *Filices* odore gravi, ingratæ; *Muſci* ingrate olent; *Algae* pauciſſimæ eſculentæ ſunt, purgant; *Fungi* anceps cibus Plinio.

Plantæ floribus *nectario* a petalis diſtincto communiter venenatæ ſunt; *Aconito*, *Aquilegia*, *Mirabili*, *Narciſſo*, *Dictamno*.

Lactescentes plantæ communiter venenatæ ſunt, *Apocynum*, *Papaver*, *Chelidonium*, *Euphorbia*.

Locus *ſiccus* ſapidiores reddit plantas, Aromata, *Cinnamomum*, *Roſmarinus*, *Thymus*, *Salvia*, *Origanum*, *Hyſſopus*, *Meliſſa*.

Succulentus inſipidas magis, ut *Olera* pleraque.

Aquoſus ſæpius corroſivas reddit & acres, *Ranunculus*, *Cicuta*, *Perſicaria*, *Siſymbrium*.

Fructus horæi in humidis & umbroſis auſteriores, in ſiccis & ſoli expoſitis dulciores evadunt.

b. *Qualitates* plantarum, in quibus vires ſubſiſtunt, indicat ODOR, SAPOR, COLOR.

Inſipida & *inodora* vim medicam vix exercent; ſapidiſſimæ & odoratiſſimæ vero maximam ſemper poſſident vim.

Deſtructo ſapore & odore in plantis etiam vis caſtratur, ut in fœculis & magiſteriis *Ari*, *Elaterii*.

Maſticatione vires a ſapido provenientes optime explorantur.

Sapidae & *ſuaveolentes* bonæ ſunt; *nauſeoſae* & *graveolentes* venenatæ ſunt, ut *Aconitum*, *Helleborus*, *Solanum*, *Hyoſcyamus*, *Nicotiana*.

Ambroſiaca inſtar ambræ ſunt analeptica, ut *Ambra*, *Moſchus*, *Geranium* moſchatum, *Malva* moſchata: *Fragrantia* gratiſſimo odore ſe commendant, flores *Cheiranthi*, *Croci*, *Jaſmini*, *Lilii*, Tiliæ, Violæ; herba *Lavendula*, *Thymus*, *Majorana*, *Ocymum*, *Origanum*, *Meliſſa*.

Aromaticae odore & guſtu fere conveniunt: *Cinnamomum*, *Laurus*, *Camphora*, *Caryophyllus*, *Acorus*, *Angelica*, *Citrus*.

Graveolentia ſingularia ſunt, *alliacea*; *Allium*, *Cepa*, *Porrum*, *Scordium*.

Hircina, inſtar hirci; *Orchis*, *Hieracium* fœtidum; *Geranium* robertianum.

Tetra

Tetra odore ingrato notiſſima; *Cotula* fœtida, *Tagetes*, *Cannabis*.

Nauſeoſa quæ ingeſta a natura reſpuuntur; *Veratrum*, *Helleborus*, *Convallaria*, *Aſarum*, *Nicotianu*, *Colocynthis*.

184. SAPOR: ſiccus, *Creta;* ſtipticus, *fructus immaturi*. Amarus; ſalſus; acris, *Piper*, *Sinapis*. aquoſus; pinguis; acidus; dulcis; viſcoſus.

185. COLOR: a) conſtans, b) mutabilis.

Luteus amarum indicat, *Gentiana*, *Aloe*, *Chelidonium*, *Curcuma*.

Ruber acidum; baccæ *Berberidis*, Ribis, *Rubi*, *Mori*; *Poma acida*, *Sorbi*, *Roſae*, *Ceraſi;* herbæ verſus autumnum rubeſcentes, *Acetoſa*, *Oxalis*, *Lapathum ſanguineum*.

Viridis crudum; *Folia & fructus immaturi*.

Pallidus inſipidum; *Lactuca*, *Cichoreum*, *Aſparagus*.

Albus dulce; *Ribes*, *Rubus*, *Mala* dulcia, *Pruna* alba.

Nigra ingrata & ſæpius venenata; Baccæ *Atropae*, *Solani*, *Padi*.

Acidi exploratores ſunt colores cærulei ſ. violacei. e. g. Crotonis, Violæ, aliorum vegetabilium: *Caerulei* colores ab acido rubeſcunt, ab alcali affuſo vireſcunt.

Papyro cærulea uſus eſt Tournefortius, quæ ab affuſo ſucco plantæ mutato indicabat ejusdem qualitatem acidam aut alcalinam.

186. CONSISTENTIA a) exſucca; carnoſa; Poma, *Melo*, *Sempervivum:* ſuccoſa; *baccae plurimae:* glutinoſa.

b) aquoſa; viridis; alba: *Eſula*; lutea: Chelidonium; rubra.

VTILITAS
(Nuzen, Gebrauch der Pflanzen.)

187. Naturalis. *Oeconomia* naturæ; (conf. Linn. Amœn. T. VI. Politia naturæ.)

Sympathia vel *Antipathia* cum vegetabilium tum animalium.

Pan

Pan mammalium phytiphagorum domeſticorum.
Pandora inſectorum dicta, quod mala mixta bonis contineat.

Artificialis. *Culinaris*: radices, olera, fructus, varias plantas pro Cibo, Potu.
Officinalis: a) ſimplicia præparata,
b) pretium, locus.
Medica: vires, uſus.
Oeconomica: utenſilibus variis, ædificiis, inſtrumentis, opificiis; paſtoralis; tinctoria, &c.

Culturae hinc neceſſariæ cerealium, medicarum plantarum, hortorum, arborum, ſepium, pratorum &c.

Uſus plantarum tam varius & amplus, ut paucis vix deſcribi poſſit.

Paradiſus telluris obducit terram *Algis* variis, quæ generant primam terram in ſiccis petris, ad propagationem variarum plantarum

Muſcis pauperrimis, paludes formantibus in terram ſiccam, & ne gelu ſiriove deſtruantur radices, quam dein tegit Vulgus

Graminum virens, primarium Animalium alimentum, condecoratque nobiliſſimis.

Herbis, florum ſtructura admiranda, colore lucente, odore fragrante, ſapore variante ridentibus, inter quas proceres

Arbores pediſſequis ſtipatæ attollunt capita, tegmini ſunt exiguis humilibus plantis, arcent ab iis ventos, inumbrant a radiis, humectant inconſpicuo imbre, reficiunt plantas per exhalationes, multiplicant copiam, foliis ſuis tegunt hyemali tempore terram, perficiunt fructus, alliciunt vocales aëreas. Naturæ Horti.

TER-

TERMINI LATINI.

NUMERUS NUMERUM NOTAT. *)

A.

Abbreviatum perianth. 109
Abortiens flos vid. maſculus.
Abruptum pianatum fol. 59
Acaulis herba, 8
Aceroſum fol. 40
Acinaciforme fol. 56. pericarp. 139
Acotyledones 174
Acris ſapor 184
Aculeatus caulis 19. fol. 52 perianthium 110. petiolus 67
Aculeus 84
Acuminatum fol. 47
Acute crenatum fol. 44
Acutum fol. 39. 47. perianth. 110
Adnatum fol. 37. petiolus 65. ſtipulæ 71
Adpreſſum folium. 33. pedunculus 91.
Adſcendens pedunculus 91 truncus 11
Adverſum fol. 34
Æqualis caulis 21. corolla 120. 122. perianthium 108 nectarium 130. filamentum 130. ſtylus ad ſtamina 136
Æquinoctiales ſolares flores, & vigiliæ 181
Æſtivatio 163
Aggregatus flos 159. Knautii, vid. compoſitus flos.
Agreſte ſolum 176
Alæ corollæ papilionaceæ 123. feminum 173
Alatus caulis 20. petiolus 63. folium 54. 59.
Albus color 125.
Alburnum 7
Algæ 14
Alliaceus odor 183
Alpinum ſolum 176
Alterna filamenta calyci 129. folia 31. pedunculi 89. rami 25
Alterne ſ. } pinnatum f. 59
Alternatim }
Altitudo loci 175
Ambroſiacus odor 183
Amentum 116. amentaceus flos. 159
Amplexicaule fol. 37. petiol. 65
Anceps caulis 14. fol. 56
Androgyna planta 172
Angioſpermia planta 149
Angulatus caulis 14. ſtigma 138. ſtylus 135. petiolus. 63
Animalia p. 1
Annulus trunci 7
Annua radix 2. planta p. 14

Ano-

*) Littera p. quibusdam locis occurrens, indicat paginam in præcognoſcendis.

Anomalus flos Tournef., vid. irregularis. 94
Anthera 131
Apertura antheræ 131. floris. 81
Apetalus flos, 158. corolla 121
Apex Raj., Tournef. Rivin; vid. anthera.
Aphyllus caulis 16
Appendiculatus petiol. 65
Appreſſum fol. 33. pedunc. 91
Approximata fol. 31. volva 119
Aqueus color hyal. 125
Aquoſus locus 176
Arbores p. 14
Arboreus truncus 9
Arena 177
Argilla 177
Arillus 149
Ariſta 115. 116. feminis 154
Ariſtatus pappus 153
Arma 84
Aromaticus odor 183
Arrectum fol. 33
Articulate pinnatum fol. 59
Articulata radix 4. ariſta 115. caulis 22. fol. 59 legumen 142. pedunculus 93. petiolus 67. pericarpium 139. ſiliqua 140 ſpica 99. bullus 166
Articulus 22
Artificial. methodus p. 3. 15
Arvenſe ſolum 176
Aſſurgens fol. 33. petiol. 66
Ater color 125
Attenuatus pedunculus 93
Auctus calyx, vid. calyculatus.
Avenium fol. 50
Aura ſeminalis 132
Auritum fol vid haſtatum.
Autumnatio frondeſcentiæ 179
Axillæ 29
Axillaris cirrhus 76. fol. 29 pedunc. 88. ſpina 85

B.

Bacca 146
Barba 79. 123. corollæ Rivini eſt labium inferius corollæ ringentis.
Barbatus flos Rivin. vid. ringens. fol. 52. ſtigma 138
Barometrum altimetrum 175
Bauhinus. p. 4
Biennes plantæ. p. 14. radix 2
Bifaria fol. 31
Bifidus cirrhus 77. corolla 121. fol. 43. furcæ 84 perianthium 107. ſtylus 136.
Biflora gluma 114. ſpadix 164. pedunculus 91. petiolus 62.
Bigeminatum f. Bigeminum } fol. 60.
Bijugum fol. 59
Bilabiata coroll. vid. ringens.
Bilobum fol. 43
Bilocularis anthera 131 bacca 146. legumen 142 pericarp. 139. ſemen 151
Binatum fol. 59
Bini flores 94. fol. 31
Bipartita corolla 121. fol. 43 perianth. 107
Bipinnatum fol. 60
Biternatum fol. 60

Bivalvis folliculus 143. gluma 114 ſpatha 117
Botanicus p. 1
Botanica ſimplex 1. medica p. 2. œconomica p. 2. objectum ejus p. 1.
Brachiatus caulis 22. menſura 174
Bractea 87
Bracteata cyma 163. pedunc. 93. verticillus 95
Breves rami 27. petiolus 64. nectarium 130
Breviſſimæ ſtipulæ 75. ſtylus 136. petiolus 64
Brumalis 180
Bulbifer caulis 20
Bulbigera planta 171
Bulboſa radix 6
Bulbus 166
Bullatum fol. 50

C.

Caducæ bracteæ 87. fol. 58 ſtipulæ 70. calyx 105 corolla 124
Cæruleopurpureus color purpur 125
Cæruleus color 125
Cæſtus color virid. 125
Calcar corollæ 126. 123
Calendarium 180
Calix Tournef. eſt perianthium Linn. 105
Calloſum ſemen 152. nectarium 126
Calycinæ ſpinæ 85
Calyculatus calyx ſ. perianth. 111
Calyculus ſeminis 154
Calyptra muſci 118. ſeminis vid. arillus.
Calyx 105. Calycem abire in fructum Tournef. 134
Campanulata corolla 123. nectarium 126
Campeſtre ſolum 176
Canaliculatum fol. 53. petiol. 63. ſtigma 138
Capillare filamentum 128 pappus 153. ſtylus 135 folium 42. glandulæ 82 nectarium 128
Capitatum ſtigma 138. flos Raj. vid. compoſitus flos.
Capitulum 96. muſcis 131
Capreoli 76
Capſula 139. ſtaminis Malpigh. vid. anthera.
Carina, papilionaceæ corollæ 123
Carinatum fol. 54
Carnoſum fol. 55
Cartilagineum fol. 44. arillus 149
Caryophillata corolla 123
Caſtratum ſtamen 130
Catulus Tournef. vid. amentum.
Cauda ſeminis 154
Caudex aſcend. deſcend. 8. 38.
Cauleſcens planta 8
Caulinus bulbus 166. pedunc. 88. folium 29
Caulis 8
Cernuus flos 94. pedunc. 91. umbella 162
Ceſpitoſum ſolum 176. planta 171
Cichoraceus flos vaillant, vid. ligulatus.
Ciliatum fol. 44. ſpica 99 ſtipulæ 74. perianthium 107. corolla 174
Cinereus color 125
Circinalis vernatio fol. 167

Circumſepiens ſomnus 169
Cirrhifer pedunc. 88
Cirrhoſum fol. 47
--- pinnatum fol. 59
Cirrhus 76
Claſſes ſyſtematis: Linn. Præcognoſc. p. 17. characteres p. 19
Claſſes plantarum p. 2. naturæ p. 14
Clavatus pedunc. 93. petiol. 63. ſtylus 135. corolla 123
Clavus 174
Clima 175
Coadunatum folium 31
Coarctata panicula 103. pedunc. 91. rami 26
Coccineus color 125
Color 125. mutatio unius in alterum 125. vires 185
Colorata bractea 87. fol. 48 gluma 114
Columella capſulæ 139
Coma 87
Communis gemma 166. pedunc. 88. perianthium 111. receptac. 156
Comoſa ſpica 99
Compactum fol. 55
Completus flos 158
Compoſita corolla 124. corymbus 100. flos 158. 171 fol. 59. fructificatio 104 racemus 102. ſpica 97. umbella 160
Compreſſus caulis 14. fol. 54. ſiliqua. 140
Connatæ, coalitæ antheræ. 131
Concava corolla 123. glandulæ 82. fol. 53. ſtigma 138. umbella 161. receptaculum. 157
Conceptaculum 143
Concha 123
Conduplicata vernatio folior. 167. ſomnus 169
Conferti rami 25. verticilli 95. folium 54. 31
Confluentia folia 31
Conformis torſio 170
Congelatio 180
Conglobatus flos Ponted. vid. compoſitus flos.
Conglomerati flores 62. 171
Conicum receptac. 157
Conjugatum fol. 59. racemus 102
Connata anthera 131. filamenta 130. fol. 37. nectarium 130
Connivens ſomnus 169. corolla 123
Conſiſtentia 186
Contortum legumen 142. pericarpium 139
Contrarium diſſepimentum ſiliquæ 139
Convexum fol. 53. receptac. 157. umbella 161
Convoluta vernatio folior. 167. cirrhus 78
Conus. vid. Strobilus. 147 conicum receptaculum. 157
Copioſi flores 94
Corculum ſeminis 148
Cordatum fol. 42. ſtigma 138. ſiliqua 140. ſemen 150
Cornutum nectarium 126
Corolla 120
Corona ſeminis 153
Coroniforme ſtigma 138
Corticalis gemma 166
Corymbus 100

Cortex radicis 1. trunci 7
Cotyledon 149
Crassities 10. ſtyli 136
Crenatum fol. -- obtuſe -- acute -- duplicate 44. corolla 124
Creta 177
Criſpum fol. 53. planta 171
Croceus color. lut. 125
Cruciata corolla 123
Cruciformis cor. 123. ſtigma 138
Cubitalis menſura 174
Cucullatum fol. 53
Culmus 8
Cultum ſolum 176. cultura 171
Cultores botanices p. 4
Cuneiforme filamentum 128. fol. 39. nectarium 28
Cuſpidatum fol. 47
Cuticula radicis 1. trunci 7
Cyaneus color cærul. 125
Cyathiformis corolla. 123
Cylindrica ſpica 98. ſtylus 135. folium 53
Cyma 163
Cymoſus flos 163

D.

Dædaleum fol. 45
Decandria claſſis 188
Decaphyllus calyx ſ. perianth. 106. 110
Decidua bractea 87. fol. 58 ſtipulæ 70. calyx 105
Declinatus caulis 11. corolla 124. folium 33. pedunculus 9
Decompoſitum fol. 60. flos 158
Decumbens caulis 11
Decurrens fol. 37. petiol. 65. ſtipulæ 71
Decurſive pinnatum fol. 59
Decuſſata fol. 32
Defoliatio 180. 181
Defloratio 94
Deflexi rami 26
Dehiſcentia antheræ 131
Delineatio plantæ p. 27
Deltoideum fol. 41
Demerſum fol. 35
Dentatum fol. 44. radix 4 ſtipulæ 74. corolla 124 ſemen 151
Dependens fol. 33. racemus 102. ſomnus 169
Depreſſum fol. 54. oblique ſtigma 138
Dextra torſio 170
Dextrorſum volubilis 13
Diadelphia claſſis 188
Diandria 127. claſſis 188
Dianthera 127
Dichotomus caulis 12. ſtylus 136
Dicocca capſula 139
Dicotyledon 149. 174
Didymus 132. capſula 139
Didynamia claſſis 188
Differt fructificatio 104 flos 171
Difformis flos Jung Knaut. vid. irregularis. torſio 169
Diffuſus caulis 11. panicula 103
Digitatum fol. 39. 59
Dignoſcitur Fructificatio 104
Digynia 135
Dimidiatum capitulum 96 ſpatha 117
Dicœcia claſſis 188
Dioica planta 172
Dipetala coroll. 121

Diphyllus calyx ſeu perianth. 106
Diſcus 158
Diſpermum 150
Diſſectum fol. 43
Diſſepimentum capſulæ 139 ſiliquæ 141
valvis { contrarium / parallelum } Tournef. 141
2) *Ceſpitoſus*, (Torf S.) culmo ſtriato nudo, ſpica bivalvi terminali longitudine calycis, radicibus ſquamula interſtinctis. *Loc.* In paludibus ceſpitoſis ſylvaticis. *Uſus.* Radices turfas generant; & maritimos locos foecundant.

3) *Lacuſtris*, (See S Seebinſengras.) culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Loc.* In paludibus. *Flos.* Jul. *Uſus.* Lacuum & fluviorum ripis fertilitatem adfert, in Suecia bobus & equis pabulum, tuguriis tegendis, & clitellis infarciendis aptiſſimus.

22) ERI-

22) ERIOPHORUM, (Wolgras) Linn. G. 65.

CAL. *Spica* imbricata; *ſquamis* ovato-oblongis, plano-inflexis, membranaceis, laxis, acuminatis, flores diſtinguentibus.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* erectæ, oblongæ.

PIST. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, longitudine ſquamæ calycis. *Stigmata* tria, ſtylo longiora, reflexa.

PER. nullum.

SEM. triquetrum, acuminatum, villis ſpica longioribus inſtructum.

SPEC. 1) *Polyſtachyon*, gram. prat. tomentoſum panicula ſparſa, (vielähriges Woll-Flachs-Gras, Quispel-Feder-Seiden-Flockenbinſe, Binſen-Wieſen Watte, Wieſen-Flachs-Wolle, wilde Baumwolle, Judenfeder.) Culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis. *Loc.* Uliginoſis turfoſis. *Flos.* May. Jun. *Uſus.* Lana ſpica ſeſſilis longa, tenera, nivea in Suecia chirotecis, pauperum pulvinaribus, culcitris implendis, ellychniis, chartis, pileis inſervit, & pannis lana animali aut ſerico miſta.

2) *Alpinum* (Alpen W.) culmis nudis triquetris, ſpica pappo breviore. *Loc.* In Alpibus, locisque affinibus. *Uſus.* Lana brevior ad combuſtiones anodynum.

Claſſis III.

TRIANDRIA. *Ordo II.* DIGYNIA.

23) PHALARIS, (Glanzgras,) Linn. G. 74.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, maxima, compreſſa, obtuſa: *valvulis* navicularibus, compreſſis, carinatis, ſuperne obtuſioribus, marginibus rectis, parallele conniventibus.

COR. bivalvis, calyce minor: *Valvulâ exteriore* oblonga, acuminata, convoluta; *interiore* minore.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, calyce breviora. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* villoſa.
PER. *Corolla* circumnaſcitur ſemini cruſtæ inſtar, nec dehiſcit.
SEM. unicum, tectum, glabrum, è rotundo utrinque acuminatum.

SPEC. 1) *Canarienſis*, (Canarien-Gras) panicula ſubovata ſpiciformi, glumis carinatis. *Loc.* Inſulis Canar. & hortis Europæ. *Flos.* Jun. *Uſus.* Pabulum avibus canariæ; & e farina panis nutriens confici poteſt.
2) *Arundinacea*, (ſchilfiches Glgr. Rohrſtrausgras,) panicula oblonga ventricoſa. *Loc.* ſubhumidis ad ripas lacuum. *Flos.* May.

24) PANICUM, (Schroden,) Linn. G. 76.

CAL. *Gluma* uniflora, trivalvis: *Valvulis* ſubovatis: ovato-acuminatis, tertia minima à tergo alterius poſita.
COR. bivalvis: *Valvulæ* ſubovatæ, altera minor planior.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, brevia. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* plumoſa.
PER. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dihiſcit.
SEM. unicum, tectum, ſubrotundum, inde planiuſculum.
OBS. *Ariſtæ terminant in quibuſdam corollæ valvulam planiorem.*

Species datur involucro deſtitutas.

SPEC. 1) *Verticillatum*, (quirlförmiger S.) ſpica verticillata, racemulis quaternis, involucellis unifloris biſetis, culmis diffuſis. *Loc.* Viis ordinar. *Flos.* Jul.
2) *Crusgalli*, (Hahnenfus) ſpicis alternis conjugatisque, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis, rachi quinquangulari. *Loc.*, cultis, foſſis pratorum. *Flos.* Jul.

25) PHLEUM, (Liſchgras) Linn. G. 77.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis, oblonga, linearis, compreſſa, apice bicuſpide dehiſcens: *valvulis* rectis, concavis, compreſſis, amplexantibus, æqualibus, truncatis, carinæ apice mucronatis.
COR. bivalvis, calyce brevior: *Valvulâ exteriore* amplexante *interiorem* minorem.

STAM.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumoſa.
PER. nullum. *Calyx & corolla* includentia ſemen.
SEM unicum, ſubrotundum.

SPEC. *Pratenſe*, (Wieſen L. Kolbengras, langer Fuchſchwanz, weiſſer Fänch, Wieſenfönnich.) Spica cylindrica longiſſima culmo recto. *Loc.* In verſuris & pratis. *Flos.* Jul. *Uſus.* Equis & porcis pabulum; bobus & capris adverſum.

26) ALOPECURUS (Fuchſchwanz) Linn. G. 78.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovato-lanceolatis, concavis, compreſſis, æqualibus.
COR. univalvis: *Valvula* concava, longitudine calycis. *Ariſta* longa, dorſo valvulæ propè baſin inſerta.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* utrinque bifurcæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, cirroſi, reflexi, calyce longiores. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Corolla* includit ſemen.
SEM. unicum, ſubrotundum, tectum.

SPEC. 1) *Pratenſis*, (Wieſen F.) culmo ſpicato erecto, glumis villoſis. *Loc.* Pratis ſubſiccis. *Flos.* May. Jun. *Uſus.* Pecoribus pabulum.

2) *Geniculatus*, (kriechender Waſſer F. Spies-Flut-Flokgras, kleines weiſſes.) culmo ſpicato infracto. *Loc.* Uliginoſis. *Obſ.* Ovibus noxium ob locum natalem.

27) MILIUM, (Hirſchengras) Linn. G. 79.

CAL. *Gluma* uniflora, bivalvis: *Valvulis* ovatis, acuminatis.
COR. bivalvis, calyce minor: *Valvulæ* ovatæ, altera earum minore.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* penicilliformia.
PER. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.

Sem. unicum, tectum, ſubrotundum, glaberrimum.
Obs. Milium *calyce bivalvi* à Panico *calyce trivalvi differt.*
Spec. Effuſum, (zerſtreutes Hirſengr. Waldhirſe, Fladergr.) floribus paniculatis diſperſis muticis. *Loc.* Nemoribus umbroſis. *Flos.* May. Jun. *Uſus.* Ovibus; & culmi ſtraminis loco: ſuaveolens pellit inſecta & tineas.

28) AGROSTIS, (Strausgras,) Linn. G. 80.

Cal. *Gluma* uniflora, bivalvis, acuminata.
Cor. bivalvis, acuminata, vix longitudine calycis, altera major ariſtata.
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ longiora. *Antheræ* furcatæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, reflexi, villoſi. *Stigmata* conſimilia.
Per. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
Sem. unicum, ſubrotundum, utrinque acuminatum.
Spec. 1) *Spica venti*, (Acker-Strausgr. Riedgr. groſe Ackerſchmielen, Windhalm,) petalo exteriore exſerente ariſtam rectam ſtrictam longiſſimam. *Loc.* Intra ſegetes, ad agros. *Flos.* Jun. *Uſus.* Spicularum extremarum ſuccus viridis tinctorius. Culmus ſtraminis loco ſiccatus.
2) *Capillaris*, (Haarförmiges St.) panicula capillari patente, calycibus ſubulatis æqualibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis, *Loc.* Pratis. *Flos.* May. *Uſus.* Vaccis pecoribus pabulum.

29) AIRA, (Schmelen) Linn. G. 81.

Cal. *Gluma* biflora. bivalvis: *Valvulis* ovato-lanceolatis, acutis, æqualibus.
Cor. bivalvis: *Valvulæ* calyci ſimillimæ:
Stam. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine floris. *Antheræ* oblongæ, utrinque furcatæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* duo, ſetacei, patentes. *Stigmata* pubeſcentia.
Per. nullum. *Corolla* includens ſemen adnaſcitur.
Sem. ſubovatum, tectum.
Spec. 1) *Cærulea* (blaue S. Schmielen, Blandſchmielen) foliis planis, panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis convoluto ſubulatis. *Loc.* Paſcuis

Paſcuis aquoſis, montibus, arvis. *Flos.* Jun. Jul. *Uſus.* Culmus ſtraminis loco.

2) *Aquatica*, (Waſſer S. Milenz, Qwellgras, ſüs Waſſer-Gras-Hirſe) foliis planis, panicula patente, floribus muticis lævibus calyce longioribus. *Loc.* aquoſis, foſſis. *Flos.* May. *Uſus.* Pecoribus.

3) *Ceſpitoſa* (Raſen S.) foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque: ariſta recta brevi. *Loc.* In pratis. *Flos.* Jun. *Uſus.* Pecoribus.

4) *Caryophyllea*, (Nägeleins S. Gras,) fol. ſetaceis, panicula divaricata, flor. ariſtatis diſtantibus. *Loc.* glareoſis, & ad ceſpites arborum. *Uſus.* Suaveolens pellit tineas.

30) MELICA, (Perlgras) Linn. G. 82.

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: *Valvulis* ovatis, concavis, fere æqualibus.

COR. bivalvis: *Valvulæ* ovatæ, muticæ: alterâ concava: alterâ vero plana. Corpuſculum inter floſculos.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine floris. *Antheræ* oblongæ, utrique bifurcatæ.

PIST. *Germen* ovato-turbinatum. *Styli* duo, ſetacei, patentes. *Stigmata* oblonga villoſa.

PER. nullum. *Corolla* includit ſemen, demittit.

SEM. unicum, ovatum.

OBS. *Corpuſculum pedunculatum intra floſculos (floris rudimentum) characterem eſſentialem præbet: hoc conſtat duobus rudimentis floſculis truncatis, alternis: glumis convolutis, pellucidis.*

SPEC. *Nutans*, (überhangendes glattes P.) petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici. *Loc.* Pratis, ſepibus ſilvis. *Flos.* May. Jun. *Uſus.* Pecoribus & feris pabulum.

31) POA, (Riſpengras) Linn. G. 83.

CAL. *Gluma* multiflora, bivalvis, mutica, flores in ſpicam diſticham ovato-oblongam colligens: *Valvulis* ovato-acuminatis.

COR. bivalvis: *Valvulæ* ovato-acuminatæ, concavæ, compreſſæ; calyce paulo longiores, margine ſubſcarioſo.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* bifurcatæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, reflexi, villoſi. *Stigmata* conſimilia.
PER. *Corolla* adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.
SEM. unicum, oblongum, acuminatum utrinque, compreſſum, tectum.

SPEC. 1) *Aquatica*, (Waſſer R. Viehgras, Miliz) panicula diffuſa, ſpiculis ſexfloris linearibus. *Loc.* Ad ripas piſcinarum, fluviorum. *Uſus.* Pecoribus, ovibus præcipue pabulum.

2) *Anguſtifolia*, (ſchmalblätriges R. Viehgras,) panic. diff. ſpic. quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti. *Loc.* Ad agrorum verſuras, ad vias. *Flos.* May. *Uſus.* Pecoribus, bobus, capris, ovibus, equis, ſuibus pabulum.

3) *Pratenſis*, (Wieſen R. gemeines groſes Viehgras,) panic. diff. ſpic. quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. *Loc.* Pratis fertiliſſimis. *Flos.* May. Jun. *Uſus.* Pecoribus pabulum.

4) *Compreſſa*, (zuſamengedruktes R.) panic. ſecunda coarctata, culmo obliquo compreſſo. *Loc.* ſiccis, muris, tectis, ſterilibus montoſis, pratis montanis. *Flos.* May - Aug. *Uſus.* Pecoribus pabulum.

32) BRIZA, (Zittergras,) Linn. G. 84.

CAL. *Gluma* multiflora, bivalvis, patens, flores in ſpicam cordatam diſticham colligens: *valvulis* cordatis, concavis, æqualibus obtuſis.
COR. bivalvis: *Valvula inferior* magnitudine & figura calycis; *ſuperior* minima, plana, ſubrotunda, ventrem alterius claudens.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, capillares, recurvi. *Stigmata* plumoſa.
PER. *Corolla* immutata continet ſemen, dehiſcit, demittit.
SEM. unicum, ſubrotundum, compreſſum, minimum.

SPEC. *Media*, (mitleres Zitter-Flittergras, Haſenbrod) ſpiculis ovatis, calyce floſculis breviore. *Loc.* Pratis ſiccioribus, ſilvis. *Flos.* Apr. May.

33) DA-

33) DACTYLIS, (Hundsgras) Linn. G. 86.

CAL. *Glumæ* compreſſæ ſecundæ, carinatæ, acutæ: valvula altera floſculo longiore, altera eodem breviore.

COR. *Glumæ* compreſſa, oblonga, acuta: *Valvula* altera intra calycis maiorem longiore, carinata.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine corollæ. *Antheræ* bifurcæ.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, patentes. *Stigmata* plumoſa, ſimplicia.

PER. nullum. *Corolla* ſemen includens, demittens.

SEM. ſolitarium, ſubrotundum, hinc depreſſum, inde convexum, nudum.

OBS. *Species aliæ calyce unifloro, aliæ bifloro ſunt.*

SPEC. *Glomerata* (büſchelweiſe vertheiltes H. Knaulgras.) panicula ſecunda glomerata. *Loc.* cultis ruderatis, pratis paludoſis. *Flos.* May. Jun. *Uſus.* Equis gratum, pecoribus reliquis adverſum, canibus vomitorium.

34) CYNOSURUS, (Kammgras.) Linn. G. 87.

CAL. *Involucrum* partiale, laterale, ſæpe triphyllum, magnum:
Gluma multiflora, bivalvis: *valvulis* linearibus, acuminatis, æqualibus.

COR bivalvis: *exterior* concava, longior, *interior* plana, mutica.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, villoſi, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. *Corolla* arcte obvolvens ſemen, nec dehiſcens.

SEM. unicum, oblongum, utrinque acuminatum.

OBS. Involucra in plurimis ſunt pinnatifida ſ. pectiniformia.

SPEC. *Criſtatus*, (ſteifes K.) bracteis pinnatifidis. *Loc.* Pratis. *Flos.* Jun. *Uſus.* Arietibus ſaginatio, & ovibus pabulum.

35) FESTUCA (Schwingel.) Linn. G. 88.

CAL. *Gluma* multiflora, bivalvis, erecta, flores in ſpicam tenuem continens: *valvulis* ſubulatis acuminatis, inferiore minore.

Cor. bivalvis: *Valvula inferior* major, figurâ calycis, magnitudine calycem ſuperans, teretiuſcula, acuminata in mucronem rectum deſinens.

Stam. *Filam.* tria, capillaria, corollâ breviora. *Anth.* oblongæ.

Pist. *Germ.* turbinat. *Styli* duo breves, reflexi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Corolla* arctiſſime clauſa adnaſcitur, nec dehiſcit.

Sem. unicum tenui-oblongum, utrinque acutiſſimum, longitudinaliter ſulco notatum.

Spec. 1) *Ovina* (Schaf-S. Gras, kleiner Bocksbart,) panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. *Loc.* Collibus, montoſis, apricis, aridis pratis. *Flos.* May-Sept. *Uſus.* Ovibus pabulum uti et bobus, capris, equis.

2) *Rubra*, (rother Schwingel, Hartſchwingel, rot. Bocksbart,) panic. ſec. ſcabra, ſpiculis ſexfloris ariſtatis, floſculo ultimo mutico, culmo ſemitereti. *Loc.* Sterilibus ſiccis. montoſis. *Fl.* May. *Uſus.* Ovibus, capris, equis pab.

3) *Fluitans*, (Mannaſchw. Brandenburgiſch Manna-Entengras, gem. wilder Schwaden,) panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. *Loc.* Foſſis, paludibus. *Fl.* May.-Iul. *Uſ.* Pecoribus, equis & porcis inprimis pab. Semina flava nutrientia, ad cerealia referuntur.

36) BROMUS (Treſpe,) Linn. G. 89.

Cal. *Gluma* multiflora, bivalvis, patens, flores in ſpicam ovato-oblongam colligens; *valvulis* ovato-oblongis, acuminatis, muticis, inferiore minore.

Cor. bivalvis: *Valvula inferior* major, magnitudine & figura calycis, concava, obtuſa, *ariſtam* infra apicem rectam emittens, *V. ſuperior* lanceolata, parva, mutica.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, breves, reflexi, villoſi. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Corolla* arctiſſime clauſa, adnata, nec dehiſcens.

Sem. 1. oblong. tectum, hinc convexum, inde ſulcatum.

Spec. 1) *Secalinus* (Roggen T.) panic. patente, ſpiculis ovat. ariſtis rectis. *Loc.* Agris ſecalinis

are-

arenoſis. *Flos.* Jun. *Uſus.* Ovibus pab. Viridi tinctorius: augmentum frumenti pauperibus.

2) *Tectorum* (Dach-Berg-Sand-Taube T.) panic. nutante, ſpiculis linear. *Loc.* Collibus ſiccis, tectis, terreſtribus. *Fl.* Maj. *Uſ.* Ovibus.

3) *Pinnatus* (gefiederte T.) ſpic. alternis, ſubſeſſilibus teretibus, culmo indiviſo. *Loc.* Sylvis montoſis aſperis, agris. *Fl.* Jun. *Uſ.* Ovibus pab.

37) AVENA (Haber) Linn. G. 91.

CAL. *Gluma* multiflora, bivalvis, flores laxe colligens: *valvulis* lanceolatis, acutis, ventricoſis, laxis, magnis, muticis.

COR. bivalvis: *Valvula inferior* calyce durior, calycis magnitudine, teretiuſcula, ventricoſa, utrinque acuminata, é dorſo. *Ariſtam* ſpiraliter intortam, geniculo veluti reflexam emittens.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.

PIST. *Germen* obtuſum. *Styli* duo, reflexi, piloſi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Corolla* arctiſſime clauſa adnaſcitur, nec dehiſcit.

SEM. unicum, tenui-oblongum, utrinque acuminatiſſimum, ſulco longitudinali notatum.

OBS. Ariſta *è dorſo corollæ articulata, intorta, conſtituit, eſſentialem characterem.*

SPEC. 1) *Elatior*, (Wieſenhafer, franzöſiſch Raygras,) paniculata, calycibus biſloris, floſculo hermaphrodito mutico, maſculo ariſtato. *Loc.* Apricis, ad rivos, in pratis, *Flos.* Maj.--Jul. *Uſ.* Pecoribus pab. arietibus ſaginatio; farina nutriens.

2) *Fatua*, (Wind-Flug-Bruch-Bart-Gauch-Taub-Mäuſe H. Riffen, Riſpen,) panic. calyc. trifloris, floſculis omnibus baſi piloſis ariſtis totis lævibus. *Loc.* agris intra ſegetes. *Fl.* Jun. *Uſ.* Pecoribus pab. agris cæterum infeſta planta.

3) *Flaveſcens*, (Gold-H.) panic. laxa, calycibus trifloris brevibus, floſculis omnibus ariſtat. *Loc.* Agris *Fl.* Jul. *Uſ.* Pecoribus pab.

4) *Pratenſis* (Wieſen-H.) ſpicata, calycibus quinqueflori. *Loc.* Paſcuis ſiccis apricis. *Fl.* Jun. *Uſ.* Bobus, capris, ovibus, equis pab.

38)

38) ARVNDO (Rohr, Schilf) Linn. G. 93.

Cal. *Gluma* uni- vel multi-flora, bivalvis, erecta: *Valvulis* oblongis, acuminatis, muticis; altera breviore.

Cor. bivalvis: *Valvulæ* longitudine calycis, oblongæ, acuminatæ, è quarum basi lanugo longitudine fere floris assurgit.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* utrinque bifurcatæ.

Pist. *Germen* oblongum. *Styli* duo, capillares, reflexi, villosi. *Stigmata* simplicia.

Per. *Corolla* adnascitur semini, nec dehiscit.

Sem. unicum, oblongum, utrinque acuminatum, basi pappo longo instructum.

Spec. *Phragmitis* (gemeines R. S.) calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Loc.* Lacubus, fluviis. *Fl.* Aug. *Us.* Fœni succedaneum, storeisque hortorum, & stramini apta, tectis utilis & gypsariis pro basi: panicula viridi tingit colore.

39) LOLIVM (Lolch,) Linn. G. 95.

Cal. *Receptaculum* commune elongatum in spicam, flores distiche spicatos angulo culmi apprimens. *Gluma* univalvis, rachi oppositа, subulata, persistens.

Cor. bivalvis: *Valvula inferior* angusto-lanceolata, convoluta, acuminata, longitudine calycis; *V. superior* brevior, linearis, obtusior, sursum concava.

Stam. *Filamenta* tria capillaria, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumosa.

Per. nullum. *Corolla* fovet semen, dehiscit, demittit.

Sem. unicum, oblongum, hinc convexum, inde sulcato-planum, compressum.

Obs. *Spicæ sessiles in eodem plano cum culmo ponuntur, unde caulis vicem valvulæ alterius calycis (deficientis & oppositæ) gerit.*

Spec. 1) *Perenne*, (süsser Winter-Lolch, englisch Raygras,) spica mutica, spiculis compressis, multifloris. *Loc.* Ad agrorum versuras, solo fertili, in pratis. *Fl.* Jun.--Sept. *Us.* Bobus, Capris, equis pab. ad cespites densos.

2) *Temulentum* (Sommer-Lolch, Schwindel-Haber,

ber, Töberich, Tolkranz) ſpica & ſpiculis compreſſis ariſtatis. *Loc.* In agris inter Hordeum & Linum. *Fl.* Aug. *Uſ.* Ovibus pab. cæterum cæcitatem & fere temulentiam inducit.

40) SECALE (Roggen) Linn. G. 97.

CAL. *Receptaculum* commune elongatum in ſpicam. *Gluma* biflora, diphylla: *foliolis* oppoſitis, diſtantibus, erectis, linearibus, acuminatis, corolla minoribus. Floſculi ſeſſiles.

COR. bivalvis: *Valvula exterior* rigidior, ventricoſa, acuminata, compreſſa, carina ciliata, definens in Ariſtam longam: *V. interior* plana, lanceolata.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, extra florem pendula. *Antheræ* oblongæ, furcatæ.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, reflexi, villoſi. *Stigma* ſimplex.

PER. nullum. *Corolla* fovet ſemen, dehiſcit, demittit.

SEM. unicum, oblongum, fere cylindraceum, nudum, hinc acuminatum.

OBS. Flos tertius *pedunculatus ſæpe inter duos majores, ſeſſiles.*

SPEC. *Cereale*, hybernum & vernum, (Sommer-Winter-R.) glumarum ciliis ſcabris. *Loc.* in agris. *Fl.* Jun. *Vis* Nutriens feminis, cereale, panis ex eo præparatur, externe emolliens, diſcutiens abſtergens farina ejus, ſemina ſpiritum exhibent volatilem & toſta ſuccedaneum potus coffee. *Uſ.* Culinaris: bobus, vaccis pabulum.

41) HORDEVM (Gerſte) Linn. G. 98.

CAL. *Receptac.* commune elongatum in ſpicam. *Gluma* triflora, hexaphylla, floribus ſeſſilibus, foliolis diſtantibus, per paria digeſtis, linearibus, acuminatis.

COR. bivalvis: *Valvula inferior* ventricoſa, angulata, ovato-acuminata, calyce longior, definens in Ariſtam longiſſimam: *V. interior* lanceolata, plana, minor.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* ovato-turbinatum. *Styli* duo, villoſi, reflexi. *Stigmata* ſimilia.

PER. *Corolla* circumnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.

SEM. oblongum, ventricoſum, angulatum, utrinque acuminatum, inde ſulco longitudinali notatum.

OBS.

Obs. *In quibusdam omnes tres flores, involucro contenti,* hermaphroditi *sunt fertiles; in aliis* 3, 4, 6, 7, *flores laterales* mares *sunt, intermedius autem solus fertilis hermaphroditus.*

Spec. 1) *Vulgare* (gemeine G.) floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis, ordinibus duobus erectioribus. *Loc.* Agris. *Fl.* Jun. *Vis.* Semen farinoſum nutriens, emolliens, reſolvens, refrigerans. *Uſ.* culinaris, ad cereviſiam, ſuccedaneum potus coffee, panis in annona, gallinis pab.

2) *Murinum* (taube-Mäuſe G. Kazenkorn, Löthen-Gras floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, involucris intermediis ciliatis. *Loc.* ruderatis, ad muros. *Fl.* Maj. Jun.

42) TRITICVM (Weizen) Linn. G. 99.

Cal. *Recept.* commune elongatum in ſpicam. *Gluma* bivalvis, ſubmultiflora, *valvulis* ovatis, obtuſiuſculis, concavis.

Cor. bivalvis, fere æqualis, magnitudine calycis: *Valvula exterior* ventricoſa, obtuſa, cum acumine: *V. interior* plana.

Stam. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ, bifurcatæ.

Pist. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares, reflexi. *Stigmata* plumoſa.

Per. nullum. *Corolla* fovet ſemen, dehiſcit, demittit.

Sem. unicum, ovato-oblongum, utrinque obtuſum, hinc convexum, inde ſulcatum.

Obs. *Corollæ valvula exterior in aliis ariſtata, in aliis mutica. Floſculus intermedius ſæpe maſculus eſt.*

Spec. 1) *Hybernum*, (Winter-W.) calycibus quadrifloris ventricoſis lævibus imbricatis ſubmuticis, ariſtis carens. *Vis.* Seminis farinoſi mucilaginoſa: nutriens, cereale, in annona.

2) *Repens*, (Graswurzel, Hundsgras, Quecken) calycibus ſubulatis, quadrifloris acuminatis. *Loc.* Cultis. *Fl.* Jun. *Vis* Nutriens, mundificans, diuretica, ſaponacea, ad vermes, aperiens, refrigerans. *Uſ.* In annona loco panis radices & porcis pab. herba pecor. pab. ſtraminis loco, & canibus vomitorium,

Claſſis

Classis IV.

TETRANDRIA (Mit vier Staubfäden.)

Ord. I. MONOGYNIA (Mit 1. Staubwege.)

43) GLOBULARIA, (Kugelblume) Linn. G. 172.

CAL. *Perianthium commune* imbricatum, squamis longitudine disci, æqualibus.
Perianth. proprium monophyllum, tubulatum, quinquefidum, acutum persistens.
COR. *universalis* fere æqualis.
Prop. monopetala, basi tubulata, *Limb.* 5. partitus. *Labio* superiore angustissimo, bipartito, breviore; labio inferiore laciniis 3. maioribus, æqualibus.
STAM. *Filamenta* quatuor, simplicia, longitudine corollulæ. *Antheræ* distinctæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* simplex, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.
PER. nullum. *Calyx proprius* connivens, includens semen. *Recaptaculum commune* oblongum, paleis distinctum.
SEM. solitaria, ovata.

SPEC. *Vulgaris* (gemeine K.) caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. *Loc.* apricis duris. *Flos.* Aug.

44) DIPSACUS, (Karten) Linn. G. 114.

CAL. *Perianth.* commune, multiflor. polyphyllum: *foliolis* floseulo longioribus, laxis, persistentibus.
Perianth. proprium vix manifestum, superum.
COR. propria universalis æqualis, monopetala, tubulosa, limbo quadrifido, erecto; lacinia exteriori maiore, acutiore.
STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria, corollâ longiora. *Antheræ* incumbentes.
PIST. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* simplex.
PER. nullum. RECEPTAC. *commune* conicum, paleis longioribus distinctum.
SEM. solitaria, columnaria, margine calycino integro coronata.

SPEC. *Fullonum* (Weber K. Walkerdistel, wilde K.

K. Diſtel.) foliis feſſilibus ſerratis. *Loc.* ad vias. *Fl.* Jul. *Vis.* Radicis mucilaginoſæ ad rhagades ani, & phtiſicis. *Uſ.* capita plantæ echinata inſtar pectinis fullonibus. *Flores* apibus.

45) SCABIOSA, (Scabioſe) Linn. G. 115.

CAL. *Perianth. commune* multiflorum patens. polyphyll. *foliolis* ſeriebus variis receptaculum cingentibus eique inſidentibus, quorum interiora gradatim minora.
Perianthium proprium duplex, utrumque germini inſidens, quorum.
P. exterius brevius, membranac., plicatum, perſiſtens.
P. interius ſ. partitum: *laciniis* ſubulato-capillaceis.

COR. ſingula monopetala. *Petalum* erectum, tubulatum, ſenſim ampliatum, ſemi-quinqueſidum (quadrifidumve:) *laciniis* exterioribus majoribus.

STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulato-capillaria, debilia. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

PIST. *Germen* infra receptaculum proprium floſculi, propriâ vaginâ involutum tanquam calyculo. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtuſum, oblique emarginatum.

PER. nullum. RECEPTACVLVM *commune* convexum, foliolis ſubpaleaceum.

SEM. ſolitaria, ovata, oblonga, involuta, calycibus propriis coronata.

OBS. Figura *in hocce genere maxime inconſtans eſt.* Corollulæ *exteriores ſæpe majores, magis inæquales.* Seminum coronæ *variæ in diverſis: floſculi quadrifidi & 5fidi primario ſpecies diſtinguunt.*

SPEC. 1) *Succiſa* (Teufels-Abbis,) corollulis quadrifidis æqualibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato ovatis integerrimis. *Loc.* Paſcuis humidiuſculis montoſis. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Herba & radix adſtringens, ſubamara. *Uſ.* radicis luteo tinctorius & viridi tinct. foliorum. *Flos.* Apibus, bobus, capr. ovibus, equis pabul.

2) *Arvenſis*, (gemeine, Acker S. Apoſtemkraut,) corollul. quadrifidis radiantibus, caule hiſpido, foliis pinnatifidis, lobis diſtantibus. *Loc.* In pratis, juxta ſegetes. *Fl.* May-Aug. *Vis.* Radicis diluens, exanthèmatica, adſtringens. *Uſ. Pecoribus* pab. herba & apibus flores. 3) *Co-*

3) *Columbaria* (kleine blaue berg S. klein A.) coroll. quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis. *Loc.* Montoſis ſiccioribus, ſilvis. pratis, collibus. *Fl.* Jun-Aug. *Vis* herbæ aperiens, attenuans. *Uſ.* apibus pabul.

46) SCHERARDIA, (Scherarde.) Linn. G. 120.

CAL. *Perianthium* parvum, quadridentatum, germini inſidens, perſiſtens.
COR. *Petalum* unicum. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quadripartitus, planus, acutus.
STAM. *Filam.* 4. ad apicem tubi poſita. *Anth.* ſimplices.
PIST. *Germen* didymum, oblong. infra receptac. *Stylus* filiformis, ſuperne bifidus, *Stigmata* capitata.
PER. nullum. *Fructus* oblongus, coronatus, longitudinaliter in duo ſemina ſeparabilis.
SEM. bina, oblonga, apice tribus acuminibus notata, hinc convexa, inde plana.

SPEC. *Arvenſis* (kleines blaues Sternkraut, Ackerpflanze S.) foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Loc.* In arvis. *Fl.* Jul-Aug. Obs. ovibus adverſa.

47) ASPERULA, (Waldmeiſter, Megerkraut,) Linn. G. 121.

CAL. *Perianth.* parvum, 4dentatum, germini inſidens.
COR. *Petal.* 1. *Tubus* cylindraceus, longus. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* oblongis, obtuſis, reflexis.
STAM. *Filam.* 4. ad apicem tubi poſita. *Anth.* ſimplices,
PIST. *Germ.* didymum, ſubrotund. infra receptac. *Stylus* filiformis, ſuperne bifidus. *Stigmata* capitata.
PER. *Baccæ* ſiccæ, duæ, globoſæ, coalitæ.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda, magna.

SPEC. 1) *Odorata*, (wahrer W. Sternleberkraut, Herzfreud,) foliis octonis lanceolatis, florum faſciculatis pedunculatis. *Loc.* Umbroſis ſilvis. *Fl.* May-Jul. *Vis* Adſtringens herbæ ad rabiem caninam, diluens, diuretica. *Uſ.* Bobus capr. ovib. equis pabul. flores apibus, ob ſuaveolentiam ad tineas.

2) *Arvenſis*, (kleines blaues Sternkraut, Acker W.) foliis ſenis, floribus ſeſſilibus aggregatis

terminalibus. *Loc.* Agris. *Fl.* cæruleus Jul. *Uſ.* rubro tinctorius.

48) GALIUM, (Labkraut,) Linn. G. 125.

CAL. *Perianth.* minimum, quadridentatum, ſuperum.
COR monopetala, rotata, quadripartita, acuta, tubo nullo.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germ.* didymum, inferum. *Stylus* filiformis, ſemibifidus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* globoſa.
PER. *Baccæ* ſiccæ, duæ, globoſæ, coalitæ.
SEM. ſolitaria, reniformia, magna.

SPEC. 1) *Verum* (wahres Lab-Megerkraut, Waldbetſtroh,) foliis octonis linear. ſulcatis, ramis floriferis brevibus. *Loc.* Dumetis, pratis. ad muros. *Fl.* Luteus Jun. Jul. *Vis.* Coagulans lac, fragrans, ſubadſtring. farina ad cereviſias. *Uſ.* Rad. rubro & florum luteo tinctorius capr. ovibus pab.

2) *Mollugo*, (breitblätrig Labkraut, weis Wald-Wellſtroh - Megerkraut, Meyerkraut,) foliis octonis ovato linear. ſubſerratis patentiſſimis, mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *Loc.* Montoſis, pratis hnmidis. *Flos.* Jun *Vis.* Florum antepileptica, antipodagrica. *Uſ.* Radic. rubro tinctorius.

3) *Aparine*, (Klebkraut, Nabelſaamen,) fol. octon. lanceol. carinat. ſcabris retrorſum aculeat. geniculis villoſis, fructu hiſpido. *Loc.* Cultis, ruderatis, hortis, ſepibus, ſegetibus. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Rad. rubro tinctor. bobus capr. ovib. equis pabul. & anſeribus.

49) RUBIA, (Röthe) Linn. G. 127.

CAL. *Perianth.* minimum, quadridentatum, ſuperum.
COR. monopetala campanulata, quadripartita, absque tubo.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* didymum, inferum. *Stylus* filiformis, ſuperne bifidus. *Stigmata* capitata.
PER. *Baccæ* duæ, coalitæ, glabræ.

SEM.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, umbilicata.
Obs. Flos ſæpe quinqueſidus evadit.
Spec. *Tinctorum*, (Färber-Krap, R.) ſativa perennis, fol. ſubſenis, quinis. *Loc.* Agris, hortis. *Fl.* Jul. *Vis.* Adſtringens, aperiens, pellens, diuretica, urinam & oſſa rubra tingens. *Uſus* Rubro tinctorius radicis.

50) PLANTAGO, (Wegerich,) Linn. G. 142.

Cal. *Perianthium* quadripartitum, erectum, breviſſimum, perſiſtens.
Cor. monopetala, perſiſtens, tabeſcens. *Tubus* cylindraceo-globoſus. *Limbus* quadripartitus, depreſſus: *laciniis* ovatis, acutis.
Stam. *Filam.* 4. capillaria, erecta, omnium longiſſima. *Antheræ* oblongiuſculæ, compreſſæ, incumbentes.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus dimidio brevior. *Stigma* ſimplex.
Per. *Capſula* ovata, bilocularis, circumſciſſa, diſſepimento libero.
Sem. plurima, oblonga.
Obs. Calyx *in quibuſdam inæqualis eſt, in aliis æqualis, uniflora monoica eſt.*
Spec. 1) *Maior*, (groſſer, breiter Wegerich, Wegbreit.) fol. ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Loc.* Ad vias. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Adſtring. vulneraria. *Uſ.* Ad olera in annona, pabul. capr. ovib. porcis.
2) *Media* (mitlerer W. weiſſer Wegbreit,) fol. ovato-lanceol. pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *Loc.* Paſcuis, ſterilibus, apricis. *Fl.* May. *Uſ.* Succedaneum maioris, pl. flores apibus.
3) *Lanceolata* (kleiner-ſpiziger-ſchmaler langblätriger Wegerich, Hunderibbe.) fol. lanceol. ſpica ſubov. nuda, ſcapo angulato. *Loc.* Saxoſis ſterilibus, ad vias. *Fl.* May. *Vis.* Exſiccans, adſtring. lac augens, antiputredinoſum. *Uſ.* Capr. ovib. equis pabul.

51) SANGUISORBA, (Wieſenkopf Sperbenkr.) Linn. G. 146.

Cal. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppoſitis, breviſſimis, caducis.

Cor monopetala, rotata, quadripartita: *laciniis* ovatis, obtusis, unguibus cohærentibus.
Stam. *Filamenta* quatuor, superne latiora, longitudine corollæ. *Antheræ* subrotundæ, parvæ.
Pist. *Germ.* quadragonum, inter calycem & corollam positum. *Sty.* filiformis, brevissimus. *Stigm.* obtusum.
Per. Capsula, parva, bilocularis. Sem. parva.
Spec. *Officinalis*, (gewöhnliche W. grosse falsche Biebernel, Wiesen - Pimpirnelle,) spicis ovatis. *Loc.* Pratis siccioribus, montosis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Adstring. tonica, refriger. *Us.* Herbæ coriis parandis; pecor. ovib. pab.

52) CORNUS, (Kornelle Hartern,) Linn. G. 149.

Cal. *Involucr.* tetraphyllum, multiflorum, *foliolis* ovatis, oppositis minoribus, coloratis, deciduis. *Perianthium* minimum, quadridentatum, superum, deciduum.
Cor. *Petala* 4 oblonga, acuta, plana, involucro minora.
Stam. *Filam.* 4. subulata, erecta, corollâ longiora. *Antheræ* subrotundæ, incumbentes.
Pist. *Germ.* subrotundum, inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* obtusum.
Per. *Drupa* subrotunda, umbilicata.
Sem. *Nux* cordata seu oblonga, bilocularis.
Spec. 1) *Mas*, (gemeine K. Cornelkirschenbaum, Ruhrkirschen, Dürlizen,) hortensis, arborea, umbellis involucrum æquantibus. *Loc.* Sepibus Austriæ, & hortis Germaniæ. *Fl.* Flavus Mart. baccæ rubræ esculentæ matuescunt Aug. Sept. sunt acidæ, adstringent. temperant. stipticæ.
2) *Sanguinea*, (Hartriegel, Hartreder, Hundsbeerstrauch, Schiesbeerholz, Teufelsmatten, wilde Dürlizen.) arborea, (femina,) cymis nudis, umbellis involucro multoties longioribus. *Loc.* Sepibus, dumetis. *Fl.* May. Jun. *Us.* Sepibus, aggeribus, lignum durum tenax scapis sclopetorum, tornatoribus loco buxi, lanionibus ad verrucula: e baccis oleum pro lucernis Tridentini.

53) TRAPA, (Stachel-Wassernuss.) Linn. G. 157.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, acutum, persistens.

Cor.

Cor. *Petala* 4. obovata, calyce majora.
Stam. *Filam.* 4. longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine calycis. *Stigma* capitatum, emarginatum.
Per. nullum.
Sem. *Nux* ovato-oblonga, unilocularis; *Spinis* 4. in medio latere oppoſitis, patentibus (quæ calycis folia fuere) acutis, craſſis armata.

Spec. *Natans* (ſchwimmende W. Stachelnuſs,) petiolis foliorum natantium ventricoſis. *Loc.* Stagnis limoſis. *Uſ.* Nucleus farinaceus loco panis.

54) ALCHEMILLA, (Sinau.) Linn. G. 165.

Cal. *Perianth.* monophyll. tubulatum, perſiſtens: *ore plano*, octipartito: *laciniis* alternis minoribus.
Cor. nulla.
Stam. *Filamenta* 4. erecta, ſubulata, minima, ori calycis impoſita. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtamin. ad baſin germinis inſertum. *Stigma* globoſum.
Per. nullum. *Calycis* Collum clauditur, nec dehiſcit.
Sem. ſolitarium, ellipticum, compreſſum.

Spec. 1) *Vulgaris*, (gemeiner S. Löwenfus, unſerer lieben Frauen Mantel,) foliis lobat. palmatis. *Loc.* Paſcuis, ſepibus, agris. *Fl.* May. Aug. *Vis.* Vulneraria, ſtiptica. *Uſ.* Coriis parandis, capr. ovib. equis, pecor. pabul.

2) *Alpina* (Alpen S.) foliis digitatis ſerratis. *Loc.* Alpibus. *Uſ.* Bob. capr. pabul.

Claſſis IV.

TETRANDRIA. *Ordo II.* DIGYNIA.

55) CUSCUTA, (Flachsſeide) Linn. G. 170.

Cal. *Perianthium* monophyllum, cyathiforme, ſemiquadrifidum, obtuſum, baſi carnoſum.
Cor. monopetala, ovata, calyce paulo longior: *ore* quadrifido, obtuſo. Nectarium e ſquamis 4. linearibus, bifidis, acutis ad baſin ſtaminum corollæ adnatis.
Stam. *Filam.* 4. ſubulata, longitudine calycis. *Anth.* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, erecti breves. *Stigmata* ſimplicia.
PER. carnoſ. ſubrotundum, biloculare, circumſciſſum.
SEM. bina.
OBS. in quibusdam 1/2 pars additur fructificat. partibus.
SPEC. *Europæa*, (europäiſche F.) floribus ſeſſilibus, repens nuda filiformis. *Loc.* in plantis europæ paraſitica. *Fl.* Aug. *Vis.* Purgans. *Uſ.* Pecor. pabul. caules tingunt colore pupuraſcente.

TETRANDRIA,
TETRAGYNIA, (Mit vier Staubwegen.)

56) POTAMOGETON, (Saamkraut) Linn. G. 174.

CAL. nullus.
COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda, obtuſa, concava, erecta, unguiculata, decidua.
STAM. *Filamenta* quatuor, plana, obtuſa, breviſſima. *Antheræ* didymæ. breves.
PIST. *Germina* quatuor, ovato-acuminata. *Stylus* nullus. *Stigmata* obtuſa.
PER. nullum.
SEM. quatuor, ſubrotunda, acuminata, hinc gibba, inde compreſſa, angulataque.
SPEC. *Natans*, (ſchwimmendes S. Seeſalden, Fluskraut) foliis oblongo-ovat. petiolat. natantibus. *Loc.* Lacubus & fluviis. *Fl.* Jul. *Vis.* Refrigerans, adſtring. *Uſ.* Aquas piſcibus pacatas reddit. bob. capr. pabul.

57) SAGINA, (Maſtk. Vierling,) Linn. G. 176.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, patentiſſimis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* 4. ovata, obtuſa, calyce breviora, patentia.
STAM. *Filam.* 4. capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubgloboſum. *Styli* 4. ſubulati, recurvi, pubeſcentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* ovata, recta quadrilocularis, quadrivalvis.
SEM. numeroſa, minima, receptaculo affixa.
SPEC. *Procumbens*, (geſtrecktes Maſtkraut, Vierling,) Ramis procumbentibus, petalis breviſſimis. *Loc.* Paſcuis, ſterilibus, uliginoſis, aridis. *Fl.* Jun.-Sept. Claſ-

Claſſis V.

PENTANDRIA, (Mit 5 Staubfäden.)

Ordo I. MONOGYNIA.

58) MYOSOTIS, (Mausöhrgen,) Linn. G. 180.

Cal. *Perianthium* ſemiquinquefidum, oblong. erectum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetala, hypocrateriformis. *Tubus* cylindraceus, brevis. *Limbus* ſemiquinquefidus, planus: *laciniis* emarginatis, obtuſis. *Faux* clauſa: *ſquamulis* quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.

Stam. *Filamenta* quinque, in collo tubi, breviſſima. *Antheræ* minimæ, tectæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* obtuſum.

Per. nullum. *Cal.* major, erectus, in ſinu ſemina fovens.

Sem. quatuor, ovata, acuminata, glabra.

Obs. *Species* aliæ ſeminibus lævibus, aliæ aculeis uncinatis,

Spec. 1) *Scorpioides*, paluſtris, (Vergis mein nicht, Je länger je lieber,) ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis, foliis glabris. *Loc.* Aquoſis, ſcaturiginoſis. *Fl.* Jun. *Uſ.* Capris pabul. ovibus venenum.

2) *Scorpioid. Arvenſis*, (ſcorpionartiges Acker M.) foliis hirſutis. *Loc.* Campis aridis, arvis. *Fl.* May. Planta nutriens.

59) LITHOSPERMUM, (Steinſame) Linn. G. 181.

Cal. *Perianth.* quinquepartitum, oblongum, rectum, acutum, perſiſtens; *laciniis* ſubulatis, carinatis.

Cor. monopetala infundibuliformis, longitudine calycis. *Tubus* cylindraceus. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus, erectus. *Faux* perforata.

Stam. *Filamenta* quinque, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, in fauce corollæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine tubi corollæ. *Stigma* obtuſum, bifidum.

Per. nullum. *Calyx* patulus, ſemina, quibus decies longior, in ſinu continens.

Sem. quatuor, ovato-acuminata, dura, glabra.

Spec. 1) *Officinale*, (gew. St. Steinhirſe,) ſeminibus lævibus, corollis calycem vix ſuperantibus, foliis lanceolatis. *Loc.* Ruderatis, arvis, agris. *Fl.* Apr. May. *Vis.* Abſorbens, adſtringens, diuretica. *Uſ.* Capris pab.

2) *Arvenſe*, (Acker St. wilde Steinhirſe, Rothwurz, rothe Ochſenzunge, falſcher Meerhirſen, Schminkwurzel,) ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus *Loc.* Agris, arvis. *Fl.* May. *Vis.* Foliorum adſtringens, irritans. *Uſ.* Radicis rubro tinctorius; Helſingis pigmentum cosmeticum: floris apibus.

60) ANCHUSA, (Ochſenzunge,) Linn. G. 182.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, oblongum, teres, acutum, perſiſtens.

Cor. *Petalum* unicum infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* ſemiquinquefidus, erecto-patens, obtuſus. *Faux* clauſa *ſquamulis* 5. convex. prominentib. oblongis, conniventibus.

Stam. *Filam.* 5. breviſſima, in fauce corollæ. *Anth.* oblongæ, incumbentes, tectæ.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, emarginatum.

Per. nullum. *Cal.* major, erectus, in ſinu contin. ſemina.

Sem. quatuor, oblongiuſcula, obtuſa, gibba.

Spec. 1) *Officinalis*, (gem. O.) foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis. *Loc.* Ad Ruderata, vias, agros *Fl.* May. Jun. *Vis.* cordialis, exhilarans. *Uſ.* Foliorum recentium ad olera; Corollæ in efflorescentia purpureæ, dein cæruleæ, alumine mixtæ tingunt colore viridi: pecor. pab.

2) *Tinctoria*, (färbe O.) tomentoſa, fol. lanceol. obtuſis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Loc.* Monſpelii. *Uſ.* Rubro tinctorius.

61) CYNOGLOSSUM, (Hundszunge) Linn. G. 183.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, oblongum, acutum, perſiſtens.

Cor. monopetal. infundibuliformis, longitudine calycis. *Tubus* cylindraceus, limbo brevior. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus. *Faux* clauſa: *ſquamulis* 5. convexis, prominentibus, conniventibus.

Stam.

STAM. *Filamenta* quinque, breviſſima, in fauce corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, nudæ.
PIST. *Germina* 4. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum, perſiſtens. *Stigma* emarginatum.
PER. nullum, ſed *Arilli* ſeminum 4. depreſſi, ſubrotundi, extrorſum obtuſiores, ſcabri, non dehiſcentes, latere exteriore planiuſculi, apice affixi.
SEM. ſolitaria, ſubovata, gibba, acuminata, glabra.
OBS. Eſſentia *generis conſiſtit in quatuor Arillis monoſpermis ſtylo affixis.*

SPEC *Officinale*, (gebräuchliche H.) ſtaminibus corolla brevioribus, fol. lato lanceol. tomentoſis ſeſſilibus. *Loc.* Ruderatis, viis lapidoſis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Adſtring. narcotica rad. anodina. *Uſ.* Capr. pab. aliis pecoribus adverſa.

62) PULMONARIA, (Lungenkraut) Linn. G. 184.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquedentatum, pentagonum, perſiſtens.
COR. monopetala infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus, erecto-patens. *Faux* pervia.
STAM. *Filamenta* quinque, in fauce, breviſſima. *Antheræ* erectæ, conniventes.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, calyce brevior. *Stigma* obtuſum, emarginatum.
PER. nullum. *Calyx* immutatus, in fundo ſemina fovens.
SEM. quatuor, ſubrotunda, obtuſa

SPEC. *Officinalis* (gewöhnliches gefleckt L.) fol. radicalibus ovato cordatis ſcabris. *Loc.* Nemoribus, ſilvis. *Fl.* Mart-May *Vis.* Vulneraria, glutinans, bechica, mucilaginoſa. *Uſ.* Ad olera; pecor. pab.

63) SYMPHITUM, (Beinwel, Schwarzwurz.) Linn. G. 185.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, pentagonum, acutum, perſiſtens.
COR. *Petalum* unicum, campanulatum. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* tubulato-ventricoſus, tubo paulo craſſior: *ore* quinquedentato, obtuſo, reflexo. *Faux*

munita: *radiis* 5. ſubulatis, limbo brevioribus in conum conniventibus.

STAM. *Filamenta* 5. ſubulata, cum radiis faucis alterna. *Antheræ* acutæ, erectæ, tectæ.

PIST. *Germina* 4. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* ſimplex.

PER. nullum. *Calyx* major, ampliatus.

SEM. quatuor, gibba, acuminata, apicibus conniventia.

SPEC. *Officinale*, (gemeines B. Walwurz,) foliis ovato lanceolatis decurrentibus. *Loc.* Umbroſis ſubhumidis. *Fl.* May-Aug. *Vis.* Glutinans, vulneraria, adſtring. inviſcans radic. *Uſ.* Summitates ad olera, herba coriis parandis, flos apibus.

64) BORRAGO, (Boretſch) Linn. G. 188.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, perſiſtens.

COR. *Petalum* unicum rotatum, longitudine calycis. *Tubus* calyce brevior. *Limbus* 5. partitus, rotatus, planus: *Faux* coronata: *prominentiis* 5. emarginatis, obtuſis.

STAM. *Filamenta* 5. ſubulata, conniventia. *Antheræ* oblongæ, filamentorum lateri interiori in medio affixæ, conniventes.

PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.

PER. nullum. *Calyx* major inflatus.

SEM. quatuor, ſubrotunda, rugoſa, apice extrorſum carinata, baſi globoſa, receptaculo excavato inſerta longitudinaliter.

OBS. Calycis *laciniæ quoad figuram*, & Corollæ *Tubus quoad magnitudinem, differunt.*

SPEC. *Officinaliis*, (gewöhnliche B. Borragen,) fol. omnibus alternis, calycibus patentibus. *Loc.* Hortis. *Fl.* Cærul. Jun. Jul. *Vis.* Cordialis, exhilarans. *Uſ.* Folior. ad olera, & cum flor. ad acetaria.

65) ASPERUGO, (Scharfkraut) Linn. G. 189.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, dentículis erectum, in æqualibus, perſiſtens.

COR. *Petalum* 1. infundibulif. *Tubus* cylindraceus breviſſimus. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus, pravus. *Faux* clauſa: *ſquamulis* 5. convexis, prominentibus, conniventibus.

STAM.

STAM. *Filamenta* quinque, in fauce, breviſſima. *Antheræ* oblongiuſculæ, tectæ.
PIST. *Germina* quatuor, compreſſa. *Stylus* filiformis, brevis, *Stigma* obtuſum.
PER. nullum. *Calyx* maximus, erectus, compreſſus, connivens.
SEM. quatuor, *oblonga*, compreſſa, per paria diſtantia.
SPEC. *Procumbens*, (geſtrecktes S. groſſes blaues Klebkraut, kleine wilde Ochſenzunge,) calycibus fructus compreſſis. *Loc.* Ruderatis pinguibus. *Fl.* Jun. *Uſ.* Folia juniora ad olera; bob. capr. ovib. equis pabulum.

66) LYCOPSIS, (Wolfsgeſicht, Krumhals,) Linn. G. 190.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis, patulis, perſiſtentibus.
COR. *Petalum* 1. infundibuliforme. *Tubus* cylindraceus, curvato-flexus. *Limbus* ſemiquinquefidus, obtuſus. *Faux* clauſa: *ſquamulis* quinque convexis, prominentibus, conniventibus.
STAM. *Filamenta* quinque, minima, ad flexuram tubi corollæ. *Antheræ* parvæ, tectæ.
PIST. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, bifidum.
PER. nullum. *Calyx* maximus, inflatus.
SEM. quatuor, ſublonga.
OBS. Eſſentia *generis conſiſtit in curvatura tubi corollæ.*
SPEC. *Arverſis*, (Acker W. Ackerkrumhals, rauhe Feldochſenzunge,) fol. lanceol. hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis. *Loc.* Agris, ſaxoſis ad aquas. *Fl.* Aug. *Uſ.* Ovibus pabul. bob. capr. equis & apibus.

67) ECHIUM, (Otter-Natter Kopf.) Linn. G. 191.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, erectum, perſiſtens: *laciniis* ſubulatis, erectis.
COR. *Petal.* 1. campanulatum. *Tubus* breviſſim. *Limb.* erect. ſenſim ampliat. quinquefid. obtuſus: *laciniis* ſæpius inæqualibus: *ſuperioribus* 2. longioribus, *infimâ* minore acuta, reflexa. *Faux pervia.*
STAM. *Filam.* 5. ſubulata, longitudine corollæ, declinata, inæqualia, *Anth.* oblongæ, incumbentes.

PIST.

Pist. *Germina* quatuor. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, biſidum.
Per. nullum. *Calyx* rigidior, in ſinu ſemina fovens.
Sem. quatuor, ſubrotunda, oblique acuminata.
Spec. *Vulgare*, (gem. O. N. K. wilde Ochſenzunge, falſcher Wayd.) caule tuberculato hiſpido, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus. *Loc.* Saxoſis ad vias, & agros. *Fl.* Jun. *Uſ.* Apibus.

68) PRIMULA, (Schlüſſelblume) Linn. G. 197.

Cal. *Involucrum*, polyphyllum, multiflorum, minimum. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, pentagonum, quinquedentatum, acutum, erectum, perſiſtens.
Cor. *Petal.* 1. *Tubus* cylindraceus, longitudine calycis, terminatus collo parvo, hemiſphærico. *Limbus* patens, ſemiquinquefidus: *laciniis* obcordatis, emarginatis, obtuſis. *Faux* pervia.
Stam. *Filam.* 5. breviſſima intra collum corollæ. *Anth.* acuminatæ, erectæ, conniventes, incluſæ.
Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* globoſum.
Per. *Capſula* teres, longitudine ferme perianthii, tecta, unilocularis, dehiſcens, apice decemdentato.
Sem. numeroſa, ſubrotunda. *Receptaculum* ovato-oblongum, liberum.
Spec. 1) *Veris*, Officinalis, (Frühlings S. Himmelsſchlüſſel, wilde Bathengen,) foliis dentatis rugoſis, odorata. *Loc.* Pratis, ſilvis, montibus. *Fl.* Luteus Apr. May. *Vis.* Narcotica, nervina, anodyna, ſtimulans. *Uſ.* Ad olera, apibus, pecor. pabulum, flores vinum, radix cereviſiam fragrantem efficit.
2) *Auricula*, (Aurikel,) fol. ſerrat. glabris carnoſis. *Loc.* Alpibus, & hortis Europæ. *Fl.* Variegatus. Apr. & Sept. *Obſ.* Planta ſuaveolens, & ornamentum hortorum, apibus pab.

69) MENYANTHES, (Monatsblume, Zottenblume,) Linn. G. 202.

Cal. *Perianth.* 1. phyllum, 5 partitum, erectum, perſiſtens.
Cor. *Petalum* unicum, infundibulif. *Tubus* cylindraceo-infundibuliformis, brevis.

Lim-

Limbus ultra medium quinquefidus: *laciniis* reflexo-patentibus, obtusis, hirsutie notatis.

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, brevia. *Antheræ* acutæ, basi bifidæ, erectæ.

Pist. *Germen* conicum. *Stylus* cylindraceus, longitudine ferme corollæ. *Stigma* bifidum, compressum.

Per. *Capsula* ovata, calyce cincta, unilocularis.

Sem. plurima, ovata, exigua.

Spec. *Trifoliata*, (Bieber-Klee, Fieber-Wasser-Scharboks-Klee, Dreyblat,) foliis ternatis. *Loc.* Paludibus. *Fl.* Jul. *Vis.* Tonica balsamica, diuretica, anthelmintica, incidens. *Us.* Pecorib. ovib. capr. pabulum: loco humuli ad crevisiam; in annona loco panis radix; folia viridi tinctoria.

70) LYSIMACHIA, (Lysimachskr.) Linn. G. 205.

Cal. *Perianth.* 5partitum, acut. erectum, persistens.

Cor. *Petalum* unicum rotatum. *Tubus* nullus. *Limbus* quinquepartitus, planus: *laciniis* ovato-oblongis.

Stam. *Filamenta* quinque, subulata, *Anth.* acuminatæ.

Pist. *Germen* subrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine staminum. *Stigma* obtusum.

Per. *Capsula* globosa, unilocularis, decemvalvis.

Sem. plurima, angulata. *Receptaculum* globosum, maximum, punctatum.

Spec. 1) Vulgaris, (gemeiner gelber Weiderich, L.) paniculata, racemis terminalibus. *Loc.* Ad ripas & paludes. *Fl.* Aug. *Vis.* Adstringens, capillos dealbant flores. *Us.* Apibus flor. bob. capr. ovibus pabul. herba & luteo tinctoria.

2) *Numularia*, (Pfennigkraut, Wiesengeld, Egelnkraut,) fol. subcordatis, florib. solitariis, caule repente. *Loc.* Ad agros, scrobes, in silvis, sepibus. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Subadstringens, vulneraria, saponacea. *Us.* Bob. capr. ovib. pecoribus pabulum.

71) ANAGALLIS, (Gauchheil,) Linn. G. 206.

Cal, *Perianthium* quinquepartitum, acutum, persistens: *laciniis* carinatis.

Cor. *Petal.* 1. rotatum. *Tubus* nullus. *Limbus* 5partitus, planus: *laciniis* ovato-orbiculatis, unguibus connexis.

Stam. *Filam.* quinque, erecta, corollâ breviora, inferne hirsuta. *Antheræ* simplices,

Pist.

Pist. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, leviter inclinatus. *Stigma* capitatum.

Per. *Capſula* globoſa, unilocularis, horizontaliter in duo hemiſphæria dehiſcens.

Sem. plurima, angulata. *Receptac.* globoſum, maximum.

Spec. *Arvenſis*, (Acker G. rother Hünerdarm-Miere-Hünertritt,) foliis indiviſis, caule procumbente. *Loc.* Hortis, arvis, agris, ad vias. *Fl.* Ruber Jun. *Uſ.* Herbæ ad rabiem caninam, epilepſ. melanchol. & bob. capr. pabul. ſemina ovibus minor. pab.

72) CONVOLVULUS, (Winde,) Linn. G. 215.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, connivens, ovatum, obtuſum, minimum, perſiſtens.

Cor. *Petalum* 1. campanulato-patens, magnum, plicatum, obſolete ſ lobum.

Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollâ dimidio breviora. *Antheræ* ovatæ, compreſſæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, latiuſcula.

Per. *Capſula* calyce obvoluta ſubrot. uni-bi-trivalvis.

Sem. bina, ſubrotunda, ſæpe acuta.

Obs. *Corolla communiter decem Crenis inciſa, ſed datur etiam limbo quinqueſido.*

Spec. 1) *Arvenſis*, (kleine Acker-Feld-Erd W.) fol. ſagittat. utrinque acutis, pedunculis unifloris. *Loc.* Agris. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Vulneraria, reſolvens, detergens, anodyna. *Uſ.* Bob. capr. equ. ovib. pabul.

2) *Sepium*, (Hecken-Zaum W. Glocke,) foliis ſagittatis, poſtice truncatis, pedunculis tetragonis unifloris. *Loc.* Sepibus. *Fl.* Albus Jun. Jul. *Vis.* Herbæ lacteſcentis purg. reſolvens, anodina.

3) *Scammonia*, (Purgier W.) fol. ſagitt. poſtice truncatis, pedunculis teretibus ſubtrifloris. *Loc.* Syria, & hortis Europæ. *Fl.* Jul. *Vis.* Purgans radix gummoſo reſinoſa.

73) CAMPANULA, (Glockenblume,) Lin. G. 215.

Cal. *Perianth.* ſ partitum, acut. erecto-patens, ſuperum.

Cor. *Petal.* 1. campanulatum, baſi impervium, ſemiquinquefidum; marceſcens: *laciniis* latis, acutis, patulis.

Necta-

Nectarium in fundo corollæ, conſtructum *valvulis*, acutis 5, conniventibus receptaculum tegentibus.
STAM. *Filam.* 5. capillaria, breviſſ. inſerta valvularum Nectarii apicibus. *Anth.* filamentis longior. compreſſæ.
PIST. *Germ.* angulatum, infra receptaculum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* tripartitum, oblongum, craſſiuſculum, *laciniis* revolutis.
PER. *Capſula* ſubrotunda, angulata, 3. 5ve-locularis, totidem foraminibus lateralibus emittens ſemina.
SEM. numeroſa parva. *Receptac.* columnare, adnatum.
OBS. Pericarpii figura indeterminata eſt.
TRACHELII *Raj. Pericarp. villoſum ſcabr. triloculare.*
RAPVNCVLI *Raj. Pericarp. glabr. ovatum, triloculare.*
SPEC. 1) *Rotundifolia*, (rundblätr. kleine blaue Glas-Milch-Glöcklein, kleine wilde Rapuncel.) foliis radicalibus, reniformibus, caulinis linearibus. *Loc.* Pratis. *Fl.* Cærul. May-Aug. *Uſ.* Bob capr. ovib. equis pabul. corollæ expreſſæ cæruleum exhibent pigmentum pro ſcriptura, addito alumine viride.
2) *Rapunculus*, (Rapuncel) foliis undulatis, radicalib. lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. *Loc.* Ad vias & hortis. *Fl.* Jul. *Uſ.* Ad olera & acetaria.
3) *Trachelium*, (Glockenblume mit Neſſelblättern,) caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Loc.* Sepibus, ſilvis. Fl. Jul. Aug. *Uſ.* Ad olera & acetaria: bobus pabul.

4) PHYTEUMA, (Rapuncel,) Linn. G. 220.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, acutum, erecto-patens, germini impoſitum.
COR. *Petalum* 1. ſtellatum, patens, quinquepartitum: *laciniis* linearibus, acutis, recurvis.
STAM. *Filam.* 5. corollâ breviora. *Anth.* oblongæ.
PIST. *Germ.* inferum. *Stylus* filif. longitudine corollæ, recurvus. *Stigma* tripartit. oblongum, revolutum,
PER. *Capſula* ſubrotunda, trilocularis.
SEM. plurima, parva, ſubrotunda.
SPEC. *Spicata*, (ährige gemeine groſſe wilde Rapuncel,) ſpica oblonga, capſulis bilocularibus, foliis radicalibus cordatis. *Loc.* Silvis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Ad acetaria; flores apibus.

75) LO-

75) LONICERA, (Lonicere) Linn. G. 233.

CAL. *Perianth.* quinquepartitum, parvum, ſuperum.
COR. *Petalum* 1. tubuloſum. *Tubus* oblongus, gibbus. *Limbus* quinquepartitus, *laciniis* revolutis, quarum una profundius ſeparata.
STAM. *Filamenta* quinque ſubulata, longitudine ferè corollæ. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* filiformis longitudine corollæ. *Stigma* obtuſo-capitatum.
PER. *Bacca*, umbilicata, bilocularis.
SEM. ſubrotunda, compreſſa.
OBS. Caprifolium. *Corollæ lacinia inferiori duplo profundius ſeparata. Baccæ ſolitariè poſitæ.*
Periclimenum. *Corollæ laciniis ferè æqualiter profunde ſectis. Baccæ diſtinctæ.*
Xyloſteum. *Corollæ laciniis ferè æqualiter profunde ſectis. Baccæ duæ eidem baſi inſiſtentes.*
SPEC. 1) *Caprifolium*, (Geisblatt, Specklilie, Jerichoroſe,) floribus verticillatis terminalibus ſeſſilibus, foliis ſummis connato perfoliatis. *Loc.* Hortis Europæ. *Fl.* May. Jun. *Obſ.* Flores ſuaveolentes.
2) *Periclymenum*, caprifolium germanicum, (gemeine Specklilie, Waldwinde, wildes gemeines deutſches Geisblat,) capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus diſtinctis non perfoliatis. *Loc.* Ad vias. *Fl.* Rubellus foetidus, May. Jun. *Vis.* Adſtringens, vulneraria, mundificans. *Uſ.* Ad ſepes, vivas & ambulacra tecta in hortis: rad. cærul. tinctoria, baccæ dulces purgans noxium; lignum fiſtulis tabacinis, dentibus textorum & pratorum pectinum utile.
3) Xyloſteum, (gemeine Heckenkirſche, Hunds-Teufelskirſche, Zweck- Bein- Seelenholz, Schiefsbeere.) Pedunculis biflоris, baccis diſtinctis, foliis integerrimis, pubeſcentibus. *Loc.* Humidis ſepibus. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* *Baccæ* emeticum & purgans noxium: lignum venatoribus, & ad ſepes denſas; herba capris ovibus pabulum.

76) MIRABILIS, (Wunderblume,) Linn. G. 242.

CAL. *Perianth.* ſphyllum, erecto-ventricoſ. *foliolis* ovato-lanceolatis, perſiſtentibus.

COR.

Cor. *Petal.* 1. infundibulif. *Tubus* tenuis, longus, ſuperne craſſior, nectario impoſitus. *Limbus* erecto-patens, integer, obtuſe quinquefidus, plicatus. *Nectarium* globoſum, petalo ſuppoſitum, perſiſtens.

Stam. *Filam.* 5. filiformia, è receptac. orta, petalo (non nectario) adnata, corollæ longitudine, inclinata, inæqualia. *Anth.* ſubrotundæ, aſſurgentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, intra nectarium. *Stylus* filiformis longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* globoſum, punctatum, aſſurgens.

Per. nullum.

Sem. *Nux* ovato-pentagona, è Nectario indur. decidua.

Spec. *Ialappa*, (falſche Ialappen, Schweizerhoſen, peruvianiſche Wunderblume, mexicaniſcher Nachtſchatten,) floribus congeſtis terminalibus erectis. *Loc.* In India & Europæ hortis. *Fl.* Rubr. luteus Aug. Sept. *Vis.* Leniter purgans quam Convolvuli Jalapæ ſ. veræ. *Uſ.* Ornamentum hortorum, & apibus.

77) VERBASCUM, (Königskerze,) Linn. G. 245.

Cal. *Perianth.* monophyllum, quinquepartitum, parvum, perſiſtens: *laciniis* erectis, acutis.

Cor. *Petal.* 1. rotatum. *Tubus* cylindraceus, breviſſimus. *Limbus* patens, 5partitus: *laciniis* ovatis, obtuſis.

Stam. *Filam.* 5. ſubulata, declinata, corollâ breviora. *Anth.* ſubrotundæ, compreſſæ, erectæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longit. ſtaminum, inclinat. *Stigm.* craſſiuſculum, obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, bilocularis, ſuperne dehiſc. *Receptacula* dimidiato-ovata, diſſepimento affixa.

Sem. numeroſa, angulata.

Obs. *In pleriſque ſtamina inclinata ſunt, & inæqualia villiſque coloratis infernè veſtita.*

Spec. 1) *Thapſus*, (weis Wollkraut, Königskerze, Fackelkraut,) foliis decurrentibus utrinque tomentoſis. *Loc.* Glareoſis ſterilibus. *Fl.* Luteus ſubodoratus, Jun. Jul. *Vis.* Anodyna, antiſpasmodica, emolliens, repellens. *Uſ.* Apibus flor. ornamentum ſepium.

2) *Nigrum*, (ſchwarzes W. K.) foliis oblongo-cordatis petiolatis. *Locis* ad pagos, vias, humidis. *Fl.* Ex luteo purpuraſcens, Jul. Aug. *Vis.* Emolliens, ſtupefaciens. *Uſ.* Apibus.

78) DATURA, (Stechapfel,) Linn. G. 246.

CAL. *Perianth.* monophyllum, oblong. tubulat. ventricoſ. ſangulare. ſdentatum, deciduum horizontaliter propè baſin, parte remanente orbiculata perſiſtente.

COR. *Petal.* 1. infundibulif. *Tubus* cylindraceus, calice ferè longior. *Limbus* erecto-patulus, ſ. angularis ſplicatus, ferè integer, ſdentato-acuminatus.

STAM. *Filam.* quinque, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ obtuſæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, rectus. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum, bilamellatum.

PER. *Capſula* ſubovata, bilocularis, quadrivalvis, baſi calycis impoſita. *Receptacula* convexa, magna, punctata, diſſepimento affixa.

SEM. numeroſa, reniformia.

OBS. *Capſulæ* glabrities & aculeata *aſperitas in hoc genere mutantur.*

SPEC. *Stramonium*, (gemeine Stechapfel Stachelnus, Dolkraut,) pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. *Loc.* incultis & cultis, ad vias. *Fl.* Albus May-Sept. *Vis.* Narcotica & ſtupefaciens totius plantæ; ad cel. Stoerk experim. in mania, epilepſia proficuum eius extractum.

79) HYOSCIAMUS, (Bilſenkraut,) Linn. G. 247.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, infernè ventricoſum, *ore* quinquefido, acuto, perſiſtens.

COR. *Petal.* 1. infundibulif. *Tubus* cylindrac. brevis. *Limbus* erecto-patens, ſemiquinquefidus: *laciniis* obtuſis, unicâ reliquis latiore.

STAM. *Filam.* ſ. ſubulata, inclinata. *Anth.* ſubrotundæ.

PIST. *Germ.* ſubrotundum. *Styl.* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum.

PER. *Capſula* ovata, obtuſa, linea utrinque inſculpta, bilocularis, duabus capſulis arcte approximatis, tecta operculo horizontaliter dehiſcente. *Receptacula* dimidiato-ovata, diſſepimento affixa.

SEM. numeroſa, inæqualia.

SPEC. *Niger*, (gemeines ſchwarzes B.) fol. amplexicaulib. ſinuatis, florib. ſeſſilibus. *Loc.* Ruderatis pinguibus, montibus. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Narcotica, dementans, anodyna, antiſpasmodica, repellens, viroſa, toxica, ad cel. Stoerr.

Stoerr. exper. in melancholia, malo hypochondriaco, mania extractum utile.

80) NICOTIANA, (Taback,) Linn. G. 248.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ovatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens.
COR. *Petal.* 1. intundibulif. *Tubus* calyce longior. *Limbus* patulus, ſemiquinquefidus, quiqueplicatus.
STAM. *Filamenta* quinque ſubulata, longitudine ferè corollæ, adſcendentia. *Antheræ* oblongæ.
PIST. *Germen* ovatum *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* capitatum, emarginatum.
PER. *Capſula* ferè ovata, utrinque linea inſculpta, bilocularis apice dehiſcens. *Receptacula* dimidiato-ovata, punctata, diſſepimento affixa.
SEM. numeroſa, reniformia, rugoſa.
OBS. *Figura* acuminata & obtuſa *in hocce genere varia.*
SPEC. 1) *Tabacum*, (gemeiner T.) fol. lanceolato-ovatis ſeſſilibus decurrent. florib. acutis. *Loc.* America, nunc Eur. hortis & agris. *Fl.* Jul. Aug. *Vis.* Anodyna, antiſpasmodica, narcotica, vomitoria, repellens, errhina.
2) *Ruſtica*, (kleiner T.) fol. petiolat. ovatis integerr. florib. obtuſis. *Loc.* America nunc Europæ hortis & agris. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Minor ac prioris ſpeciei.

81) ATROPA, (Wolfskirſche) Linn. G. 249.

CAL. *Perianth.* monophyllum, 5. partitum, gibbum: *laciniis* ovato-acutis, perſiſtens.
COR. *Petalum* 1. campanulatum. *Tubus* breviſſimus. *Limbus* ventricoſus, ovatus, calyce longior; ore parvo quinquefido patulo: *laciniis* ſub æqualibus.
STAM. *Filam.* 5. ſubulata, è baſi corollæ enata, longitudine corollæ, baſi conniventia, ſuperne extrorſum diverg. arcuata. *Anth.* craſſiuſculæ, aſſurgentes.
PIST. *Germen* ſemi-ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum, inclinatus. *Stigma* capitatum, aſſurgens, tranſverſo-oblongum.
PER. *Bacca* globoſa, calyci magno inſidens, bilocularis: *Receptaculo* carnoſo, utrinque convexo, reniformi.
SEM. plurima, reniformia.
SPEC. *Belladonna*, (gemeine W. Toll-Kraut-Kirſchen-

ſchenbeere, Teufelsbeere, Schlafbeer, tödlicher Wald-Nachtſchatten, caule herbaceo, fol. ovatis integris. *Loc.* Silvis montoſis. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Narcotica, anodyna, antiſpasmodica, repellens, reſolvens, viroſa, toxica.

82) PHYSALIS, (Judenkirſchen, Schlutten.) Linn. G. 250.

Cal. *Perianth.* 1. phyllum, ventricoſ. ſemiquinquefid. parvum, pentagonum: *laciniis* acuminatis, perſiſtens.
Cor. *Petal.* 1. rotatum. *Tubus* breviſſimus. *Limb.* ſemiquinquefidus, magnus, plicatus: *laciniis* latis, acutis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, minima. *Anth.* erectæ, conniventes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus fere longior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Bacca* ſubgloboſa, bilocularis, parva intra *calycem* maximum, inflat. clauſ. pentagon. coloratum. *Receptaculum* reniforme, duplicatum.
Sem. plurima, reniforma, compreſſa.

Spec. *Alkekengi*, (gemeine I. Bockerellen) foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne ſubramoſo. *Loc.* Scrobibus, ad vias, montes. *Fl.* Jun. *Vis.* Subanodyna, diuretica, refrigerans.

83) SOLANUM, (Nachtſchatten.) Linn. G. 251.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, acutum, perſiſtens.
Cor. *Petal.* 1. rotatum. *Tubus* breviſſim. *Limbus* magnus, ſemiquinquefidus, reflexo-planus, plicatus.
Stam. *Filam.* 5. ſubulata, minima. *Anth.* oblongæ, connivent. contingentes, apice poris 2. dehiſcentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, glabra, apice punctato, bilocularis: *Receptac.* utrinque convexo, carnoſo.
Sem. plurima, ſubrotunda, nidulantia.

Spec. 1) *Dulcamara*, (Bitterſüs, Hirſchkraut, ſteigend Wald N. Je länger je lieber,) caule inermi fruteſcente flexuoſo, foliis ſuperiorib. haſtatis, racemis cymoſis. *Loc.* Sepibus humentib. rivis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Anodyna, repellens purificans diuretica, reſolvens. *Uſ.* Ad aggeres, ſepes

ſepes in fluviis, & hortis; rami ad vincula cantharorum.

1) *Nigrum*, (gemeiner R.) caule inermi herbaceo, fol. ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus. *Loc.* Ad muros. *Fl.* Jul. *Vis.* Anodyna, repellens, refrigerans. Gallinis ſuibus venenum.

2) *Tuberoſum* eſculentum, (Erdbirn, Grundbirn,) caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculis ſubdiviſis. *Loc.* Peru & nunc in Eur. agris. *Uſ.* Culinaris notus, panis ſuccedaneum; pecorib. pabul. ad diapasma ad ſpiritum.

3) *Lycoperſicon*, (Liebes-Æpfel,) caule inermi herbaceo, fol. pinnatis inciſis, racemis ſimplicib. *Loc.* America & hortis Eur. *Fl.* Jun. Poma Jul. Aug. ad acetaria.

84) CAPSICUM, (Indianiſch. Pfeffer, Beisbeere,) Linn. G. 252.

CAL. *Perianth.* monoph. 5fidum, erectum, perſiſtens.
COR. *Petal.* 1. rotatum. *Tub.* breviſſimus. *Limb.* ſemiquinquefidus, patens, plicatus: *laciniis* latis, acutis.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, minima. *Antheræ* oblongæ, conniventes.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.
PER. *Bacca* ſine pulpa, ad ovatam figuram accedens, bilocularis, cava, colorata. *Receptacula* diſſepimento adnata, exſucca.
SEM. plurima, reniformia, compreſſa.
OBS. *Pericarpii figura indeterminata eſt; à congeneribus Pericarpio baccato exſucco differt.*

SPEC *Annuum.* (jähriger I. P.) caule herbaceo pedunc. ſolitariis. *Loc.* America & hortis Europæ. *Vis* Corrodens, rubefaciens, ſtimulans, acris, ſeptica fructus flavi.

84) RHAMNUS (Wegedorn,) Linn. G. 265.

CAL. nullus: niſi corollam pro calyce ſumas.
COR. *Petal.* imperforat. externè rude, internè coloratum, infundibuliformе. *Tubus* turbinato-cylindraceus. *Limbus* patens, diviſus, acutus.
Squamulæ 5 minimæ, ad baſin ſingulæ diviſuræ ſingulæ, introrſum conniventes.

Stam. *Filamenta* tot, quot laciniæ corollæ, ſubulata, petalo ſub ſquamula inſerta. *Antheræ* parvæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, diviſum in pauciores lacinias quam corolla.

Per. *Bacca* ſubrotunda, nuda, diviſa in pauciores, quam corolla, partes internas.

Sem. ſolitaria, ſubrotunda, hinc gibba, inde compreſſa.

Obs. *Structura floris ovo ſimilior, quid de differentiis fructus ſtatuendum, clare, dictitat: vana itaque ſunt genera omnia characteri conformia, nec inde excepta per α. β. γ. δ. ε.*

α. *Frangula* Stigmate *emarginato.* Bacca *tetraſperma.* Corolla *quinquefida.*

β. *Catharticus.* Stigmate *quadrifido.* Bacca *tetraſperma.* Corolla *quadrifida: Dioica Tetrandra.*

γ. *Paliurus.* Styli *tres.* Nucleo *triloculari.* Corolla *quinquefida: margine membranaceo, cingente baccam.*

δ. *Alaternus.* Stigmate *trifido.* Bacca *triſperma.* Corolla *quinquefida. Polygamia dioica per mares & hermaphroditas. Squamulæ corollarum deficiunt.*

ε. *Ziziphus.* Stylis *duobus.* Baccæ *Nucleus bilocularis.* Corolla *quinquefida.*

Spec. 1) *Catharticus*, (purgierender W. Kreuz-Hirſchdorn, Schiesbeere, Färber-Rheinbeer Schlagbeer) ſpinis terminalibus, florib. quadrifidis dioicis, fol. ovatis. *Loc.* Sepibus. *Fl.* May *Vis* Purgans folior. & baccar. *Uſ.* Ad ſepes altas virides; topiariis; ad aggeres; capr. ovib. equis pabul. cort. luteo purpuraſcente, baccæ immaturæ croceo, maturæ viridi tingunt colore coria & chartas luſorias, & viridis bacc. ſuccus ad pigmenta.

2) *Frangula*, (Pulverholz. Zapfenholz, Faul-Hundslaus-Baum.) inermis, florib. monogynis hermaphroditis, fol. integerrimis. *Loc.* Nemoroſis, humidiuſculis, montoſis. *Fl.* May. Jun. *Vis* Cortic. & baccar. purgans; *Uſ.* Ad aggeres. baccar. viridi, cortic. luteo, cum alumine rubro tinctor. carbones ad pulverem pyrium, flores apibus. fol. capr. ov. pecor. pabulum.

86) EUONYMUS, (Spilbaum) Linn. G. 271.

Cal. *Perianth.* monophyllum, quadripartitum, planum: *laciniis* ſubrotundis, concavis. Cor

Cor. *Petala* 5. ovata, plana, patentia, calyce longiora.
Stam. *Filam.* 5. ſubulata, erecta, corollâ breviora, germini tanq. receptaculo impoſita. *Anth.* didymæ.
Pist. *Germen* acuminatum. *Stylus* brevis, ſimplex. *Stigma* obtuſum.
Per. *Capſula* ſucculenta, colorata, pentagona quinquangularis, quinquelocularis, quinquevalvis.
Sem. ſolitaria, ovata, obvoluta Arillo baccato.
Obs. *Fructificatio, in quibuſdam individuis vel ſpeciebus aufert quintam numeri partem.*
Quibuſdam Filamenta, præter acumina receptaculi, nulla.
Spec. *Europæus*, (gemeiner europ. S. Spindelbaum, Pfaffen-Hütlein-Käpgen-Röslein, Mitſchelinsholz, Pfefferreiſeholz, Zweckholz.) floribus plerisque quadrifid. oblongo ovatis. *Loc.* Sepibus. *Fl.* May. *Vis* Baccar. purgans, emeticum. *Uſ.* Ad ſepes humiliores, pulverem pyrium & pictoribus carbones, lignum flaveſcens variis inſtrumentis, tornatoribus; baccæ tinctoribus & ad pediculos.

37) RIBES, (Johannesbeer, Krausb.) Linn. G. 281.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, ventricoſum: *laciniis* oblongis, obtuſis, concavis, coloratis, reflexis, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, parva, obtuſa, erecta, calycis margini innata.
Stam. *Filam.* 5. ſubulata, erecta, calyci inſerta. *Antheræ* incumbentes, compreſſæ, margine dehiſcentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* bifidus. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Bacca* globoſa, umbilicata, unilocularis: *receptac.* duobus, lateralibus, oppoſitis, longitudinalibus.
Sem. plurima, ſubrotunda, parum compreſſa.
Spec. 1) *Rubrum*, (rote Joh. Trauben-Beere.) *Racemis* glabris pendulis, floribus planiuſculis. *Loc.* Hortis, vineis. *Fl.* Apr. May. baccæ rubræ acidæ Jul. *Vis.* Refrigerans. *Uſ.* Culinaris varius, ad ſepes humiliores. *fl.* Apibus.
2) *Nigrum*, (ſchwarze J. Bocksbeere, Gichtbeere.) inerme racemis piloſis, floribus oblongis. *Loc.* Hortis, vineis. *Fl.* Apr. May. Baccæ ſubacidæ nigr. Jul. *Vis.* Anodyna, pellens, diuretica, puri-

purificans. *Uſ.* Ad ſepes, topiariis, Bob. capr. ovibus pabulum.

3) *Groſſularia*, (gemeine Stachelbeere,) ramis aculeatis, petiolorum ciliis piloſis, baccis hirſutis. *Loc.* Hortis, vineis. *Fl.* Mart. Apr. Baccæ maturæ dulces ſapidæ eſculentæ. *Uſ.* Ad ſepes, topiariis, capr. equis pabulum.

88) HEDERA, (Epheu) Linn. G. 283.

CAL. *Involucr.* umbellæ ſimplic. minimum, multidentatum. *Perianth.* minimum quinquedentatum germen cingens.

COR. *Petala* 5. oblonga, patentia, apicibus incurvis.

STAM. *Filam.* quinque, ſubulata, erecta, longitudine corollæ, *Anth.* baſi bifidæ, incumbentes.

PIST. *Germen* turbinatum, receptaculo cinctum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus. *Stigma* ſimplex.

PER. *Bacca* globoſa, unilocularis.

SEM. quinque magna, gibba, inde angulata.

SPEC. *Helix* (gemeiner E. Mauerewig, Immergrün, Wintergrün, Baumwinde,) foliis ovatis lobatisque. *Loc.* Silvis, ſepibus. *Fl.* Sept. *Vis*, Vulneraria, adſtring. baccar. *Uſ.* Topiariis & ad ambulacra tecta, muros defendendos, radicis lignum ſutoribus ad cultellos lævigandos: ovibus pabulum.

89) VITIS, (Weinſtock, Traubenſtock.) Linn. G. 284.

CAL. *Perianth.* quinquedentatum, minimum.

COR. *Petala* quinque rudia, parva, caduca.

STAM. *Filam.* quinque, ſubulata, erecto-patentia, caduca. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germ.* ovat. *Styl.* nullus. *Stigma* capitato-obtuſ.

PER. *Bacca* ſubrotunda, magna, unilocularis.

SEM. quinque, oſſea, turbinato-cordata, baſi contracta, ſemibilocularia.

SPEC. Vinifera, (gemeine W. Weinrebe,) foliis lobatis ſinuatis nudis, palmato angulatis. (Cirrhus oppoſitifolius racemifero floriferus.) *Loc.* Orbis totus temperatus. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Lubricans ſublaxans paſſularum acido dulcium ſuaviſſimarum eſculentarum. *Uſ.* Paſſular. officinalis; ad vinum, ſpirit. acetum. 90)

90) ILLECEBRUM, (Nagelkraut, Knorpelblume.) Linn. G. 290.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: quinquangulare: *foliolis* coloratis, acumin. apicib. diſtantib. perſiſtentibus.
COR. nulla?
STAM. *Filam.* 5. capillaria, intra calycem. *Anth.* ſimplices.
PIST. *Germen* ovato-acutum, in *Stylum* brevem bifidum deſinens. *Stigma* ſimpl. obtuſum.
PER. *Capſula* ſubrotunda, utrinque acuminata, quinquevalvis, unilocularis, calyce tecta.
SEM. unicum, ſubrotundum, utrinq. acutum. maximum.
SPEC. *Verticillatum*, (quirlförmiges N.) floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus.
Loc. Humidis, paſcuis.

91) THESIUM, (Leinblat) Linn. G. 292.

CAL. *Perianthium* monophyllum, turbinatum, perſiſtens, ſemiquinquefidum: *laciniis* ſemilanceolatis, erectis, obtuſis.
COR. nulla: niſi calycem interne coloratum dicas.
STAM. *Filam.* 5. ſubulata, baſi laciniarum calycis inſerta, calyce breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* inferum, calycis baſi innatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.
PER. nullum. *Calyx* in fundo continet ſemen, nec dehiſcit.
SEM. unicum, ſubrotundum, tectum.
SPEC. *Linophyllon*, (gemeines L.) paniculata, foliata, foliis lineari lanceolatis. *Loc.* Siccis montoſis. *Fl.* Albicans. May. Jun,

(92) VINCA, (Sinngrün,) Linn. G. 295.)

CAL. *Perianth.* 5. partitum, erectum, acutum, perſiſtens.
COR. *Petalum* 1. hypocrateriforme. *Tubus* calyce longior, inferne cylindraceus, ſuperne latior, lineis 5. inſculptus: ore pentagono. *Limbus* horizontalis quinquepartitus: laciniis apici tubi adnatis, extrorſum latioribus, oblique truncatis.
STAM. *Filam.* 5. breviſſima, inflexa, retroflexa. *Anth.* membranaceæ, obtuſæ, erectæ, incurvæ, margine utrinque fariniferæ.
PIST. *Germina* duo, ſubrotunda, quibus ad latera *corpuſcula* duo ſubrotunda adjacent. *Stylus* utriſque

unus communis, cylindraceus, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo *inferius* orbiculatum, planum; *ſuperius* capitatum, concavum.

PER. *Folliculi* duo, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves, longitudinaliter dehiſcentes.

SEM. numeroſa, oblonga, cylindracea, ſulcata.

SPEC. *Minor*, (kleines Sinn-Inn-Wintergrün.) caulibus procumbent. foliis lanceolato ovatis, floribus pedunculatis. *Loc.* Sepibus dumetis. *Fl.* Cærul. May. Jun. *Vis.* Pellens, adſtringens, vulneraria.

PENTANDRIA, *Ordo II.* DIGYNIA.

93) APOCYNUM, (Hundskohl,) Linn. G. 305.

CAL. *Perianth.* monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, acutum, minimum, perſiſtens.

COR. *Petal.* 1. campanulat. ſubrotund. ſemiquinquefidum, *laciniis* revolutis. *Nectar.* corpuſculis 5. ovalibus, germen ambientibus.

STAM. *Filam.* 5. vix viſibilia. *Anth.* 5. oblongæ, erectæ, acutæ, baſi bifidæ, conniventes.

PIST. *Germina* duo, ovata. *Styli* vix ulli. *Stigmata* globoſa, germine fere majora.

PER. *Folliculi* 2. longi, acuminati, univalves, unilocular.

SEM. numeroſa, minima, pappo longo coronata. *Receptac.* ſubulatum, longiſſimum, aſperum, liberum.

SPEC. *Cannabinum*, (Hanfförmiger G.) caule rectinſculo herbaceo, fol. oblongis paniculis terminalibus. *Loc.* Virginia Canada, & hortis Eur. *Fl.* Viridi-albicans Jul. *Uſ.* Americani caulibus & e lana ſeminum uti e cannabi & Lino trahunt fila, texunt pannos variaque veſtimenta; quali in noſtris etiam regionibus ab hac planta jam ſunt præparata.

94) ASCLEPIAS (Aeſculapiſche Pfl. Aſclepiade.) Linn. G. 306.

CAL. *Perianth.* 5fidum, acutum, minimum, perſiſtens.

COR. *Petal.* 1. planum, vel reflexum, 5partitum: *laciniis* ovato-acuminatis, leviter cum ſole flexis. *Nectaria* 5. cingentia genitalia, quorum ſingula ex ova-

ovato-oblique extrorſum aurita, è fundo corniculum acutum, verſus genitalia inflexum.
Corpuſculum truncat. genitalia tegit, ſquamis 5. ad latera, obvolutum, dehiſcens ad latera totidem rimis.
STAM. *Filam.* vix ulla. *Anth.* 5. corpuſculo truncato nectarii intra ſquamas inſertæ, acutæ.
PIST. *Germina* duo, ovata, acuminata. *Styli* vix ulli. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Folliculi* duo, magni, oblongi, acuminati, ventricoſi, uniloculares, univalves.
SEM. numeroſa, imbricata, pappo coronata. *Receptaculum membranaceum, liberum.*

SPEC. 1) *Syriaca*, (Seidenpflanze,) fol. ovalibus ſubtus tomentoſ. caule ſimpliciſſimo, umbellis nutantibus. *Loc.* Cultis, hortis Europæ, Syria. *Uſ.* Pappo ſ. lana ſeminum ſericei panni veſtimentaque varia præparata ſunt Berolini inſtitutione cel. Glediſch.

2) *Vincetoxicum*, (Schwalbenwurz,) fol. ovatis baſi barbatis, caule erecto, umbellis proliferis, lacteſcens. *Loc.* Glareoſis, ſilvis. *Fl.* Alb. May. Jun. *Vis.* Rad. pellens, ſudorifera, diuretica, vomitor. ſuſpecta. Fol. vulnerar. *Uſ.* Lana ſeminum uti Aſclep. ſiriac. ad ſericam confert. *Uſ.* Capr. pab. & planta gelu tacta editur ab equis; Pappus pro fomite.

95) CHENOPODIUM (Gänſefus,) Linn. G. 309.

CAL. *Perianth.* pentaphyll. concavum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, concavis, margine membranaceis,
COR. nulla.
STAM. *Filam.* 5. ſubulata, calycis foliis oppoſita, eorumque longitudine. *Anth.* ſubrotundæ, didymæ.
PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* bipartitus, brevis. *Stigmata* obtuſa.
PER. nullum. *Calyx* clauſus, pentagonus, quinquangularis, compreſſus deciduus.
SEM. unicum, orbiculare, depreſſum.
OBS. *In quibuſdam ſpeciebus* Stylus trifidus *obſervatur.*

SPEC. 1) *Bonus Heinricus*, (guter Heinrich, wilder Spinat, Schmerbel, Lämmerohren,) foliis triangulari ſagittatis integerrimis, ſpicis compoſitis aphyllis. *Loc.* Saxoſis, ruderatis, ad rivulos.

vulos. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Vulnerar. humectans refrigerans, anodyna. *Uſ.* Turionum more aſparagi; capr. ovib. pabulum.

2) *Album*, (weiſſer G. wilde Melde) fol. rhomboideo triangularibus eroſis poſtice integris ſummis oblongis, racemis erectis. *Loc.* Agris. *Fl.* Jun. *Uſ.* Ad olera inſtar Lapathi.

96) BETA (Mangold) Linn. G. 310.

CAL. *Perianth.* pentaphyll. concavum, perſiſtens: *laciniis* ovato-oblongis, obtuſis.

COR. nulla.

STAM. *Filam.* 5. ſubulata, calycis foliis oppoſita, eorumque longitudine. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* quodamodo infra receptaculum. *Styli* duo, breviſſimi, erecti. *Stigmata* acuta.

PER. *Capſula* intra fundum calycis, unilocularis, decidua.

SEM. unicum, reniforme, compreſſum, calyce involut.

SPEC. *Vulgaris* (gemeiner M.) caule erecto, fol. triangular. petiolatis, rubra vel lutea. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Jun. *Vis.* Diluens, humectans, emolliens. *Uſ.* Ad olera.

97) ULMUS, (Ulmbaum,) Linn. G. 316.

CAL. *Perianth.* monophyllum, turbinat. rugoſum. *Limbus* 5fidus, erectus, interne coloratus, perſiſtens.

COR. nulla.

STAM. *Filam.* 5. ſubulata, calyce duplo longiora. *Antheræ* quadriſulcæ, erectæ, breves.

PIST. *Germ.* orbiculat. erectum. *Styli* duo, ſtaminibus breviores, reflexi, *Stigmata* pubeſcentia.

PER. Drupa ovalis, magna, exſucca compreſſo-membranacea.

SEM. unicum, ſubrotundum, leviter compreſſum.

SPEC. *Campeſtris*, (Feld U. Rüſter, Fliegen-Leim Ruſtbaum Stein-rauchlinde, Iſpenholz,) fol. duplicato ſerratis, baſi inæqualibus; fructu membranaceo. *Loc.* Silvis. *Fl.* Mart. Apr. *Vis.* Fol. adſtringens, vulneraria, anodyna. *Uſ.* Pecor. bob. capr. ovib. equis, ſuibus, pabul. folia, & ſemina avibus; Lignum ſero corrumpens ſubflavum, tenax ſculptoribus, ſcriniariis, ad carinas navium, ciſtas ſepulchrales magnatum, volvu-

los

los linteorum, cochleas prelonum, ad ciſtas pulchriores, ad axes, rotas molendinarias, ad ambulacra gratiſſima ob ſuavem comam.

98) GENTIANA, (Enzia) Linn. G. 322.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, acutum: *laciniis* oblongis, perſiſtentibus.

COR. *Petalum* 1. inferne tubulatum, imperforatum, ſuperne quinquefidum, planum, marceſcens, figurâ variâ.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* oblongum, cylindraceum, longitudine ſtaminum. *Styli* nulli. *Stigmata* duo ovata.

PER. *Capſula* oblonga, teres, acuminata, apice leviter bifida, unilocularis, bivalvis.

SEM. numeroſa, parva. *Receptaculá* duo, ſingula valvulæ longitudinaliter adnata.

OBS. Fructus figura *conſtans eſt.* Floris *autem* numerus, *&* figura *valde variat in diverſis ſpeciebus.*
Species *ſunt, quæ quintam partem numeri in flore exclud.*
Species *eſt, quæ tres partes numeri in flore addit.*
Species *alia corollæ collo patente;* alia *collo villis clauſo;* alia *laciniis corollæ ciliatis;* alia *limbo campanulato, erecto, plicato;* alia *limbo ſtellato; lacinulis laciniis interjectis;* alia *campanulata;* alia *infundibuliformi gaudet corolla. &c.*

SPEC. 1) *Lutea*, (gelber E. Bitterwurz,) corollis 5fidis, rotatis, verticillatis, calycibus ſpathaceis. *Loc.* Alpibus montibus. *Fl.* Jul. Aug. *Vis.* Balſamica, tonica, ſtomachica, antiverminoſa; amariſſima.

2) *Centaurium*, (Fieberkraut, Erdgalle Tauſendguldenkraut,) corollis 5fidis infundibulif. caule dichotomo fol. lineari lanceolatis. *Loc.* Apricis, ſilvis. *Fl.* Rubr. flavus Jun. Sept. *Vis.* Tonica balſam. ſtomachica, amariſſima, antifebrilis; bobus pabulum.

99) ERYNGIUM (Manstreu,) Linn. G. 324.

CAL. *Receptaculum commune* conicum, *paleis* floſculos ſeſſiles diſtinguentibus.
Involucrum receptaculi polyphyllum, planum, floſculos ſuperans.

Peri-

Perianth. proprium pentaphyllum, erectum, acutum, corollam ſuperans, germini inſidens.

Cor. *univerſalis* uniformis, ſubrotunda: Floſculi omnes fertiles. Propria pentapetala.
Petala quinque, oblonga, apicibus ad baſin inflexis, lineâ longitudinali conſtricta.

Stam. *Filamenta* quinque capillaria, recta, floſculos ſuperantia. *Antheræ* oblongæ.

Pist. *Germ.* hiſpidum, inferum. *Styli* duo, filiformes, recti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Fructus* ovatus, bifariam diviſibilis.

Sem. oblonga, teretia.

Obs. *in* aliis *ſpeciebus Semina è cruſta Pericarpii deponuntur, in* aliis *incluſa perſiſtunt.*

Spec. *Campeſtre*, (Feld M. Ellend, Raden-Breckendiſtel,) fol. amplexicaul. pinnato-laciniatis. *Loc.* Incultis. *Fl.* Jun. *Vis.* Diuretica, pellens, aperiens.

100) SANICULA, (Sanickel) Linn. G. 316.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis pauciſſimis (4. ſæpe): *partialis* plurimis, confertis, ſubcapitatis.
Involucrum univerſale dimidiatum, extrorſum ſitum: *partiale* undique ambiens, floſculis brevius.
Perianthium vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis: *propria* petalis quinque, compreſſis, inflexis, bifidis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, corollulis duplo longiora, erecta. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* hiſpidum, infra receptaculum proprium. *Styli* duo ſubulati, reflexi. *Stigmata* acuta.

Per. nullum. *Fructus* ovato-acutus, ſcaber, bipartibilis.

Sem. duo, hinc convexa, ſcabra, inde plana.

Spec. *Europæa*, (europäiſ. S.) fol. radical. ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. *Loc.* Silvis montoſis. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Reſolvens, adſtringens, vulneraria.

101) ASTRANTIA, (Aſtranz) Linn. G. 327.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis pauciſſimis (tribus ſæpe): *partialis* numeroſiſſimis.
Involucrum univerſale foliolis ad radios duplicatis: *partiale* foliolis circiter viginti lanceolatis, patentibus,

tibus, æqualibus, coloratis, umbellulâ longioribus. *Perianthium proprium* quinquedentatum, acutum, erectum, perſiſtens.

Cor. *univerſ.* uniformis: Floſculi radii abortivi. *Propria* petalis 5. erectis, inflexo bifidis.

Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, longitudine corollulæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo, erecti, filiformes. *Stigmata* ſimplicia, patentia.

Per. *Fructus* ovatus, obtuſus, coronatus, ſtriatus, bipartibilis.

Sem. 2. ovato-oblonga, pericarpii cruſta tecta, rugoſa.

Spec. *Maior*, (groſſe A. weiblicher Sanickel, ſchwarzer Meiſterwurz) fol. 5.lobis, trifidis lobis. *Loc.* Alpibus. *Fl.* Jul. Aug. *Vis.* Purgans radicis minor Helleboro.

102) BUPLEURUM (Haaſenöhrle) Linn. G. 328.

Cal. *Umbella univerſ.* radiis quam decem paucioribus: *partialis* radiis vix decem, erecto-patens. *Involucrum univerſale* polyphillum: *partiale* pentaphyllum, maius: *foliolis* patentibus, ovatis, acutis. *Perianthium proprium* vix notabile.

Cor. *univerſ.* uniformis: floſculi omnes fertiles, *propria* petalis 5. involutis integris, breviſſimis.

Stam. *Filamenta* 5. ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, reflexi, parvi. *Stigmata* minima.

Per. nullum. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, ſtriatus, bipartibilis.

Sem. duo, ovato-oblonga, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

Obs. Speciebus plerisque involucellata ſpecioſa corollulam ſæpe ſuperantia.

Spec. *Rotundifolium* (Durchwachs,) involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. *Loc.* Inter ſegetes, arvis. *Fl.* Jul. *Vis.* Subadſtringens, vulneraria.

103) TORDYLIUM, (Drehkraut, Zirmet,) Linn. G. 330.

Cal. *Umbella univerſalis* inæqualis, multiplex: *partialis* inæqualis, multiplex, breviſſima, plana.

In-

Involucrum universale foliolis tenuibus, indivisis, longitudine sæpius umbellæ: *partiale* dimidiatum, extrorsum umbellulâ longius. Perianth. proprium 5. dentatum.

Cor. *universalis* difformis, radiata: flosculi omnes fertiles, *propria disci* petalis 5. inflexo-cordatis, æqualibus: *propr. radii* consimilis, sed extimo petalo maximo, bipartito.

Stam. omnibus. *Filam.* 5. capillaria. *Anth.* simplices,

Pist. omnibus. *Germen* subrotund. inferum. *Styli* duo parvi. *Stigmata* obtusa.

Per. *Fructus* suborbiculatus, compressus, margine crenulatus, bipartibilis.

Sem. duo, subrotunda, fere plana, *margine* elevato, crenulato.

Spec. *Anthriscus.* (Bettelläuse, Hecken-Schaf-Körfel,) umbellis confertis, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis. *Loc.* Dumetis, arvis ruderatis. *Fl.* Jul. *Us.* Ovibus pab. fol.

103) CAUCALIS, (Klettenkärbel, Ackerklee,) Linn. G. 331.

Cal. *Umbella universalis* inæqualis, radiorum pauciſſimorum.

Partialis inæqualis, radiis copioſior, quorum quinque exteriores majores.

Involucrum universale foliolis numero radiorum, indivisis, lanceolatis margine membranaceis, ovatis, brevibus: *partiale* foliolis consimilibus, radiis longioribus, sæpius quinis. *Perianth.* proprium 5dentatum, exsertum.

Cor. *universalis* difformis, radiata: flosculi disci abortivi *propria disci* mas: parva, petalis 5. inflexo-cordatis, æqualibus: *prop. radii* hermaphrodita, petalis 5. inflexo-cordatis, inæqualibus, extimo maximo, bifido.

Stam. omnibus. *Filamenta* 5. capillaria. *Anth.* parvæ.

Pist. *radii Germen* oblongum, scabrum, inferum. *Styli* duo, subulati. *Stigmata* duo, patentia, obtusa.

Per. *Fructus* ovato-oblongus, striis longitudinalibus, setulis rigidis hispidus.

Sem. duo, oblonga, hinc convexa, subulatis acuminibus secundum strias armata, hinc plana.

Spec.

Spec. *Grandiflora* (Grosblumige Haftdolde,) involucris pentaphyllis, folio unico duplo maiore: *Loc.* Inter segetes arvis. *Fl.* Albus Aug.

105) DAUCUS, (Möhre, Vogelneft.) Lin. G. 333.

Cal. *Umbella univerſ.* multiplex, florens plana, fructifera concavo connivens: *partial.* multipl. conſimilis. *Involucrum univerſale* polyphyllum, longitudine umbellæ: *foliolis* linearibus, pinnatifidis: *partiale* ſimplicius, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium vix manifeſtum.
Cor. *univerſalis* inæqualis: radiata, floſculi diſci abortivi: *propria* petalis quinque inflexo-cordatis, exterioribus majoribus.
Stam. *Filam.* quinque, capillaria. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* inferum, parvum. *Styli* duo, reflexi. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, ſæpe undique pilis rigidis hiſpidus, bipartibilis.
Sem. duo, ſubovata, hinc convexa, hiſpida, inde plana.

Spec. *Carota*, (wilde M. V. Mohrrüben.) ſeminibus hiſpidis, petiolis ſubtus nervoſis, rad. alba. *Loc.* Campis exaridis. *Paſtinaca* ſativa tenuifolia, radice lutea, (gelbe Rüben, Möhren,) varietas a D. carota; *Loc.* Agris, hortis. *Fl.* Utrorumque Jun. Jul. *Vis.* Seminis diluens, carminativa, diuretica pellens; ſuccus ad cancrum & ulcera. *Uſ.* Rad. nutriens loco panis; bob. capr. ovib. equis pabul. floſculi umbellæ rubro tinctoriæ: *ſativi* culinaris *uſ.* ad olera, acetaria.

106) CONIUM, (Schierling, Tollkraut,) Lin. G. 336.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis pluribus patentibus: *partialis* conſimilis.
Involucrum univerſale polyphyllum, breviſſimum inæquale: *partiale* conſimile.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *univerſalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus.
Stam. *Filam.* quinque, ſimplicia. *Anth.* ſubrotundæ.
Pist. *Germ.* inferum. *Styli* 2. reflexi. *Stigm.* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ſubgloboſus, 5. ſtriatus, ſtriis coreatus, bipartibilis.

Sem. duo, hinc convexa, fere hemiſphærica, ſtriata, inde plana.

Spec. *Maculatum*, (gefleckter S. Tolkörfel.) ſeminibus ſtriatis, cicuta major vulgaris. *Loc.* Cultis, agris, ruderatis, ſepibus, ad aquas. *Fl.* Alb. Jun. *Vis.* Narcotica, ſtupefaciens; graveolens, venenata, ad Ill. Stoerk experimenta proficua imprimis in cancro, tumore.

107) ATHAMANTA, (Vogelneſt) Linn. G. 338.

Cal. *Umbella univerſ.* multipl. patens: *partialis* parcior. *Involucrum univerſale* polyphyllum, lineare, radiis paulo brevius: *partiale* lineare, radiis æqualibus. *Perianthium proprium* obſoletum.

Cor. *univerſalis* uniformis: *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, parum inæqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria; longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* 2. diſtantes. *Stigm.* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ovato-oblong. ſtriatus, bipartibilis.

Sem. duo, ovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

Spec. 1) *Cervaria*; (Hirſchwurzel, groſe Bergpeterſilien, ſchwarzer Enzian,) foliolis pinnatis decuſſatis, inciſo-angulatis, ſeminibus nudis. *Loc.* Montoſis. *Fl.* Aug. *Vis.* Aromatica.

2) *Oreoſelinum*, (kleine Bergpeterſilie, Grundheil,) foliolis diuaricatis ovato acutis, acute ſerratis & inciſis. *Loc.* Pratis montanis, collibus apricis. *Fl.* Aug. *Vis.* Aromatica.

108) PEUCEDANUM, (Harſtrang) Linn. G. 339.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex, longiſſima, tenuis: *partial.* patens.

Involucrum univerſale polyphyllum, lineare, parvum, reflexum, *partiale* minus.

Perianthium proprium quinquedentatum, minimum.

Cor. *univerſalis* uniformis: floſculi diſci abortivi: *propria* petalis quinque, æqualibus, oblongis, incurvis, integris.

Stam. *Filamenta* 5. capillaria. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo parvi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ovatus, alâ cinctus, utrinque ſtriatus, bipartibilis.

Sem.

Sem. 2. ovato-oblonga, compreſſa, hinc convexiora; ſtriis 3. elevatis notata, margine membranâ latâ integrâ cincta, apice emarginata.

Obs. *Floſculi centrales ſæpe abortiunt.*

Spec. *Officinale* (gewöhnliche Sau-fenchel, Schwefelwurz,) fol. quinquies tripartitis filiformibus, ſinearib. *Loc.* Pratis pinguibus, montoſis. *Fl.* Jul. *Vis.* Radic. reſolvens, nervina, ſtomachica, diuretica: ſtimulans, vulneraria.

109) LASERPITIUM, (Laſerkraut) Linn. G. 344.

Cal. *Umbella univerſalis* maxima, radiorum 20. ad 40. *partialis* radiis plurimis, plana.
Involucrum univerſale polyphyllum, parvum: *partiale* polyphyllum, parvum.
Perianthium proprium quinquedentatum, obſoletum.

Cor. *univerſalis* uniformis: floſculi omnes fertiles; *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, ſubæqualibus patentibus.

Stam. *Filamenta* quinque, ſetoſa, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* ſubrotund. inferum. *Styli* duo; craſſiuſculi acuminati, diſtantes. *Stigmata* obtuſa, patentia.

Per. nullum. *Fructus* oblongus, octo membranis longitudinalibus angulatus, bipartibilis.

Sem. duo, maxima, oblonga, ſemi-cylindracea, hinc plana, inde margine & dorſo membranis (ſimul quatuor) inſtructa.

Spec. *Latifolium*, (breitblätriges L.) foliolis cordatis incifo-ſerratis. *Loc.* Nemoribus ſiccis. *Fl.* Jul. *Vis.* Reſolvens, diuretica, ſtimulans, ſtomachica, aromat. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis. pab.

110) HERACLEUM, (Porſt, Heilkraut,) Linn. G. 345.

Cal. *Umbella univerſ.* multipl. maxima. *partialis* plana.
Involucr. univerſ. polyphyll. caducum. *partiale* extrorſum dimidiatum: *foliolis* tribus ad ſeptem lineari-lanceolatis, *exterioribus* longioribus.
Perianthium vix manifeſtum.

Cor. *univerſalis* difformis; radiata: floſculi fertiles plerumque omnes. *Propria diſci* æqualis, pentapetala: *petalis* inflexo-uncinatis emarginatis: *propr. radii*

dii inæqualis, pentapetala, *petalis* exterioribus majoribus, magiſque bifidis, oblongis, uncinatis.
STAM. *Filamenta* 5. corollulis longiora. *Anth.* parvæ.
PIST. *Germen* ſubovatum, inferum. *Styli* duo approximati, breves. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Fructus* ellipticus, compreſſus, emarginatus, in medio utrinque ſtriatus.
SEM. duo, ovata, compreſſo-foliacea.
OBS. Heraclei ſpeciebus aliis *floſculi radiantes feminei fertiles ſunt*; *diſci mares abortientes, ſtigmatibus deſtituti.* Sphondylium *hermaphroditum eſt ubique, & involucrum interdum deficit omne.*

SPEC. *Sphondylium*, (teutſche unächte Bärenklauwurz, Heilkraut,) fol. pinnatifidis, hirſutum. *Loc.* Nemoroſis pratis. *Fl.* Alb. rubellus May. *Vis.* Radic. ſuaveol. aperiens, incidens, laxans. *Uſ.* In Sibiria ad ſpiritum: bob. capr. ovib. equis, ſuibus, leporibus pabul.

111) LIGUSTICUM, (Liebſtöckel) Lin. G. 346.

CAL. *Umbella univerſ.* multiplex: *partialis* multiplex. *Involucrum univerſale* membranaceum heptaphyllum, inæquale: *partiale* vix tetraphyllum, membranaceum. *Perianthium proprium* quinquedentatum obſoletum.
COR. *univerſalis* uniformis floſculi omnes fertiles; *propria* petalis quinque, æqualibus, planis, introrſum carinatis.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, corollâ breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* inferum, *Styli* duo, approximati. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Fructus* oblongus, angulat. 5. ſulcatus, bipartibilis.
SEM. duo, oblonga, glabra, hinc ſtriis quinque elevatis notata, inde plana.

SPEC. *Leviſticum*, (gemeine L.) fol. multiplicibus, foliolis ſuperne inciſis. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Jun. *Vis.* Rad. carminat. pellens, ſtimulans, acris. *Uſ.* Folia ſuaveolentia vaccis pabul. quorum lac & caro ſuaveolet ab hoc pabulo.

112) ANGELICA (Bruſt-Engelwurz) Lin. G. 347.

CAL. *Umbella univerſalis* multiplex, ſubrotunda: *partialis* florens exacte globoſa, *in-*

Involucrum univerſale tri-vel-pentaphyllum, parvum: *partiale* parvum, octophyllum.
Perianthium proprium 5dentatum, vix notabile.
Cor. *univerſalis* uniformis, floſculi omnes fertiles: *partialis* petalis quinque, lanceolatis, planiuſculis, incurvis, caducis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſimplicia, corollâ longiora. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* 2. reflexi. *Stigm.* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ſubrotundus, angulatus, ſolidus, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, hinc plana, margine cincta, inde convexa, tribus lineis exarata.
Spec. *Silveſtris*, (Wald E. wilde Waſſer-Wieſen Angelic. kleine wilde Bruſtwurz) fol. æqualib. ovato lanceolatis ſerratis. *Loc.* Subhumidis ſilvaticis. *Fl.* Jul. Aug. *Vis.* Reſolvens, ſudorifera, carminativa, pellens, acris ſubaromatica. *Uſ.* Pecor. bob. capr. porcis pabul.

113) SIUM, (Waſſermerk) Linn. G. 348.

Cal. *Umbella univerſalis* varia in diverſis: *partialis* patens, plana.
Involucrum univerſale polyphyllum, reflexum, umbella brevius: *foliolis* lanceolatis: *partiale* polyphyllum, lineare, parvum.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *univerſalis* uniformis: floſculi omnes fertiles *propria* petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus.
Stam. *Filamenta* 5. ſimplicia. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* minimum, inferum. *Styli* duo reflexi. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ovato-ſubrotundus, ſtriatus, parvus, bipartibilis.
Sem. 2. ſubrotunda, hinc convexa, ſtriata, inde plana.
Spec. *Latifolium* (breitblätriger W. Waſſerfroſcheppich.) fol. pinnatis, umbellis terminalibus. *Loc.* Rivulis, foſſis. *Fl.* Aug. *Vis.* Noxia radic. Aug. effoſſæ hominibus & pecoribus.

114) OENANTHE, (Rebendolde) Linn. G. 352.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis paucioribus, *partialis* rad. pluribus breviſſimis. *Involucrum univerſale* polyphill. ſimplex, umbella brevius, *partiale* polyphyll. parvum.

Perianthium proprium quinquedentatum, perſiſtens.
Cor. *univerſalis* difformis, floſculi radii abortivi: *propria* ſubæqualis, petalis 5. acuminatis, inflexo-cordatis, hermaphroditis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, corolla longiora ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, ſubulati, erecti, perſiſtentes. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ſubovatus, glaber, coronatus perianthio & piſtillis, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, convexa, ſtriata, plana dentata.
Spec. *Crocata* (ſafrangelbe R.) foliis omnibus multifidis obtuſis ſubæqualibus. *Loc.* Paludoſis. *Fl.* Jul. Jun. *Vis* Rad. impletæ ſucco acido croceo, & folior: venenata hominibus. *Uſ.* Ovibus pabulum.

115) PHELLANDRIUM, (Pferde-Saamen,) Linn. G. 353.

Cal. *Umbella univerſalis* multiplex: *partialis* conſimilis. *Involucrum univerſale* nullum: *partiale* heptaphyllum: *foliolis* acutis, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium, quiquedentatum, germini inſidens, perſiſtens.
Cor. *univerſalis* fere uniformis: floſculi omnes fertiles: *propria* inæqualis, *petalis* quinque acuminatis, cordato-inflexis.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, corollâ longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, ſubulati, erecti, perſiſtentes. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* ovatus, glaber, coronatus perianthio & piſtillis, bipartibilis.
Sem. duo, ovata, glabra.
Spec. *Aquaticum*, Waſſer Pf. S. Wüzerling,) foliorum ramificationibus divaricatis. *Loc.* Foſſis. *Fl.* Jun.-Sept. *Uſ.* Capris, ovib. equis, ſuibus pabulum.

116) CICUTA (Wüterich,) Linn. G. 354.

Cal. *Umbella univerſalis* ſubrotunda, radiis plurimis, æqualibus: *partialis* ſubrotunda, radiis plurimis, æqualibus, ſetaceis.
Involucrum univerſale nullum: *partiale* polyphyllum *folio-*

foliolis ſetoſis, brevibus. *Perianthium proprium* vix notabile.

Cor. *univerſalis* uniformis: floſc. fertil. *propria* petalis quinque, ovatis, inflexis, fere æqualibus.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, corollâ longiora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, filiformes, corollà longiores, perſiſtentes. *Stigmata* capitata.

Per. nullum. *Fruct.* ſubovatus, ſtriato-ſulcat. bipartibilis.

Sem. duo, ſubovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

Spec. *Viroſa*, aquatica, (giftiger W.) umbellis oppoſitifoliis, petiolis marginatis obtuſis. *Loc.* Paludibus ſterilib. *Fl.* Jul. Aug. *Vis.* Narcotica, repellens; acris, ſeptica. *Uſ.* Capr. ovib. equis pabul. bobus lethalis.

117) AETHUSA, (Gleiſſe) Linn. G. 355.

Cal. *Umbella univerſalis* patens, *radiis* interioribus gradatim brevioribus, intimis breviſſimis: *partialis* parva, patens.

Involucrum univerſale nullum: *partiale* dimidiatum, extus poſitum: *foliolis* tribus vel quinque longiſſimis, linearibus, pendulis.

Perianthium proprium vix notabile.

Cor. *uniuerſalis* fere uniformis: *partialis* petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus,

Stam. *Filamenta* 5. ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germ.* inferum. *Styli* 2. reflexi. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Fructus* ex ovato ſubrotundus, ſtriatus, bipartibilis.

Sem. 2. ſubrotunda, ſtriata, inde ad tertiam partem plana.

Spec. *Cynapium*, (G. kleiner Schierling, Hundspeterlein.) cicuta minor, petroſelino ſimilis. *Loc.* Hortis inter olera: ſepes. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Cum conio maculato eadem, ſed debilior. Animalibus non tam noxia quam hominibus.

118) CORIANDRUM, (Coriander) Linn. G. 356.

Cal. *Umbella univerſalis* radiis paucis: *partialis* radiis pluribus.

Involucrum univerſale vix monophyllum: *partiale* triphyllum, dimidiatum, lineare.

Perianthium proprium quinquedentatum, exſertum.

Cor. *universalis* difformis, radiata floſculi diſci abortivi: *propria diſci* hermaphrodita *petalis* quinque inflexo-cordatis, æqualibus: *propr. radii* hermaphrodita, *petalis* quinque inflexo-cordatis, inæqualibus, quorum *extimum* maximum, bipartitum, lateralia vero proximâ lacinia maxima gaudent.
Stam. *Filam.* 5. ſimplicia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* inferum. *Styli* duo, parvi, diſtantes. *Stigmata* radii capitata.
Per. nullum. *Fructus* ſphæricus, bipartibilis.
Sem. duo, hemiſphærica, concava.
Spec. *Sativum* maius, (E. Schwindelkörner) fructibus globoſis. *Loc.* Agris. *Fl.* Jun. *Vis.* Carminativa, lactifuga; *Uſ.* flor. apibus: ſemina ad talpas.

119) SCANDIX (Kerbel) Linn. G. 357.

Cal. *Umbella universalis* longa, *radiis* paucis: *partialis* copioſior.
Involucrum universale nullum: *partiale* pentaphyllum, longitudine umbellulæ.
Perianthium proprium vix notabile.
Cor. *universalis* difformis, radiata, *floſculi* abortivi in diſco: *propria* petalis 5. cordato-inflexis, *intimis* minoribus, *extimo* majori.
Stam. *Filam.* 5. capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum, inferum. *Styli* duo, ſubulati, longitudine minimi petali, erecti, perſiſtentes. *Stigmata* floſculis radiantibus obtuſa.
Per. nullum. *Fructus* oblongiſſimus, ſubul. bipartibilis.
Sem. duo, ſubulata, hinc convexa, ſulcata, inde plana.
Obs. Pectini veneris, ſemina *filiformia*, *baſi nucleum condentia*,
Cerefolio *Riv.* ſemina *ovato-ſubulata*, *ſtriata*. Involucrum *viride*, *perſiſtens*. Floſculi *omnes Hermaphroditi*.
Spec. 1) *Pecten veneris*, (nadel K.) ſeminibus lævibus, roſtro longiſſimo. *Loc.* Inter ſegetes. *Fl.* May.
2) *Cerefolium*, ſativum chærefolium, chærophyllum, (Garten K. Kerbel-Körfelkraut,) ſeminibus nitidis ovato-ſubulatis, umbellis ſeſſilibus lateralibus. *Loc.* Hortis; agris. *Fl.* May. *Vis.* Antiphlogiſtica, diuretica, aromatica, aperiens, diſcu-

diſcutiens, reſolvens, pectoralis. *Uſ.* Ad olera, et iuſcula, quæ fiunt ſapidiora: bob. capr. ovib. pabul.

120) CHÆROPHYLLUM, (Kälberkropf, Kern,) Linn. G. 358.

CAL. *Umbella univerſalis* patens: *partialis* radiorum numero fere par.
Involucrum univerſale nullum: *partiale* ſub pentaphyllum: *foliolis* lanceolatis, concavis, reflexis, longitudine fere umbellulæ.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *univerſalis* fere uniformis: floſculi diſci abort. *propria* petalis quinque: inflexo-cordatis, mucrone inflexo, planiuſculis. *exterioribus* paulo majoribus.
STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia, longitudine umbellulæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* 2. reflexi. *Stigm.* obtuſa.
PER. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, acuminatus, lævis, bipartibilis.
SEM. duo, oblonga, ſuperne attenuata, hinc convexa, inde plana.
OBS. ſemina diſci ſæpe abortiunt.
SPEC. *Silveſtre*, (wilder K. Körbel, Scheere) caule ſtriato geniculis tumidiuſculis, floſcul. omnib. fertilibus. *Loc.* Cultis pomariis, pratis. *Fl.* Apr. May. *Vis.* Subvenenata, amaricans, ſubfoetida. *Uſ.* Flores viridi & umbella luteo-tinctoria: flor. apibus.

121) PASTINACA, (Baſtinac,) Linn. G. 362.

CAL. *Umbella unniverſ.* multipl. plana: *partialis* multipl.
Involucrum univerſale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *univerſalis* uniformis, floſc. omnes fertiles: *propria* petalis 5. lanceolatis, involutis, integris.
STAM. *Filamenta* 5. capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germ.* inferum. *Styli* 2. reflexi. *Stigm.* obtuſa.
PER. nullum. *Fructus* compreſſo-planus, ellipticus, bipartibilis.
SEM. 2. elliptica, margine cincta, utrinque fere plana.
SPEC. *Sativa*, (zahme P) foliis ſimpliciter pinnatis. *Loc.* Ruderatis, paſcuis hortis. *Fl.* Iul. *Vis.*

Diluens, nutriens, humectans, aromatica; ſemen carminativum. *Uſ.* Culinaris.

122) ANETHUM, (Dill) Linn. G. 364.

CAL. *Umbella univerſ.* multiplex: *partialis* multiplex. *Involucrum univerſale* nullum: *partiale* nullum. *Perianthium proprium* vix notabile.

COR. *univerſalis* uniformis: *propria* petalis quinque, lanceolatis, iucurvis.

STAM. *Filamenta* 5. capillaria. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo approximati obſoleti. *Stigmata* obtuſa.

PER. nullum. *Fructus* fere ovatus, compreſſus, ſtriatus, bipartibilis.

SEM. duo, fere ovata marginata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

OBS. Anethi *T. Semina margine membranaceo cincta ſunt.* Fœniculi *T. Semina margine membranaceo deſtituta ſunt.*

SPEC. 1) *Graveolens*, (gemeiner D. riechender D. Dillkraut,) hortenſe, fructibus compreſſis. *Loc.* Hortis. *Fl.* Jul. *Vis.* Diſcutiens, carminativa, foetida. *Uſ.* Herbæ culinar. ad cucumer. acetaria.

2) *Foeniculum*, (Fenchel,) fructibus ovatis, vulgare germanicum. *Loc.* Hortis. *Fl.* Jul. *Vis.* Reſolvens, pellens, aperiens, carminativa, aromatica. *Uſ.* Culinaris, & apibus.

123) CARUM, (Kümmel) Linn. G. 365.

CAL. *Umbella univerſalis* longa, *radiis* decem, ſæpius inæqualibus: *partialis* conferta.
Involucrum univerſale ſæpe monophyllum: *partiale* nullum. *Perianthium* vix manifeſtum.

COR. *univerſalis* uniformis floſc. diſci abortivi: *propria* inæqualis, *petalis* quinque, inæqualibus, inflexo apice, cordatis.

STAM. *Filamenta* quinque capillaria, longitudine corollæ. caduca *Antheræ* ſubrotundæ, minimæ.

PIST. *Germ.* inferum. *Styli* 2. minimi. *Stigm.* ſimplicia.

PER. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibilis.

SEM. duo, hinc convexa, ovato-oblonga, ſtriata, inde plana.

SPEC. *Carvi* (gemeiner wilder Feld-Wieſen-Weg-

ſpei-

ſpeiſekümmel, Carve.) pratenſe officinarum, involucro monophyllo. *Loc.* in pratis. *Fl.* Apr.-Jun. *Vis.* Rad. reſolvens, aromatica, ſemen carminativum, acre. *Uſ.* In juſculis, pane, pulte, ſpirituque frumenti pro condimento adhibetur: bob. capr. ovib. equis, ſuibus pabul. & apibus.

124) PIMPINELLA (Pimpinelle) Linn. G. 366.

CAL. *Umbella univerſalis* radiis pluribus: *partialis* radiis adhuc pluribus.
Involucrum univerſale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *univerſalis* ſub uniformis: floſc. omnes fertil. *propria* petalis 5. inflexo-cordatis, ſub-æqualibus.
STAM. *Filamenta* quinque, ſimplicia, corollula longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo, breviſſimi. *Stigmata* ſub-globoſa.
PER. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, bipartibilis.
SEM. duo, oblonga, verſus apicem anguſtiora, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

SPEC. *Saxifraga*, (Stein-Peterlein, Pimpinelle, Bibernel,) foliis pinnatis, foliolis radicalibus, ſubrotundis, ſummis linearib. *Loc.* Paſcuis ſiccis, montoſis. *Fl.* Jul-Sept. *Vis.* Pellens, reſolvens, ſtomachica, carminativa, aromatica, herbæ & radic. acris. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis, ſuibus pabulum.

125) APIUM, (Peterlein, Eppich,) Linn. G. 367.

CAL. *Umbella univerſalis* radiis paucioribus: *partialis* radiis pluribus.
Involucrum univerſale parvum, unico vel pluribus foliolis: *partiale* conſimile.
Perianthium proprium vix notabile.
COR. *univerſalis* uniformis: floſc. fere omnes fertil. *propria* petalis ſubrotundis, inflexis, æqualibus.
STAM. *Filam.* quinque ſimplicia. *Anth.* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* 2. reflexi. *Stigm.* obtuſa.
PER. nullum. *Fructus* ovatus, ſtriatus, bipartibilis.
SEM. duo, ovata, hinc ſtriata, inde plana.

SPEC. 1) *Petroſelinum*, (Peterſilge, Peterling,) folio-

foliolis caulinis linearibus, involucellis minutis, hortenſe. *Loc.* Hortis Eur. *Vis.* Reſolvens, aperiens, pellens, acris rad. aromatica, nutriens, diuretica. *Uſ.* Culinaris, ad olera.

2) *Graveolens*, (ſtarkriechender P.) foliolis caulinis, cuneiformib. umbellis ſeſſilibus: (dulce celleri Italonum, Zellery,) *Loc.* Europ. paludes, & hortis dulce. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Carminativa, pellens, ſudorifera, diuretica, aperiens, rad. nutriens. *Uſ.* Culinaris ad juſcula, olera, acetaria.

126) ÆGOPODIUM, (Gerſch, Jeſſel,) Lin. G. 368.

CAL. *Umbella univerſalis* multiplex, convexa: *partialis* conſimilis, plana.
Involucrum univerſale nullum: *partiale* nullum.
Perianthium proprium vix notabile.

COR. *univerſ.* uniformis: floſculi fertiles *propr.* petalis quinque, ovatis, concavis, inflexis apice, æqualibus.

STAM. *Filamenta* quinque ſimplicia corolla duplo longiora. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo ſimplices, erecti, longitudine corollulæ. *Stigmata* capitata.

PER. nullum. *Fructus* ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibil.

SEM. duo, ovato-oblonga, hinc convexa, ſtriata, inde plana.

SPEC. *Podagraria*, (Geisfus, J. Hinfus, Strenzel, Zipperleins-Kraut, kleine wilde Angelic,) foliis caulinis ſummis ternatis, Angelica ſylveſtris minor. *Loc.* Ad ſepes, prata inque pomariis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Foliorum junior: ad olera: Bob. capr. ovib. equis, ſuibus pabul.

PENTANDRIA III. TRIGYNIA.

127) VIBURNUM, (Mehl-Schlingbaum Schwelken,) Linn. G. 370.

CAL. *Perianthium* quinquedentatum, ſuperum, minimum, perſiſtens.

COR. monopetala campanulata, ſemiquinquefida: *laciniis* obtuſis, reflexis.

STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, corollæ longitudine. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST.

Pist. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* nullus, cujus loco Glandula turbinata. *Stigmata* tria, obtuſa.
Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. unicum, oſſeum, compreſſum, ſtriatum.

Spec. 1) *Lantana*, (gemeiner M. S. Holderhetteln,) foliis cordatis ſerratis venoſis ſubtus tomentoſis. *Loc.* In ſepibus argilloſis. *Fl.* May. *Vis.* Refrigerans, adſtringens, tonica folior. & baccarum.

2) *Opulus*, (Waſſer-Hirſch-Holder Hollunder, roth Schieſsbeerholz, wilde Schneeballen, Caninchen-Beere,) foliis lobatis, petiolis glanduloſis, flore ſimplici, paluſtris. *Loc.* Pratis humidiuſculis, ſepibus. *Fl.* Fœtid May. Jun. *Uſ.* Ad aggeres & apibus flor. baccæ avibus pab.

3) Aquatica flore globoſo pleno (Schneeballen, Hirſchholder,) *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Alb. ornamentum hortorum May. Jun.

128) SAMBUCUS, (Hollunder,) Linn. G. 372.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, ſuperum, minimum, perſiſtens.
Cor. *Monopetala* rotato-concavum, ſemiquinquefida, obtuſa, *laciniis* reflexis.
Stam. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum, obtuſum, inferum. *Stylus* nullus, cujus loco Glandula ventricoſa. *Stigmata* tria, obtuſa.
Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. tria, hinc convexa, inde angulata.

Spec. 1) *Ebulus*, (Attich,) humilis, cymis trifidis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. *Loc.* Silvis. *Fl.* Jul. *Vis.* Anodina, pellens, diſcutiens, ſudorifera, diuretica, draſtica; acris. *Uſ.* Fol. ad mures; baccæ violaceo tinctoriæ: lignum durum flavum tornatoribus loco buxi.

2) *Nigra*, (ſchwarzer Hollunder, Holder, Fliederbaum, Schibicken, Quebecken,) Cymis quinquepartitis, caule arboreo, ramoſo, flor. umbellatis. *Loc.* In ſepibus. *Fl.* Odoratus, Jun. *Vis.* Fol. baccarum eadem cum ſamb. ebulo cort. adſtring. flor. diaphoretica expellens, diſcutiens.

129) ALSINE, (Hünerdarm, Vogelkraut,) Linn. G. 380.

CAL. *Perianth.* pentaphyll. foliol. concavis, oblongis, acuminatis.
COR. *Petala* 5. æqualia, calyce longiora.
STAM. *Filam.* 5. capillaria. *Anth.* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubovat. *Styli* tres filiformes. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſul.* ovata, unilocularis, calyce tecta.
SEM. plurima ſubrotunda.

SPEC. *Media*, (gemeine H. V.) petalis bipartitis, foliis ovato cordatis. *Loc.* Cultis, ad muros. *Fl.* Febr.-Apr. *Vis* Refrigerans, humectans, vulneraria. *Uſ.* Fol. ad olera: avibus pab. & flores apibus.

PENTANDRIA IV. TETRAGYNIA.

130) PARNASSIA, (Einblatt) Linn. G. 384.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* oblongis, acutis. patentibus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, emarginata, ſtriata, concava, patentia.
Nectaria 5, *ſingulum* ſquama cordata, concava, ſtylis 13. per marginem gradatim altioribus inſtructa, quibus ſingulis globus inſidet.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* depreſſæ, incumbentes.
PIST. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* nullus cuius loco foramen. *Stigmata* quatuor, obtuſa, perſiſtentia, in fructu majora.
PER. *Capſula* tetragono-ovata, unilocularis, quadrivalvis. *Receptac.* quadruplex, valvulis adnatum.
SEM. plurima, oblonga.
OBS. Eſſentialis character *e Nectario facillime colligitur.*

SPEC. *Paluſtris*, (Sumpf E. Waſſer-Leberblume, weiſſe Herrenblume,) gramen Parnaſſi, ſimplici flore. *Loc.* Pratis ſubhumidis. *Fl.* Alb. Aug. Sept. *Uſ.* Flor. apibus, herba capris ovibus equis pabulum.

PENTANDRIA V. PENTAGYNIA.

(mit fünf Staubwegen.)

132) LINUM, (Lein, Flachs,) Linn. G. 389.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum, lanceolatum, erectum, parvum, perſiſtens.
COR. infundibuliformis. *Petala* 5. oblonga, ſuperne ſenſim latiora, obtuſa, magna.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, erecta, longitudine calycis. *Antheræ* ſimplices, ſagittatæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* 5. filiformes, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.
PER. *Capſula* globoſa, rude pentagona decemlocularis, quinquevalvis.
SEM. ſolitaria, ovato-planiuſcula, acuminata, glabra.

SPEC. 1) *Uſitatiſſimum*, (gewöhnl. F.) calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. *Loc.* Cultis, agris. *Fl.* Jun. *Vis.* Semin. relaxans, emolliens, leniens. *Uſ.* Ad linteamina, veſtimenta &c.

2) *Catharticum*, (Purgierfl. L.) fol. oppoſitis ovato-lanceolatis; caule dichotomo, corollis acutis. *Loc.* Montoſis, paſcuis, pratis, ſilvis. *Fl.* May-Jul. *Vis.* Purgans, emetica, amara. *Uſ.* Capr. ovib. equis pabul.

133) DROSERA, (Sonnenthau,) Linn. G. 391.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, erectum, perſiſtens.
COR. infundibuliformis. *Petala* quinque, ſubovata, obtuſa, calyce paulo majora.
STAM. *Filamenta* quinque, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* quinque, ſimplices, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* ſubovata, unilocularis, apice 5. valvis.
SEM. plurima, minima, ſubovata.

SPEC. *Rotundifolia*, (rundblätriger S. Gideon,) ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. *Loc.* Paludoſis. *Fl.* Ovibus noxius Jun. *Vis.* Corrodens, ſuſpecta.

PEN-

PENTANDRIA VI. POLYGYNIA.

134) MYOSURUS, (Mäuſeſchwänzgen) Linn. G. 394.

CAL. *Perianth.* pentaphyllum: *foliolis* ſemilanceolatis, obtuſis, reflexis, ſupra baſin annexis, colorat. deciduis.
COR. *Petala* quinque, calyce breviora, minutiſſima, baſi tubulata, oblique introrſum aperta.
STAM. *Filamenta* quinque, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, erectæ.
PIST. *Germ.* numeroſa, receptaculo in formam conico-oblongam inſidentia. *Styli* nulli. *Stigm.* ſimplicia.
PER. nullum. *Receptaculum* longiſſimum, ſtyliforme, ſeminibus imbricatim diſpoſitis tectum.
SEM. numeroſa, oblonga, acuminata.
OBS. Numerus ſtaminum *in hocce genere valde variat.* Myoſuri *ſumma eſt affinitas cum* Ranunculo.
SPEC. Minimus, (klein M.) foliis integerrimis.
Loc. Apricis, collibus.

Claſſis IV.

HEXANDRIA, (Mit 6 Staubfäden.)

Ordo I.

MONOGYNIA, (Mit einem Staubwege.)

135) LEUCOJUM, (weiſſer Veil, Knotenblume,) Linn. G. 402.

CAL. *Spatha* oblonga, obtuſa, compreſſa, latere plano dehiſcens, marceſcens.
COR. campaniformi-patens. *Petala 6.* ovata, plana, baſi coalita, *apicibus* craſſiuſculis, ſtrictioribus.
STAM. *Filam.* ſex, ſetacea, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ, quadrangulares, erectæ, diſtantes.
PIST. *Germen* ſubrotundum, inferum. *Stylus* clavatus, obtuſus. *Stigma* ſetaceum, erectum, acutum, ſtaminibus longius.
PER. *Capſula* turbinata, trilocularis, trivalvis.
SEM. plura, ſubrotunda.
SPEC. *Vernum*, (Frühlings w. V. Schneemerzenglöckle,)

glöckle,) ſpatha uniflora, ſtylo clavato, bulboſum vulgare. *Loc.* Umbroſis, pratis, ad rivulos. *Fl.* Apr. *Vis.* Radic. emetica, diſcutiens.

136) NARCISSUS, (Narciſſe.) Linn. G. 403.

CAL. *Spatha* oblonga, obtuſa, compreſſa, latere plano dehiſcens, marceſcens.

COR. *Nectarium* monophyllum, cylindraceo-infundibuliforme, limbo coloratum.
Petala ſex, ovata, acuminata, plana, tubo nectarii externe ſupra baſin inſerta.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, tubo nectarii affixa, nectario breviora. *Antheræ* oblongiuſculæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, obtuſe triquetrum, inferum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* trifidum, concavum, obtuſum.

PER. *Capſula* ſubrotunda, obtuſe trigona, trilocularis, trivalvis.

SEM. plura, globoſa, appendiculata.

SPEC. 1) *Poeticus* (poetiſche N.) ſpatha uniflora, nectario rotato breviſſimo ſcarioſo crenulato; medio purpureus multiplex. *Loc.* Hortis, vineis Europ. *Flores* Albi. ſuaveolentes May.

2) *Pſeudo* N. (unächte N.) ſpatha uniflora, nectario campanulato erecto criſpo æquante petala ovata, calyce luteo. *Loc.* Hortis & vineis. *Fl.* May.

3) *Bicolor*, (zweyfarbige N.) ſpatha uniflora, nectario companulato, margine patulo criſpo æquante petala: calyce flavo. *Loc.* Hortis vineis Eur. *Fl.* May.

4) *Tazetta*, ſpatha multiflora, nectario campanulato truncato breviore petalis, foliis planis medio luteus. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Odoratus Jun. & tempore hyemali in hipocauſtis ſola aqua creſcunt.

5) *Ionquilla*, (Jonquille,) ſpatha multiflora, nectario hemiſphærico, breviore petalis, foliis crenato ſemiteretibus; luteus minor. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Jun.

137) ALLIUM (Knoblauch.) Linn. G. 409.

CAL. *Spatha* communis, ſubrotunda, marceſcens.

COR. *Petala* ſex, oblonga.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* ſuperum, breve, trigonum, angulis linea inſculptis. *Stylus* ſimplex. *Stigma* acutum.

PER. *Capſula* breviſſima, lata, triloba, trilocularis, trivalvis.

SEM. plura, ſubrotunda.

OBS. Stamina alterna, tria in quibusdam ſpeciebus lata, bifurcata *Antheræ* intermedia, 1-4, 10-12, 14, 16, 21, 23, 24.

SPEC 1) *Porrum* (zahmer Lauch,) caule planifolio umbellifero, ſtaminibus tricuſpidatis, radice tunicata. *Loc.* Hortis. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Culinaris, in condimentum.

2) *Vineale* (Weinbergs K. Hundelauch, rother K.) caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. *Loc.* Cultis, vineis. *Fl.* Jul. *Uſ.* Culinar. & ad talpas, mures.

3) *Cepa*, (Sommer-Zwiebel,) ſcapo nudo inferne ventricoſo longiore, foliis teretibus. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Jul. *Uſ.* Culinar.

4) *Schoenopraſum* (Schnitt-Gras-Lauch,) ſcapo nudo folia adæquante, foliis teretibus ſubulato filiformibus. *Loc.* Hortis Eur. *Uſ.* Culin.

138) LILIUM (Egen, Lilie) Linn. G. 410.

CAL. nullus.

COR. hexapetala, campanulata, inferne anguſtata. *Petala* ſex, erecta, incumbentia, dorſo obtuſe carinata, ſenſim patentiora, latiora: *apicibus* obtuſis, craſſis, reclinatis.
Nectarium linea longitudinalis, tubuloſa, petalis ſingulis a baſin ad medium inſculpta.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes.

PIST. *Germen* oblongum, cylindraceum, ſex ſulcis ſtriatum. *Stylus* cylindraceus, longitudine corollæ. *Stigma* craſſiuſculum, triangulare.

PER. *Capſula* oblonga, ſex ſulcata exarata, *apice* cavo, trigono, obtuſo: trilocularis, trivalvis: *valvulis* crinulo cancellatim intertexto connexis.

SEM. numeroſa, gemino ordine incumbentia, plana, extrorſum ſemi-orbiculata.

OBS.

Obs. Nectarium *in aliis barbatum eſt, in aliis imberbe.* Petala *in aliis totaliter revoluta, in aliis non item.*

Spec. 1) *Candidum*, (weiſſe L.) foliis ſparſis, corollis campanulatis, intus glabris. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Alb. odoratus. Jul. *Vis.* Emolliens, anodyna, *Uſ.* Apibus.

2) *Bulbiferum* (Feuer L. I.) fol. ſparſ. coroll. campanul. intus ſcabris: purpureo croceum plenum. *Loc.* Hort. *Fl.* Jul. apibus.

3) *Martagon*, (türkiſcher Bund, rothe Berglilien, falſche Goldwurzel.) fol. verticillatis, florib. reflexis, coroll. revolutis. *Loc.* Montoſis, hortis. *Fl.* Jul. odoratus. apibus.

139) TULIPA (Tulpe) Linn. G. 415.

Cal. nullus.

Cor. campanulata. *Petala* ſex, ovato-oblonga, concava, erecta.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* quadrangulæ, oblongæ, erectæ, diſtantes.

Pist. *Germen* magnum, oblongum, trigono-teres. *Stylus* nullus. *Stigma* trilobum, triangulare: *angulis* protuberantibus, bifidis, perſiſtens.

Per. *Capſula* triquetra, trilocularis, trivalvis: *valvulis* margine ciliatis, ovatis.

Sem. plurima, plana, gemino ordine incumbentia, ſemicircularia, floccis conformibus diſtincta.

Spec. *Gesneriana* Gesner. T.) flor. erecto, fol. ovato-lanceolatis. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Variegatus Apr. May.

140) ORNITHOGALUM, (Vogelmilch) L. G. 418.

Cal. nullus.

Cor. *Petala* ſex, lanceolata, infra medium erecta, ſupra medium plano-patentia, perſiſtentia, colorem dimittentia.

Stam. *Filamenta* ſex, erecta, baſi dilatata, corolla breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* angulatum. *Stylus* ſubulatus, perſiſtens. *Stigma* obtuſum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, angulata, trilocularis, trivalvis.

Sem. plura, ſubrotunda.

Obs. Filamenta *in aliis plana, erecta, alterna apice tri-*

fido, media lacinia antheram ſuſtinente; in aliis alterna ſimplicia.

Spec. 1) *Luteum*, (gelbe V. Acker-Feld-Zwiebel) ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplic. *Loc.* Cultis, ſepibus, hortis. *Fl.* Mart. Apr. *Uſ.* In annonæ penuria, loco panis.

2) *Minimum*, (kleine V.) ſcapo angulato, diphyllo, pedunculis umbellatis ramoſis. *Loc.* Cultis oleraceis. *Fl.* Mart.

141) ASPHODELUS, (Affodill,) Linn. G. 421.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, ſexpartita: *laciniis* lanceolatis, planis, patentibus.

Nectarium valvulis ſex, minimis, conniventibus in globum, baſi corollæ inſertis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, valvulis nectarii inſerta, arcuata, *alterna* breviora. *Antheræ* oblongæ, incumbentes, aſſurgentes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, intra nectarium. *Stylus* ſubulatus, ſitu ſtaminum. *Stigma* truncatum.

Per. *Capſula* globoſa, carnoſa, triloba, trilocularis.

Sem. plura triangularia, hinc gibba.

Obs. Filamenta *in aliis declinata, in aliis extrorſum arcuata ſunt.*

Spec. *Ramoſus*, (äſtiger A.) caule nudo, foliis enſiformibus carinatis lævibus. *Loc.* Silvis. *Fl.* Albus May.

142) ANTHERICUM (Zaunblume,) Lin. G. 422.

Cal. nullus.

Cor. hexapetala, patentiſſima, oblonga, obtuſa.

Stam. *Filamenta* ſex ſubulata, erecta. *Antheræ* parvæ, incumbentes, quadriſulcæ.

Pist. *Germen* obſolete trigonum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, trigonum.

Per. *Capſula* ovata, glabra, triſulca, trilocularis, trivalvis.

Sem. numeroſa, angulata.

Obs. Spec. variæ gaudent filamentis lanatis 7-12, in aliis petala non decidunt 12, 13.

Spec. *Ramoſum*, (äſtige Z. Spinnenkraut, weiſſer Wiederthon,) foliis planis, ſcapo ramoſo, corollis planis, piſtillo recto. *Loc.* In rupibus calcareis, ſilvis. *Fl.* Jun. Jul.

143) ASPARAGUS (Spargel) Linn. G. 424.

CAL. nullus. COR. *Petala* ſex, unguibus cohærentia, oblonga, in tubum erecta, interiora tria alterna, apice reflexa perſiſtentia.

STAM. *Filam.* ſex, filiformia, petalis inſerta, erecta, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* turbinatum, trigonum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* punctum prominens.

PER. *Bacca* globoſa, puncto umbilicata, trilocularis.

SEM. bina, rotunda, introrſum angulata, glabra.

OBS. *Qui florem dicit monopetalum, ſalvo jure poſſit. Corollæ figura differens eſt in diverſis: aliis erecta, aliis plana, aliis revoluta; Flos pendulus piſtillo licet breviſſimo.*

SPEC. *Officinalis* (gewöhnlicher S.) caule herbaceo tereti erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus: ſativa (zahmer S.) ſylveſtris, (wilder) tenuiſſimo folio. *Loc.* cultis, vineis, hortis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Humectans, diuretica, aperiens. *Uſ.* Culinar. turionum eſculentorum: apibus flores.

144) CONVALLARIA (Mayblume,) Lin. G. 425.

CAL. nullus. COR. campanulata, monopetala, glabra. *Limbus* ſexfidus, obtuſus, patenti-reflexus.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, petalo inſerta, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* globoſum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum trigonum.

PER. *Bacca* globoſa, trilocularis, ante maturitatem maculata. SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

OBS. Bacca *immatura maculata notam præbet omnibus communem.*

α *quum corolla globoſo-campanulata, patens ſit.* 1.

β. *quum corolla tubulato-campanulata ſit.* 2. 3. 4.

γ. *quum unica tertia pars numeri in partibus fructificationis a vulgatiſſimo exemta ſit.* 8.

δ *quum corolla ſexpartita patens, acutiſſima ſit.* 5. 6. 7.

SPEC. 1) *Maialis*, Lilium convallium, (M. May-Zaucken,) ſcapo nudo, corollis campanulatis. *Loc.* Silvis, hortis. *Fl.* Albus ſuaveolens, May. Jun. *Vis.* Narcotica, antiſpasmodica, errhina: fragrans. *Uſ.* Capris ovibus pabul.

2) *Polygonatum* ſigillum ſalomonis, (weis Schmink-Wurzel, Salomonsſiegel,) foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus

bus ſubunifloris. *Loc.* Silvis. *Fl.* May. *Vis.* Vulneraria, cosmetica: folior. errhina. *Uſ.* Rad. in annonæ penuria loco panis: turiones loco aſparagorum & flores apibus, herba capr. ovibus pabul.

3) *Biflora*, (zweyblätriger M. kleine M.) foliis cordatis. *Loc.* Pratis, ſilvis, montibus. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Apibus.

145) HYACINTHUS (Hyacinthe,) Lin. G. 427.

CAL. nullus.

COR. campanulata, monopetala. *Limbus* ſexfidus, reflexus.

Nectarium pori tres, melliferi, ad apicem germinis.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, breviora. *Antheræ* conniventes.

PIST. rotundo-trigonum, triſulcum. *Stylus* ſimplex, corolla brevior. *Stigma* obtuſum.

PER. *Capſula* ſubrotunda, triquetra, trilocularis, trivalv.

SEM. bina (ſæpius) ſubrotunda.

OBS. *Genus hocce naturale in plura non naturalia diſtribuerunt.*

α. Hyacinthus *T. quum tubus corollæ ſit tubul. oblongus.*

β Muſcari *T. quum corolla ſit fere globoſa.* 8-11.

γ Alii *corolla ſexpartita gaudent.* 1. 2. 3.

SPEC. 1) *Non ſcriptus*, (blauer H.) corollis campanulatis ſexpartitis, apice revolutis. *Loc.* Hortis Eur. Italiæ nemoribus. *Fl.* Cærul. odoratus May.

2) *Botryoides*, (Trauben H.) corollis globoſis uniformibus, foliis canaliculato-cylindricis ſtrictis. *Loc.* Montoſis, hortis. *Fl* May. Jun.

146) ACORUS (Calmus) Linn. G. 434.

CAL. Spadix cylindrac. ſimpliciſſimus, floſculis tectus, ſpatha nulla. *Perianth.* nullum: (niſi calycem dicas.

COR. *Petala* ſex, obtuſa, concava, laxa, ſuperne craſſiora, & fere truncata.

STAM. *Filam.* ſex, craſſiuſcula, corolla paulo longiora. *Anth.* craſſiuſculæ, didymæ, terminales, adnatæ.

PIST. *Germen* gibbum, oblongiuſculum, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* punctum prominens.

PER. *Capſula* brevis, triangula, utrinque attenuata obtuſa, trilocularis.

SEM. ovato-oblonga, plura.

SPEC.

Spec. *Calamus*, (gemeiner E.) calamus aromaticus officinarum, radice tenuiore. *Loc.* Paludosis, fossis. *Vis.* Calefaciens, pellens, stomachica: aromatica, acris. *Us.* Radic. supplementum aromatum ex India.

147) JUNCUS (Binsen, Simmsen,) Lin. G. 437.

Cal. *Gluma* bivalvis.
Perianthium hexaphyllum: *foliolis* oblongis, acuminatis, persistentibus.
Cor. nulla: (nisi *Perianthium*, coloratum recens, corollam dicas.)
Stam. *Filam.* sex, capillaria, brevissima. *Anth.* oblongæ, erectæ, longitudine perianthii.
Pist. *Germ.* triquetrum, acuminatum. *Stylus* brevis, filiformis. *Stigmata* 3. longa, filiformia, villosa, inflexa.
Per. *Capsula* tecta, triquetra, unilocularis, trivalvis.
Sem. nonnulla, subrotunda.

Spec. 1) *Conglomeratus*, (glat rundköpfiger B.) culmo nudo stricto, capitulo laterali, lævis panicula non sparsa. *Loc.* Silvis. *Fl.* Jun. Jul. *Us.* corbibus nassis aptus & medulla ad ellychnia candelarum.

2) *Campestris*, (Feld B,) foliis planis subpilosis, spicis sessilibus pedunculatisque. *Loc.* Pascuis siccioribus, & paludosis montanis. *Fl.* Aug. *Us.* Ovibus pabulum.

148) BERBERIS (Sauerdorn, Erbsele) Lin. G. 442.

Cal. *Perianthium* hexaphyllum, patulum; *foliolis* ovatis, basi angustiore, concavis, alternis minoribus, coloratis, deciduis.
Cor. *Petala* sex, subrotunda, concava, erecto-patentia, calyce vix majora.
Nectarium corpuscula duo, subrotunda, colorata, basi singuli petali adnata.
Stam. *Filamenta* sex, erecta, compressa, obtusa. *Antheræ* duæ, filamentorum apici utrinque adnatæ.
Pist. *Germen* cylindraceum, longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* orbiculatum, germine latius: margine acuto cinctum.
Per. *Bacca* cylindracea, obtusa, puncto umbilicata, unilocularis.
Sem. duo, oblonga, cylindracea, obtusa.

Spec. *Vulgaris*, (gem. S. Wein-Nägele-Schierling, Reiſelbeer, Eſſigdorn,) pedunculis racemoſis, ſpinis triplicibus. *Loc.* Silvis, ſepibus. *Fl.* Flavus irritabilis May. Jun. *Vis.* Baccar. refrigerans, antiputredinoſa, tonica: cortic purgans, adſtring. *Uſ.* Ad ſepes tonſiles: baccar. ad acetaria: & ſuccus cum alumine in aceto ſoluto, ad pigmentum rubrum; radix et cortex flavo tingens, inprimis coria: lignum flavum ſcrinariis tornatoribus, herba bobus capr. ovibus pabul. ſuccus baccar. loco pomor. citri ad potum Puntſum uſurpatur.

HEXANDRIA. Ord. III. TRIGYNIA.

149) RUMEX, (Ampfer) Linn. G. 451.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* obtuſis, reflexis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* tria, ovata, calyce majora, eique ſimilia, conniventia, perſiſtentia.

Stam. *Filamenta* ſex, capillaria, breviſſima. *Antheræ* erectæ, didymæ.

Pist. *Germen* turbinato-triquetrum. *Styli* tres, capillares, reflexi, inter rimas petalorum conniventium exſerti. *Stigmata* magna, laciniata.

Per. nullum. *Corolla* conniv. triquetra, includens ſemen.

Sem. unicum, triquetrum.

Spec. 1) *Acutus*, (A. ſpizigerGrindwurz, Hungerkr.) florib. hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, fol. cordato oblongis obtuſiuſculis crenulatis. *Loc.* Humidis, rivulis, viis. *Fl.* Jun. Aug. *Vis.* adſtringens. *Uſ.* Radicis flavo & viridi tinctorius.

2) *Acetoſa*, (Saurampfer, Säurling,) florib. dioicis, fol. oblongis ſagittatis. *Loc.* Paſcuis, pratis, hortis. *Fl.* Alb. Jun. Jul. *Vis.* Refrigerans, tonica; acido-auſtera. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis, ſuibus pabul. folia ad juſcula, olera: radix rubro-tinctoria.

3) *Acetoſella*, (kleiner Feld-Schaf-A.) florib. dioicis, fol. lanceolato-haſtatis. *Loc.* Pratis, arvis arenoſis. *Fl.* Alb. Jun. Jul. *Uſ.* Capr. ovib. equis, ſuibus pabulum.

TRI-

150) TRIGLOCHIN, (Krötengras,) Linn. G. 453.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, deciduis.
COR. *Petala* tria, ovata, concava, obtuſa, calyci ſimilia.
STAM. *Filamenta* ſex, vix notabilia. *Antheræ* totidem, corolla breviores.
PIST. *Germen* magnum. *Styli* nulli. *Stigmata* tria, vel duplo-plura, reflexa, plumoſa.
PER. *Capſula* ovato-oblonga, obtuſa; *loculi* tot quot ſtigmata, *valvulis* a baſi dehiſcentibus acutis.
SEM. ſolitaria, oblonga.

SPEC. *Paluſtre*, (Sumpf-K. Dreyzack, klein Binſengras, Salz-Binſe-Gras-Kraut,) capſulis trilocularibus ſublinearibus, fructu tenui. *Loc.* Inundatis uliginoſis. *Fl.* Aug. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis, ſuib. pabulum.

151) COLCHICUM, (Zeitloſe) Linn. G. 457.

CAL. nullus: (niſi Spathas vagas conſideres.)
COR. ſexpartita. *Tubus* angulatus, radicatus. *Limbi* laciniis lanceolato-ovatis, concavis, erectis.
STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, quadrivalves, incumbentes.
PIST. *Germen* intra radicem, ſepultum. *Styli* tres, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* reflexa, canaliculata.
PER. *Capſula* triloba, introrſum futura connexa, obtuſa, trilocularis, futuris dehiſcentibus introrſum.
SEM. plura, ſubgloboſa, rugoſa.

SPEC. *Autumnale*, (Herbſt Z. Spinn-Lichtblume, Matſafran, nackende Hure,) foliis planis lanceolatis erectis. *Loc.* Succulentis, pratis, *Fl.* Subruber Aug. Sept. *Vis.* Narcotica, dementans, draſtica; acris: ad Ill. Stoerck experim. antihydropicum præcipuum. *Uſ.* Foliorum ſubrubro-tinctorius & ad pediculos pecorum.

HEXANDRIA Ord. V. POLYGYNIA.

152) ALISMA, (Froſchlöffel) Linn. G. 460.

CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, magna, plana, patentiſſima.
Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germina* plura quam quinque. *Styli* ſimplices. *Stigmata* obtuſa.
Per. *Capſulae*, compreſſæ.
Sem. ſolitaria, parva.
Spec. *Plantago aquatica*, (Waſſer-Wegerich, groſſer Froſchlöffel,) foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. *Loc.* Ripis, lacubius. *Fl.* Jul-Sept. *Uſ.* Capr. equis pabulum.

Claſſis VII.

HEPTANDRIA, (Mit 7 Staubfäden)

Ord. I. MONOGYNIA.

153) AESCULUS, (Roscaſtanie Keſten,) Linn. G. 462.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, parvum, quinquedentatum.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, *margine* plicato undulata, plana, patentia, *unguibus* anguſtis, calyci inſertis, inæqualiter colorata.
Stam. *Filamenta* ſeptem, ſubulata, longitudine corollæ, declinata. *Antheræ* aſſurgentes.
Pist. *Germen* ſubrotundum, deſinens in *Stylum* ſubulatum. *Stigma* acuminatum.
Per. *Capſula* coriacea, ſubrotunda, trilocularis, trivalvis.
Sem. bina, ſubgloboſa.
Obs. Semen *communiter in capſula unicum occurrit: obſervatis autem embryonibus, numerum naturalem binarium eſſe conſtat.*
Spec. Hippo-caſtanum, (gemeine R. K.) floribus heptandris, folio multifido. *Loc.* Cultis, hortis Europ. ex Aſia. *Fl.* Alb. Jul. *Vis.* Fructus antiſeptica; ſuccedaneum cortic. Cinchonæ. *Uſ.* Herbæ pecor. pabul. & apib. flores.

Claſſis VIII.

OCTANDRIA (Mit acht Staubfäden.)

Ord. I. MONOGYNIA.

154) TROPÆOLUM, (Indianiſcher Kreſſe) Linn. G. 466.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, erecto-patulum, acutum, coloratum, deciduum: *laciniis* duabus inferioribus anguſtioribus; poſtice cornutum Nectario ſubulato, recto, longiore.

COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, calycis diviſuris inſerta, quorum *duo ſuperiora* ſeſſilia, *reliqua inferiora* unguibus oblongis ciliatis inſerta.

STAM. *Filamenta* octo, ſubulata, brevia, declinata, inæqualia, *Antheræ* erectæ, oblongæ, quadriloculares, aſſurgentes.

PIST. *Germen* ſubrotundum, trilobum, ſtriatum. *Stylus* ſimplex, erectus, longitudine ſtaminum. *Stigma* trifidum, acutum.

PER. *Baccæ* tres, hinc convexæ, ſulcato ſtriatæ, inde angulatæ.

SEM. tria, hinc gibba, angulata, ſubrotunda, ſulcato-ſtriata.

SPEC. 1) *Minus*, (kleine K. Capucinerle,) foliis integris, petalis acuminato-ſetaceis; peltatis orbiculatis. *Loc.* Peru & hortis Eur. *Fl.* Flavus, Jun-Aug. apibus.

2) *Maius* (gröſſere K.) foliis ſubquinquelobis, petalis obtuſis, peltatis orbiculatis. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Flav. Jul. *Vis.* Vulneraria, antiſcorbutica. *Uſ.* Culinaris ad acetaria: apib. flor. pabul.

155) EPILOBIUM, (Weiderich) Linn. G. 471.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum ſuperum: *foliolis* oblongis, acuminatis, coloratis, deciduis.

COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda, extrorſum latiora, emarginata, patentia.

STAM. *Filamenta* octo, ſubulata, *alterna* breviora. *Antheræ* ovales, compreſſæ, obtuſæ.

PIST. *Germen* cylindraceum, longiſſimum, inferum. *Stylus* filiformis. *Stigma* quadrifidum, craſſum, obtuſum, revolutum.

PER.

Per. *Capſula* longiſſima, cylindracea, ſtriata, quadrilocularis, quadrivalvis.

Sem. numeroſa: oblonga, pappo coronata. *Receptaculum* longiſſimum, tetragonum, liberum, flexile, coloratum.

Obs. *in aliis* ſtamina *&* piſtillum *erecta*, *in aliis* declinata *ad latus*, *inferius*.

Spec. 1) Hirſutum, (groſſer rauher zottiger W. Unholdenkraut) foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis decurrenti-amplexicaulibus: Lyſimachia purpurea. *Loc.* Humidiuſculis. *Fl.* Jul. Aug. *Uſ.* Pappus ſeminum loco bombycis: bob. capr. ovib. equis pabulum.

2) *Paluſtre* (Sumpf W. Unholdenkr. Torf W.) foliis oppoſitis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. *Loc.* Humidiuſculis *Fl.* Aug. *Uſ.* Capr. ovib. equis pabulum.

156) VACCINIUM, (Heidelbeere) Linn. G. 483.

Cal. *Perianthium* minimum, ſuperum, perſiſtens.

Cor. campanulata, monopetala, quadrifida: *laciniis* revolutis.

Stam. *Filamenta* octo, ſimplicia. *Antheræ* bicornes, dorſo ariſtis duabus patentibus inſtructæ, apice dehiſcentes.

Pist. *Germen* inferum. *Stylus* ſimplex, ſtaminibus longior. *Stigma* obtuſum.

Per. *Bacca* globoſa, umbilicata, quadrilocularis.

Sem. pauca, parva.

Obs. Numerus *ſæpe addit unicam quartam partem in omni parte fructificationis.* 1. 2. 6. 7. 8. *& ſæpe* 9.

Calyx *in pluribus quadrifidus*, *integerrimus in Myrtillo.*

Spec. *Myrtillus*, (gemeine ſchwarze H. Beſinge, Gondel-Preuſel-Beere,) pedunculis unifloris, fol. ſerrat. ovatis deciduis, caule angulato. *Loc.* Silvis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Subrefrigerans, ſubadſtringens, acidula, baccarum. *Uſ.* Culinaris ad juſcula: baccarum cæruleo tinctorius inprimis ad coria.

157) ERICA, (Heide) Linn. G. 484.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, erectis, coloratis perſiſtentibus.

Cor.

Cor. *Petalum* unicum campanulat. quadrifidum, ſæpe ventricoſum.
Stam. *Filamenta* octo, capillaria, receptaculo affixa. *Antheræ* apice bifidæ.
Pist. Germen ſubrotundum. *Stylus* filiformis, rectus, ſtaminibus longior. *Stigma* coronulatum, tetragonum, quadrifidum.
Per. *Capſula* ſubrotunda, calyce minor, tecta, quadrilocularis, quadrivalvis.
Sem. numeroſa, minima.
Obs. *Dantur ſpecies calyce duplici.*
Spec. *Vulgaris*, (gemeine H.) antheris bicornibus incluſis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. *Loc.* Sterilibus, ſilvis. *Fl.* Jul. Aug. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis pabul. & apibus; ad tegendas domos, ad ſtramina, generationem turfæ: ad cereviſiæ præparationem loco humuli in Anglia & Scotis ad molliſſimos lectos.

158) DAPHNE, (Daphne) Linn. G. 485.

Cal. nullus.
Cor. monopetala, infundibuliformis. *Tubus* cylindraceus, imperforatus, limbo longior. *Limbus* quadrifidus: *laciniis* ovatis, acutis, planis, patentibus.
Stam. *Filamenta* octo, brevia, tubo inſerta: *alterna* inferiora. *Antheræ* ſubrotundæ, erectæ, biloculares.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* capitatum, depreſſo-planum.
Per. *Bacca* ſubrotunda, unilocularis.
Sem. unicum, ſubrotundum, carnoſum.
Spec. *Mezereum*, (Kellerhals, Schall-Kraut, Seidel-Süs-Wolfs-Baſt, Bergpfeffer, Zeiland, Brennwurz,) floribus ſeſſilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. *Loc.* Silvis. *Fl.* Purpureus Febr. Mart. *Vis.* Corrodens, ſtimulans, vomitoria, acris. *Uſ.* Capr. ovib. pabul. ad pigmentum rubrum, baccæ lupis & vulpibus lethales.

OCTANDRIA. Ord. III. TRIGYNIA.

159) POLYGONUM, (Wegetritt, Knöterich,) Linn. G. 495.

Cal. *Perianth.* turbinatum, interne coloratum, 5-partitum, laciniis ovat. obtuſis, perſiſtentibus.

Cor.

Cor. nulla niſi calycem velis.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, breviſſima. *Antheræ* ſubrotundæ, incumbentes.
Pist. *Germen* triquetrum. *Styli* ſæpe tres, filiformes, breviſſimi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. Calix ſemen involvens.
Sem. unicum, triquetrum, acutum.
Obs. ſtamina in nonnullis 6. 9. aliis 7. 12. aliis 5. 4. 6. 8. 10. 11. piſtillum in quibusdam bifidum, 4. 5. 6. 9. 10. 12. 13.

Spec. 1) *Biſtorta*, (Natter - Krebswurz,) caule ſimpliciſſimo, monoſtachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Loc.* Montoſis, pratis. *Fl.* May. *Vis.* Adſtringens, ſtiptica radic. *Uſ.* Bob. capr. ovib. pabul. ſuibus herba & cum vitriolo atro tinctorius; apibus flores.

2) *Perſicaria*, (Flökraut, Pferſichkraut, Vöttich,) florib. hexandris digynis, ſpicis ovato-oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. *Loc.* Cultis, hortis, rivulis. *Fl.* Subruber & albus Jun-Sept. *Uſ.* Herbæ luteo tinctorius.

3) *Fagopyrum*, (gemeiner Buchweizen, Heidekorn.) foliis cordato ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis æqualibus. *Loc.* Montoſis, arenoſis, agris Eur. *Fl.* Subruber, Jul. *Vis.* Refrigerans, nutriens. *Uſ.* Culinaris, farinacei ſeminis cereale: pecoribus pabul. & apibus.

OCTANDRIA
Ord. IV. TETRAGYNIA.

160) PARIS (Einbeer) Linn. G. 500.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, perſiſtens: *foliolis* lanceolatis, acutis, corollæ magnitudine, patentibus.
Cor. *Petala* quatuor, patentia, ſubulata, calyci ſimilia, perſiſtentia.
Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, infra antheras brevia. *Antheræ* longæ, erectæ, medio filamentorum utrinque adnatæ.
Pist. *Germen* rotundo-tetragonum. *Styli* quatuor, patentes, ſtaminibus breviores. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Bacca* globoſo-tetragona, quadrilocularis, calyci inſidens.
Sem. plura, gemino ordine incumbentia.

Spec.

Spec. *Quadrifolia*, (E. Wolfsbeer) foliis quaternis; ſolanum quadrifolium bacciferum. *Loc.* Nemoribus. *Fl.* Apr. May. *Vis.* Narcotica, foliorum vulneraria. *Uſ.* Capr. ovib. pabulum.

161) ADOXA (Biſamkraut,) Linn. G. 501.

Cal. *Perianthium* bifidum, planum, perſiſtens, infra germen.

Cor. monopetala, plana, quadrifida: *laciniis* ovatis, acutis, calyce longioribus.

Stam. *Filamenta* octo, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* infra receptaculum corollæ. *Styli* quatuor, ſimplices, erecti, longitudine ſtaminum, perſiſtentes. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Bacca* globoſa, inter calycem & corollam, calyce cum bacca inferne coalito, umbilicata, quadrilocularis.

Sem. ſolitaria, compreſſa.

Obs. *Talis eſt fructificatio* terminalis; laterales *omnes addunt unicam quintam partem numeri.*

Spec. *Moſchatellina*, (Biſamhahnenfus) ranunculus nemoroſus Moſchatellina dictus. *Loc.* Hortis nemoribus, ſepibus. *Fl.* Apr. *Uſ.* Capr. pabul.

Claſſis IX.

ENNEANDRIA (Mit 9 Staubfäden)

Ord. II. TRIGYNIA.

162) RHEUM (Rhabarber) Linn. G. 506.

Cal. nullus.

Cor. monopetala, baſi anguſtata, impervia, limbo ſexfida; *laciniis* obtuſis, *alternis* minoribus, marceſcens.

Stam. *Filamenta* novem capillaria, corollæ inſerta, ejusdemque longitudine. *Antheræ* didymæ, oblongæ, obtuſæ,

Pist. *Germen* breve, triquetrum. *Styli* vix ulli. *Stigmata* tria, reflexa, plumoſa.

Per. nullum.

Sem. unicum, magnum, triquetrum, acutum, *marginibus* membranaceis.

Spec.

Spec. *Palmatum*, (handförmige R.) foliis palmetis acuminatis; *Loc.* Cultis, hortis Eur. in china ad muros. *Fl.* Jul. *Vis.* Purgans, adſtringens, antacida; amara.

ENNEANDRIA

Ordo III.

HEXAGYNIA (Mit 6 Staubwegen)

163) BUTOMUS, (Waſſerviole) Linn. G. 507.

Cal. *Involucrum* ſimplex triphyllum, breve.

Cor. *Petala* ſex, ſubrotunda, concava, marceſcentia, *alternis* exterioribus, minoribus acutioribus.

Stam. *Filamenta* novem, ſubulata, quorum ſex exteriora. *Antheræ* bilamellatæ.

Pist. *Germina* ſex, oblonga, acuminata, in *Stylos* deſinentia. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſulæ* ſex, oblongæ, ſenſim attenuatæ, erectæ, univalves, introrſum dehiſcentes.

Sem. plurima, oblongo-cylindracea, utrinque obtuſa.

Spec. *Umbellatus* (Doldenförmige W. Waſſerliſch,) ſedo affinis, Juncoides umbellata paluſtris. *Loc.* Aquoſis. *Fl.* Jun. Jul.

Claſſis X.

DECANDRIA, (Mit 10 Staubfäden)

Ord. I. MONOGYNIA.

164) DICTAMNUS. (Diptonn,) Linn. G. 522.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, minimum, deciduum: *foliolis* oblongis acuminatis.

Cor. *Petala* quinque, ovato-lanceolata, acuminata, unguiculata, inæqualia, quorum duo ſurſum flexa, duo oblique ad latera poſita unicum de flexum.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ, inter duo, petala lateralia declinata, inæqualia. Glandulæ punctiformes filamentis adſperſæ. *Antheræ* tetraragonæ, aſſurgentes.

Pist. *Germen* quinquangulare receptaculo elevatum. *Stylus* ſimplex, brevis, declinatus, incurvus. *Stigma* acutum, aſſurgens.

Per.

PER. *Capſulæ* quinque, margine introrſum coalitæ, compreſſæ, acuminatæ, apicibus diſtantibus, bivalves.

SEM bina, ovata, glaberrima, intra *Arillum* communem, bivalvem exciſum.

SPEC. *Albus*, (weiſſer D. Specht-Æſcherwurzel,) vulgo Fraxinella; *Loc.* Collib.Eur. *Fl.* Jun. apib.

165) RUTA, (Raute) Linn. G. 523.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, breve, perſiſtens.

COR. *Petala* 5. patentia, ſubovata, *unguibus* anguſtis.

STAM. *Filamenta* 10. ſubulata, patentia, longitudine corollæ, baſi latiuſcula. *Antheræ* erectæ, breviſſimæ.

PIST. *Germen* gibbum, cruce inſculptum, punctis 10. melliferis ad baſin notatum elevatum receptac. poris 10. melliferis pertuſo. *Stylus* erectus, ſubulatus. *Stigma* ſimplex.

PER. *Capſula* gibba, quinqueloba, ſemi-5fida 5locularis, 5fariam inter apices dehiſcens.

SEM. plurima, ſcabra, reniformi-angulata.

SPEC. *Graveolens*, foliis decompoſitis, petalis laceris, floribus lateralibus quadrifidis: hortenſis latifolia. *Loc.* Sterilibus, hortis. *Fl.* Jun. *Vis.* Reſolvens, alexipharmaca, pellens, carminativa, ſudorifera, anthelmintica; acris.

166) MONOTROPA, (Monotropa-Ohnblat,) Linn. G. 536.

CAL. nullus: niſi *petala* quinque exteriora pro calyce colorato habeas.

COR. *Petala* decem, oblonga, parallelo-erecta, apicibus ſerrata, decidua, quorum *alterna exteriora* baſi ſunt gibba, introrſum concava mellifera.

STAM. *Filamenta* ſimplicia decem, ſubulata, erecta. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* ſubrotundum, acuminatum. *Stylus* cylindraceus longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſo-capitatum.

PER. *Capſula* ovata, pentagona, obtuſa, 5valvis.

SEM. numeroſa, paleacea.

OBS. *Talis eſt flos terminalis; ſi vero flores laterales adſint, excludunt unicam quintam partem numeri, in omni fructificationis parte.*

Spec. *Hypopithys*, (Fichten Spargel-M. Baumwurzelſauger, falſche Schmeerwurzel.) florib. lateralibus octandris, terminali decandro. *Loc.* Silvis, paraſitica radicum pinus ſilveſtris, abietis. *Fl.* Luteus ſuaveolens Jul.

167) ARBUTUS, (Erdbeerbaum.) Linn. G. 552.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, obtuſum, minimum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ovata, baſi planiuſcula, *ore* quinquefido: *laciniis* obtuſis, revolutis, parvis.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulato-ventricoſa, baſi tenuiſſima, margini baſeos corollæ affixa, corolla dimidio breviora. *Antheræ* leviter bifidæ, nutantes.

Pist. *Germen* ſubgloboſum, receptaculo decem punctis notato inſidens. *Stylus* cylindraceus, longitudine corollæ. *Stigma* craſſiuſculum, obtuſum.

Per. *Bacca* ſubrotunda quinquelocularis.

Sem. parva, oſſea.

Obs. *Ad* Vaccinium *proxime accedit, a quo fructu ſupero diſtinguitur.*

Spec. *Unedo*, (gemeiner E.) caule arboreo, foliis glabris ſerratis, baccis polyſpermis. *Vis.* Adſtringens baccarum. *Loc.* Montoſis, ſilvis. *Fl.* Jun. *Uſ.* Planta coriaria, cano-nigroque-tinctoria; folia tabacum condiunt: lignum album ad inſtrumenta varia.

168) PYROLA (Wintergrün) Lin. G. 554.

Cal. *Perianthium* ſpartitum, minimum, perſiſtens.

Cor. *Petala* quinque ſubrotunda, concava, patentia.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* nutantes, magnæ ſurſum bicornes.

Pist. *Germen* ſubrotundum, angulatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigma* craſſiuſculum.

Per. *Capſula* ſubrotunda, depreſſa, pentagona, quinquelocularis, angulis dehiſcens.

Sem. numeroſa, paleacea.

Obs. Stamina & Stylus *in aliis* 2. 3. 4. 5. *erecta, in aliis* 1. *ad latus declinata, in aliis* 6. *patentia.*

Stigmatis *figura in diverſis ſpeciebus diverſa eſt.*

Spec. *Rotundifolia*, (rundblätriges W. Holz-Wald-Man-

Mangold,) ſtaminibus adſcendentibus piſtillo declinato, foliis integerrimis, ſubrotundis, ſcapo racemoſo. *Loc.* Montoſis, dumetis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Corroborans, adſtringens. *Uſ.* Scapæ ad ſcopas.

DECANDRIA Ord. II. DIGYNIA.

169) CHRYSOSPLENIUM, (Goldmilz) Linn. G. 558.

CAL. *Perianthium* quadripartitum, patens, coloratum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, oppoſitis anguſtioribus.
COR. nulla: niſi *calycem* coloratum dicas.
STAM. *Filam.* 8-10. ſubulata, erecta, breviſſima, in receptaculo angulato poſita. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* inferum, deſinens in *Stylos* duos, ſubulatos, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſula* biroſtris, bipartita, unilocularis, bivalvis, calyce viridi cincta.
SEM. plurima, minima.
OBS. *Flos terminalis ſidus eſt reliqui ſeriones quadrifidi.*
SPEC. *Alternifolium*, (gulden Steinbrech Milzkraut) foliis alternis, amplioribus auriculatis. Saxifraga aurea. *Loc.* Montoſis, nemoroſis, aquoſis. *Fl.* Mart. May. *Vis.* Vulneraria, aperiens.

170) SAXIFRAGA, (Steinbrech) Linn. G. 559.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquepartitum, breve, acutum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, patentia, baſi anguſta.
STAM. *Filam.* decem, ſubulata. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubrotundo-acuminatum, deſinens in *Stylos* duos, breves. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſula* ſubovata, biroſtris, unilocularis, inter apices dehiſcens.
SEM. numeroſa, minuta.
OBS. Saxifragiæ *Tournef. Capſula & Germen receptaculo floris cinctum ſeu inferum.*
Gei *Tournef. Capſula & Germen receptaculo floris inſidens.*
SPEC. *Granulata*, (weiſſer gemeiner Körnericher St.) foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. *Loc.* Apricis. *Fl.* Albus May. *Vis.* Diuretica, ſedinfida. *Uſ.* Capr. pab.

171) SCLERANTHUS, (Knauel) Linn. G. 562.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, ſemiquinquefidum, acutum, perſiſtens, collo coarctatum.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, erecta, minima, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* duo, erecti, capillares, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* ovata, tenuiſſima, in fundo calycis, collo clauſo. SEM. duo, hinc convexa, inde plana.

SPEC. 1) *Annuus*, (jähriger wilder K. kleiner Wegtrit) calycibus fructus patulis, Polygonum gramineo folio maius erectum. *Loc.* Arvis arenoſis. *Fl.* Sept. *Vis* Adſtringens foliorum.

2) *Perennis*, (beſtändiger K. falſch Johannis-Blut,) calycibus fructus clauſis. Knavel incanum flore maiore perenni. *Loc.* Campis apricis arenoſis. *Fl.* Aug. *Uſ.* Coccum tinctorium polonicum præbet radicibus.

172) GYPSOPHYLA, (Gypskraut,) Linn. G. 563.

CAL. *Perianth.* campanulatum, angulatum, ſpartitum, *foliolis* ovatis, perſiſtentibus.
COR. *Petala* 5. ovata, obtuſa, patentia, ſubſeſſilia.
STAM. *Filam.* 10. ſubulata, patentia. *Anth.* ſubrotundæ.
PIST *Germen* ſubgloboſum. *Styli* 2. filiformes, dehiſcentes. *Stigmata* ſimplicia.
PER. *Capſula* globoſa, unilocularis 5. valvis.
SEM. plurima, ſubrotunda.
OBS. G. paniculata *dioica* eſt.

SPEC. *Muralis*, (Mauer G.) foliis linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis. *Loc.* ad vias, muros, ſilvis. *Fl.* Purpureus Sept.

173) SAPONARIA, (Seifenkraut,) Linn. G. 564.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, quinquedentatum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque: *ungues* anguſti, angulati, longitudine calycis. *Limbus* planus: laminis extrorſum latioribus, obtuſis.
STAM. *Filam.* 10. ſubulata, longitudine tubi corollæ, *alter-*

alterna unguibus petalorum inſerta, *quinque* ſeriora. *Antheræ* oblongæ, obtuſæ, incumbentes.

PIST. *Germen* teretiuſculum. *Styli* duo, recti, paralleli, longitudine ſtaminum. *Stigmata* acuta.

PER. *Capſula* longitudine calycis, tecta, unilocularis, cylindrica.

SEM. plurima, parva. *Receptaculum* liberum.

SPEC. *Officinalis*, (gewöhnliches S.) calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Loc.* Humidis, ad muros, & flore pleno hortis. *Fl.* Alb. odoratus Jul. *Vis.* Pellens, ſudorifera, diuretica, anthelmintica; amara, ſaponacea. *Uſ.* Pollinis antherarum purpureo tinctorius.

174) DIANTHUS, (Nelcke,) Linn. G. 565.

CAL. *Perianthium* cylindraceum, tubuloſum, ſtriatum, perſiſtens, *ore* quinquedentatum, cinctum baſi ſquamulis quatuor quarum duæ inferiores oppoſitæ.

COR. *Petala* quinque: *ungues* longitudine calycis, anguſti, receptaculo inſerti. *Limbus* planus: laminis extrorſum latioribus, obtuſis, crenatis.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine calycis *apicibus* patulis. *Antheræ* ovali-oblongæ, compreſſæ, incumbentes.

PIST. *Germen* ovale. *Styli* duo ſubulati, ſtaminibus longiores. *Stigmata* recurva, acuminata.

PER. *Capſula* cylindracea, tecta, unilocularis, quadrifariam apice dehiſcens.

SEM. plurima, compreſſa, ſubrotunda. *Receptaculum* liberum, tetragonum, pericarpio dimidio brevius.

OBS. *In aliis* Styli *longitudinem ſtaminum vix excedunt, in aliis vero longiſſimi ſunt, ſed adeo revoluti, ut floris inflexio neceſſaria non ſit.*

SPEC. 1) *Carthuſianorum*, (wilde Cartheuſer-Feld-Stein-Donner N.) florib. ſubaggregatis, ſquamis calycinis ovatis ariſtatis tubum ſubæquantibus, foliis linearibus trinerviis. *Loc.* Sterilibus apricis montoſis, hortis. *Fl.* Ruber Jun. Jul. *Uſ.* Apibus flores.

2) *Caryophyllus*, (Garten N.) florib. ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis crenatis: hortenſis flore maiore, pleno. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Ruber, & variegatus ſuaveolens,

lens, Jul. *Vis.* Cordialis, ſudorifera, alexipharmaca; fragrans. *Uſ.* Apibus.

3) *Plumarius*, (Feder N.) florib. ſolitariis, ſquamis calycinis ſubovatis breviſſimis, corollis multifidis fauce pubeſcentibus. Loc. Nemoroſis, montoſis, paſcuis, hortis. *Fl.* Jul. Aug. *Uſ.* apibus flores.

DECANDRIA Ord. III. TRIGYNIA.

175) CUCUBALUS, (Taubenkropf,) Lin. G. 566.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, quinquedentatum, perſiſtens.

COR. *Petala* quinque *ungues* longitudine calycis. *Limbus* planus: *Laminis* ſæpe bifidis. *Nectarium* nullum corollam coronans.

STAM. *Filam.* 10. ſubulata, *alterna* feriora, *alterna* unguibus petali inſerta. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* oblongiuſculum. *Styli* tres, ſtaminibus longiores, ſubulati. *Stigmata* pubeſcentia, oblonga, contra ſolem flexa.

PER. *Capſula* tecta, acuminata, trilocularis, apice ſtriam dehiſcens.

SEM. plnrima, ſubrotunda.

OBS. *Diſtinguitur a Silene corolla absque corona nectarea.*

SPEC. *Behen* (gemeiner Behen, T. wildes Seifenkraut, Lyd-Gliedweich, Schaumrösle,) calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus, membranaceis corollis ſubnudis. *Loc.* Pratis ſiccis. *Fl.* Alb. Jul. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis pabul. & apib. flores.

176) SILENE, (Silene) Linn. G. 567.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, quinquedentatum, perſiſtens.

COR. *Petala* quinque; *ungues* anguſti, longitudine calycis, marginati. *Limbus* planus, obtuſus, ſæpe bifidus. *Nectarium* componitur e duobus denticulis, in collo cujusvis petali, coronam faucis conſtituens.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, *alterna* unguibus petalorum inſerta feriora. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* cylindraceum. *Styli* tres, ſimplices, ſtaminibus longiores. *Stigmata* contra ſolem flexa.

PER.

Per. Capſula cylindrica, tecta, trilocularis, apice quinquefariam dehiſcens.
Sem. plurima, reniformia.
Obs. diverſa a *Cucubalo* corollæ corona nectarea.
Spec. *Nutans*, (überhängende S. Leimkraut, wilder Wiederſtos, weiſſe Klebnelcke,) petalis bifidis, florib. lateralibus ſecundis, cernuis, panicula nutante. *Loc.* Montoſis, ſilvis, pratis aridis. *Fl.* Alb. May. Jun. *Uſ.* Capr. ovib. equis, porcis pabul. & apibus flores.

177) STELLARIA, (Sternpflanze,) Lin. G. 568.

Cal. *Perianth.* pentaphyllum: foliol. ovato-lanceolatis, concavis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* 5 bipartita, plana, oblonga, marceſcentia.
Stam. *Filam.* 10. filiformia, corolla breviora: *alterna* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Styli* 3. capillares, patentes. *Stigmata* obtuſa.
Per. Capſula ovata, tecta, unilocularis, ſexvalvis.
Sem. plurima, ſubrotunda, compreſſa.
Spec. 1) *Nemorum* (Haynſternpflanze, groſſer Vogelmeyer, Waldmeyerich) foliis cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramoſis. *Loc.* Nemoribus. *Fl.* Aug. *Uſ.* Apibus flor.
2) *Graminea*, (graſige St. Meyerich, Hünerdarm,) foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *Loc.* ſepibus & collibus. *Fl.* Alb. May. *Uſ.* Pecoribus pabulum.

178) ARENARIA, (Sandkraut,) Linn. G. 569.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, acuminatis, patentibus, perſiſtentibus.
Cor. *Petala* quinque, ovatæ.
Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, *alterna* interiora. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* ovatum. *Styli* tres, erecto-reflexi. *Stigmata* craſſiuſcula.
Per. *Capſula* ovata, tecta, unilocularis, apice quinquefariam dehiſcens.
Sem. plurima, reniformia.
Spec. *Trinervia*, (dreynerviges S.) foliis ovatis acutis petiolatis nervoſis. *Loc.* Sylvis. *Fl.* Jun.

DECANDRIA

Ord. IV. PENTAGYNIA.

179) SEDUM, (Fettehenne,) Linn. G. 579.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, erectum, perſiſtens.

COR. *Petala* 5. lanceolata, acuminata, plana, patentia. *Nectaria* 5. *ſingulum* ſquamula minima emarginata, ſingulo germini ad baſin extrorſum inſerta.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germina* quinque, oblonga, deſinentia in *Stylos* tenuiores. *Stigmata* obtuſa.

PER. *Capſulae* 5. patentes, acuminatæ, compreſſæ, verſus baſin emarginatæ, longitudinaliter ſutura-introrſum dehiſcentes.

SEM. plurima, minima.

SPEC. 1) *Telephium* (gemeine F. Wolfs-Donner-Wund-Knaben-Zungen-Kraut) foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. *Loc.* Montoſis, ſiccis. *Fl.* Alb. purpureus Aug. *Vis.* Refrigerans, glutinoſa, adſtringens. *Uſ.* Bob. capr. ovib. porcis pabul. & apib. flores.

2) *Rupeſtre*, (Felſen F. gelber-Mauerpfeffer-Kazen-Träuble,) foliis ſubulatis quinquefariam confertis, baſi ſolutis, floribus cymoſis. *Loc.* Ad radices montium, ad littora, & muros vinearum. *Fl.* Jun. *Uſ.* Ad olera in Belgia.

3) *Album*, (weiſſe kleine Hauswurz,) foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, cyma, ramoſa. *Loc.* Petris, ad muros. *Fl.* Jun. *Vis.* Refrigerans, adſtringens, ſuccus anodynus. *Uſ.* Capris pabulum.

180) OXALIS, (Sauerklee,) Linn. G. 582.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, acutum, breviſſimum, perſiſtens.

COR. quinquepartita, unguibus, cohærens, erecta, obtuſa, emarginata.

STAM. *Filamenta* decem, capillaria, erecta, *exteriora* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ, ſulcatæ.

PIST.

PIST. *Germen* quinquangulare. *Styli* quinque, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſula* pentagona, quinquelocularis, angulis dehiſcens longitudinaliter.
SEM. ſubrotunda, proſilientia.
OBS. Capſula *in aliis brevis, ſeminibus ſolitariis, in aliis longa ſeminibus plurimis,*

SPEC. *Acetoſella,* (gemeiner weiſſer S. Buch-Gauch-Ampfer, Mälerkraut,) ſcapo unifloro, foliis ternatis radice ſquamoſo-articulata. *Loc.* Silvis, montibus. *Fl.* Subcærul. Apr. May. *Vis.* Refrigerans, attenuans, acida. *Uſ.* Culinaris ad juſcula. Apibus flor. & ad acetaria herba: ſal eſſentiale oxalid. in ſpiritu acri ſolutum, ad dealbandum in lanificiis, ad maculas varias. Folia etiam conniventia humid. indicant tempeſtatem.

181) AGROSTEMA, (Raden,) Linn. G. 583.

CAL. *Perianthium* monophyllum, coriaceum tubuloſum ſdentatum perſiſtens.
COR. *Petala* quinque, *ungues* longitudine tubi calycis, *Limbus* laminis patentibus obtuſis.
STAM. *Filam.* 10. ſubulata, *alterna* ſeriora, ſingulo ungui petalorum inſerta. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, filiformes, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia,
PER. *Capſula* oblongo-ovata, tecta, unilocularis, ſvalvis.
SEM. plurima, reniformia, punctata. *Receptacula* libera, tot quot ſemina, interiora gradatim longiora.

SPEC. *Githago,* (Korn R - Nägelein - Röslein, wilde Marienroſen, ſchwarzer Ackerkümmel.) hirſuta, corolla non coronata, calycibus corollam æquantibus petalis integris nudis. *Loc.* Agris, inter ſegetes. *Fl.* Jul.

182) LYCHNIS, (Lichtröslein, Wiederſtos,) Linn. G. 584.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubuloſum, membranaceum quinquedentatum, perſiſtens.
COR. *Petala* quinque: *ungues* longitudine calycis, plani, marginati; *Limbus* laminis ſæpe fiſſis planis.
STAM. *Filam.* 10. calyce longiora, *alterna* ſeriora, ſin-

gulo ungui petalorum affixa. *Anth.* incumbentes.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Styli* 5. ſubulati, ſtaminibus longiores. *Stigmata* reflexa contra ſolem, pubeſcentia.
PER. *Capſula* ad ovatam figuram accedens, tecta, 5 valvis.
SEM. plurima, rotundiuſcula.

SPEC. 1) *Flos Cuculi*, (Gukugsblume, Fleiſch-Gauch-Pech-Blume, Wiederſtos,) petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo, caryophyllus pratenſis, flore laciniato ſimplici. *Loc.* Pratis humidiuſculis, montanis. *Fl.* Roſeo-purpureus May.

2) *Dioica*, (weiſſer und rother Wiederſtos. L. mit ganz getrenten Geſchlechtern,) floribus dioicis, cucubalus caule compoſito, calycibus oblongo-ovatis. *Loc.* Humidis, pratis ſucculentis. *Fl.* Purpureus & alb. May. Jun.

183) CERASTIUM, (Hornkraut,) Linn. G. 585.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovato-lanceolatis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, bifida, obtuſa, erecto-patentia, longitudine calycis.
STAM. *Filamenta* decem, filiformia, corolla breviora, *alterna* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, capillares, erecti, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
PER. *Capſula* ovato-cylindracea, ſ. globoſa, obtuſa, unilocularis, dehiſcens apice quinquedentato.
SEM. plurima, ſubrotunda.
OBS. *Diviſio ſpecierum ex capſula oblonga & globoſa petenda.*

SPEC. 1) *Viſcoſum*, (klebrichtes H. rauher Hünerdarm, Felddarm-Ackervogelkraut,) erectum, villoſo-viſcoſum, corolla calyci æqualis. *Loc.* Pratis macilentis, ad muros. *Fl.* Jun.

2) *Arvenſe*, (Acker H. falſcher weiſſer Steinbrech,) foliis lineari-lanceolatis obtuſis glabris, corollis calyce maioribus. *Loc.* Pratis. *Fl.* Apr. *Uſ.* Apibus flores.

184) SPERGULA, (Sparck) Linn. G. 586.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, obtuſis, concavis, patentibus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, ovata, concava, patentia, calyce majora, indiviſa.

STAM.

STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, corolla breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Styli* quinque, erecto-reflexi, filiformes. *Stigmata* craſſiuſcula.
PER. *Capſula* ovata, tecta, unilocularis, quinquevalvis.
SEM. plurima, depreſſo-globoſa, *margine* emarginato cincta.
OBS. *Petalis integris ceraſtio diſtinguitur ſ. pentandra ſtamina tantum 5. habet.*

SPEC. *Arvenſis*, (Acker S. teutſcher-weiſſer-groſſer-wilder Spergel, Knöterich, Mariengras,) foliis verticillatis, floribus decandris, fructu pendulo. *Loc.* Agris, arvis. *Fl.* Apr. *Uſ.* Pecoribus pabul. & avib.

DECANDRIA

Ord. V. DECAGYNIA, (Mit 10 Staubw.)

185) PHYTOLACCA, (Kermesbeer) Lin. G. 588.

CAL. nullus: niſi corollam calycem coloratum dicas.
COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, patentia, apice inflexa, perſiſtentia.
STAM. *Filamenta* decem, ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſubrotundæ, laterales.
PIST. *Germen* orbiculatum, depreſſum, torulis externe diviſum, deſinens in *Stylos* 8-10. breviſſimos, patenti-reflexos. *Stigmata* ſimplicia. perſiſtentia.
PER. *Bacca* orbiculata, depreſſa, ſulcis 10. longitudinalibus excavata, piſtillis umbilicata, decem loculis inſtructa,
SEM. ſolitaria, reniformia, glabra.

SPEC. *Decandra*, (Virginiſcher K. amerikaniſcher Nachtſchatten,) florib. decandris decagynis: ſolanum racemoſum americanum. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Subviridis Jul. *Vis.* Corrodens folior. jam perfectorum. *Uſ.* Folior. junior. ad olera: Rad. rubro & baccæ roſeo-tinctoriæ.

Claſſis

Classis XI.

DODECANDRIA (Mit 12 Staubfäden)

Ord. I. MONOGYNIA.

Stamina a 11-19. inclusive.

186) ASARUM (Haselwurz,) Linn. G. 589.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, semitrifidum, coriaceum, coloratum, persistens: *laciniis* erectis, apice inflexis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* duodecim, subulata, calyce dimidio breviora. *Antheræ* oblongæ, filamentorum parieti medio adnatæ.

PIST. *Germen* intra substantiam calycis reconditum. *Stylus* cylindraceus, longitudine staminum. *Stigma* stellatum, sexpartitum, *laciniis* reflexis.

PER. *Capsula* coriacea, intra substantiam calycis, sub sexlocularis.

SEM. plura, ovata.

SPEC. *Europæum*, (gemeine Europ. H.) foliis reniformibus, obtusis binis. *Loc.* Nemorosis, infra Muscos & folia. *Fl.* Nauseosus Febr-May. *Vis.* Vomitoria, purgans, errhina, diuretica, diaphoretica, amaro-acris.

187)) PORTULACA (Portulac) Linn. G. 603.

CAL. *Perianthium* bifidum, parvum germini insidens, apice compressum, persistens.

COR. *Petala* quinque, plana, erecta, obtusa, emarginata, calyce majora.

STAM. *Filamenta* multa, capillaria, corolla dimidio breviora. *Antheræ* simplices.

PIST. *Germen* subrotundum. *Stylus* simplex, brevis. *Stigmata* 5. oblonga, longitudine styli.

PER. *Capsula* tecta, ovata, unilocularis, receptaculum liberum, SEM. plurima, parva.

SPEC. *Oleracea*, (Kohl P. kleines wildes Burzelkraut,) foliis cuneiformibus verticillatis, florib. sessilibus. *Loc.* Cultis, hortis, vineis. *Vis.* Diluens, refrigerans, corroborans: aquosa. *Us.* Foliorum ad acetaria.

188) LY-

188) LYTHRUM (Blutkraut,) Lin. G. 604.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cylindraceum, ſtriatum: denticulis duodecim alternis minoribus.
COR. *Petala* ſex, oblonga, obtuſiuſcula, patentia, unguibus inciſuris calycis inſerta.
STAM. *Filamenta* 12. filiformia, longitudine calycis, *ſuperiora* inferioribus breviora, *Antheræ* ſimplices, aſſurgentes.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſubulatus, longitudine ſtaminum, declinatus. *Stigma* orbiculatum, aſſurgens.
PER. *Capſula* oblonga, acuminata, tecta, bilocularis.
SEM. numeroſa, parva.
OBS. *In quibusdam ſpeciebus unica ſexta pars numeri e flore eximitur*; 2, 7,

SPEC. *Salicaria* (braunrother Weiderich, blauer Fuchsſchwanz, Parthicke,) foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, florib. ſpicatis dodecandris. *Loc.* Ripis *Fl.* Purpur. Jul. *Vis.* vulnerar. adſtringens. *Uſ.* Bob. Capr. ovib. equis pabul. & apib. & ad coria præparanda.

DODECANDRIA.

Ord. II. DIGYNIA.

189) AGRIMONIA, (Odermenning,) Lin. G. 607.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, parvum, germini inſidens, perſiſtens, altero calyce obvallatum.
COR. *Petala* quinque, plana, emarginata, *unguibus* anguſtis, calyci inſertis.
STAM. *Filamenta* capillaria, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* parvæ, didymæ, compreſſæ.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo, ſimplices, longitudine ſtaminum. *Stigmata* obtuſa.
PER. nullum. *Calyx* collo coarctatus, induratus.
SEM. duo, ſubrotunda.
OBS. *Stamina valde numero incerta, aliis duodecim, rarius decem, aliis ſeptem.*
Agrimoniæ T. calyx exterior adnatus interiori. Semina duo, ſtamina duodecim ad viginti; fructus ſetis obvallatus. Agrimonoidis T. calyx exterior liber ab interiori, ſemen unicum, ſtamina ſeptem circiter.

SPEC.

Spec. *Eupatorium*, (gewöhnlicher O. Bruchkraut) fol. caulinis pinnatis, impari petiolato, fructibus hiſpidis. *Loc.* Pratis apricis. *Fl.* Jun.-Sept. *Vis.* Diuretica, adſtringens roborans, vulneraria, pellens. *Uſ.* Capr. ovib. pabul. & ad coria præparanda.

DODECANDRIA.

Ord. III. TRIGYNIA.

190) RESEDA, (Harnkraut,) Linn. G. 608.

Cal. *Perianthium* monophyllum, partitum: *laciniis* anguſtis, acutis, erectis, perſiſtentibus, quarum *duæ* magis dehiſcunt, in uſum petali melliferi.

Cor. *Petala* nonnulla, inæqualia, ſemper *aliqua* ſemitrifida, *ſupremo* ad baſin gibbo, mellifero, longitudine calycis. *Nectarium*: Glandula plana, erecta, e receptaculo producta, a latere ſuperiore inter ſtamina & ſupremum petalum locata, connivens cum baſi petalorum ab eodem latere dilatata.

Stam. *Filamenta* 11. ſ. 15. brevia. *Antheræ* erectæ, obtuſæ, longitudine corollæ.

Pist. *Germen* gibbum, in *Stylos* nonnullos breviſſimos deſinens. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Capſula* gibba, angulata, ſtylis acuminata, inter ſtylos hian, unilocularis.

Sem. plurima, reniformia, angulis capſulæ annata.

Obs. *Vix datur ullum genus, determinando charactere, difficilius. Ludit enim numero & figura in diverſis ſpeciebus.* Eſſentialis character *conſiſtit in petalis trifidis, unico ad baſin mellifero & capſula non clauſa, ſed hiante ſemper.* Luteola 1. Perianthium *quadripartitum.* Petala *tria, ſupremum melliferum ſemiſexfidum; lateralia oppoſita trifida; adduntur luſu vel natura ſæpe duo infima minima integra.* Styli *tres.* Stamina *plurima.* Alba 8. Perianthium *ſexpartitum.* Petala 6. *ſubæqualia omnia ſemitrifida.* Styli 4. Capſula *quadrangularis.* Stamina *undecim ſemper.* Aliæ ſpec. Perianthium *quinquepartitum.* Petala *quinque, diſſimilia, trifida.* Styli *tres* Stamina plurima.

Spec. 1) *Luteola* (Färbergras, Streich-Hexen-Kraut, Wau,) foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis: Luteola ſalicis folio. *Loc.* Montoſis, ſaxoſis, paſcuis, ad vias, rivulos. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Luteo tinctorius. 2)

2) *Lutea*, (gelbes H. Wau,) fol. omnib. trifidis, inferiorib. pinnatis, criſpis. *Loc.* Montoſis. *Fl.* May. Jun.

3) *Odorata*, (wohlriechendes H.) foliis integris trilobisque, calycibus florem æquantibus. *Loc.* Hortis Europ. *Fl.* Viridis odoratus. Jul.

191) EUPHORBIA, (Euphorbien,) Linn. G. 609.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ventricoſum, ſub coloratum, *ore* quadridentatum (quinquedentatum paucioribus) perſiſtens.

COR. *Petala* 4. (5. paucis) turbinata, gibba, craſſa, truncata, ſitu inæqualia, cum dentibus calycis alterne, unguibus margini calycis impoſita, perſiſtentia.

STAM. *Filamenta* plura (12. vel ſupra) filiformia, articulata, receptaculo inſerta, corolla longiora, diverſo tempore erumpentia. *Antheræ* didymæ, ſubrotundæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, triquetrum, pedicellatum. Styli 3. bifidi. *Stigmata* obtuſa.

PER. *Capſula* ſubrotunda, trirocca, trilocularis, elaſtice diſſiliens.

SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

SPEC. 1) *Peplus*, (runde E.) umbella trifida, dichotoma, involucellis ovatis, fol. integerrimis obovatis petiolatis, partialib. dichotomis diphyllis. *Loc.* Cultis, oleraceis, hortis. *Fl.* May-Dec.

2) *Exigua acuta*, (kleine E.) umbella trifida, dichotoma, involucellis lanceolatis, fol. linearib. alternis acutis, partialib. dichotomis diphyllis. *Loc.* Hortis, arvis, paſcuis. *Fl.* Jun. - Sept.

3) *Eſula*, (Wolfs-Teufels-Eſels-Milch,) umbella multifida, biſida, involucellis ſubcordatis, petalis ſubbicornibus, ramis ſterilib. fol. uniformibus. *Loc.* Sterilibus, Silvis, paſcuis. *Fl.* May. *Vis.* Radic. & ſucci albi lacteſcentis acris, corrodens, purgans.

DODECANDRIA.

Ord. V. POLYANDRIA.

192) SEMPERVIVUM, (Hauslaub) Lin. G. 612.

CAL. *Perianthium* 6. ad duodecim-partitum, concavum, acutum, perſiſtens.

COR.

Cor. *Petala* 6. ad 12. oblonga, lanceolata, acuta concava, calyce paulo majora.

Stam. *Filamenta* 6. ad 12. ſubulato-tenuia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germina* 6. ad 12. in orbem poſita, erecta, deſinentia in *Stylos* totidem, patentes *Stigmata* acuta.

Per. *Capſulae* 6. ad 12. oblongæ, compreſſæ, breves, in orbem poſitæ, extrorſum acuminatæ, introrſum dehiſcentes.

Sem. plura, ſubrotunda, parva.

Obs. Numerus *ſæpius luxurians major evadit, præſertim in partibus femininis. Sedo affine, ſed Petalis pluribus quam 5. diverſum.*

Spec. *Tectorum*, (Dach H. Hauswurz, Donderbar,) foliis ciliatis, propaginibus patentibus; fol. radicalib. carnoſis ciliatis, caulinis membranaceis, corymbo racemoſo reflexo. *Loc.* Tectis collibus, muris. *Fl.* Jul. Aug. *Vis.* Refrigerans, adſtringens; acido auſtera, aquoſa. *Uſ.* Capris ovib. pabulum.

Claſſis XII.

ICOSANDRIA. (Mit vielen dem Kelche in einem Ringe einverleibten Staubf.)

Character Claſſicus & Notæ quibus a Polyandria differt, ſunt:

1. *Calyx* monophyllus, concavus.
2. *Corolla* unguibus parieti calycis affixa.
3. *Stamina* plura quam novemdecim, calycis parieti vel corollæ inſerta.

Dicitur Icoſandria, quod Staminum numerus in hac familia circa vigeſimum numerum circiter conſiſtat, in maxima generum parte; pro Charactere tamen non aſſumendus eſt numerus, cum omnes poliandri ſtaminibus parieti interno calycis inſerto (non vero receptaculo) huc amandandi ſunt.

Ord. I. MONOGYNIA.

193) PHILADELPHUS (welſcher Iasmin,) Linn. G. 614.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, acuminatum. perſiſtens.

Cor.

Cor. *Petala* 4. ſubrotunda, plana, magna, patentia.
Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, longitudine calycis. *Antheræ* erectæ, quadriſulcæ.
Pist. *Germen* inferum. *Stylus* filiformis, quadripartitus. *Stigmata* ſimplicia.
Per. *Capſula* ovalis, utrinque acuminata, calyce per medium cincta, quadrilocularis, quadrivalvis.
Sem. numeroſa, oblonga, exigua.

Spec. *Coronarius*, (welſcher Kronen-Jasmin) foliis ſubdentatis, flos albus primarius, 5fidus calyce, corolla, piſtillo, capſula. *Loc.* Veronæ & hortis Eur. *Fl.* Suaveolens Jul.

194) PRUNUS, (Pflaumen) Linn. G. 620.

Cal. *Perianth.* monophyllum, campanulatum, 5fidum, deciduum: *laciniis* obtuſis, concavis.
Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, magna, patentia, unguibus calyci inſerta.
Stam. *Filam.* 20. ad 30. ſubulata, longitudine fere corollæ, calyci inſerta. *Antheræ* didymæ, breves,
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* orbiculatum.
Per. *Drupa* ſubrotunda.
Sem. *Nux* ſubrotunda, compreſſa.

Spec. 1) *Padus* (ſchwarze Vogel-Trauben-Kirſche, Alt-Stinck-Hunds-Elſebeer-Baum,) floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglandulosis: Ceraſus racemoſa ſilveſtris fructu non edili. *Loc.* Incultis, ſepibus. *Fl.* Apr. May. *Uſ.* Ad aggeres paludum: ad inſertionem aliorum fructuum edilium generoſorum; baccæ ingratæ Suecis Norwegis cum ſale aut vino eſculentæ avibus inprimis pabulum: ſurculi ob flexilitatem ad manubria flagellorum, rami ad manubria fiſtularum tabacinarum & lignum leve flexile ad manubr. bombardarum.

2) *Armeniaca*, (Apricoſen, Amarellen,) florib. ſeſſilibus, foliis ovato-cordatis, nucleo dulci. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Mart. Apr. *Uſ.* Fructus ſuavis eſculentus; e nucleis cum ſpiritu vini potus præparatur, ſtomachicus ſic dictus Ratafia.

3) *Ceraſus*, (Kirſchen,) umbellis ſubſeſſilibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis glabris. *Loc.*

Hortis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Refrigerans, acidiuſcula. *Uſ.* Culinaris fructus ſapidi, varii coloris, ſaporis, & magnitudinis pro diverſo ſolo: flores apib. pabulum.

4) *Avium* (gemeine ſchwarze Vogelkirſchen, wilder ſüſſer Waldkirſchenbaum,) umbell. ſeſſilib. fol. ovato-lanceolatis, conduplicatis, ſubtus pubeſcentibus: ceraſus ſylveſtr. fructu nigro & rubro ſubdulci. *Loc.* Silvis. *Fl* May. *Vis.* Nervina, ſubnodyna, antiſpasmodica, refrigerans fructus ſapidi eſculenti. *Uſ.* Culinar. fructus, flor. apibus.

5) *Domeſtica*, (gemeine Pfl. Zwetſchen, Quetſchen.) Pedunculis ſubſolitariis, fol. lanceolato-ovatis, convolutis, ramis muticis: Pruna præcox (frühe Pflaumen, Pr. myrobalana, (Myrabellen) *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Culinar. fructus varii coloris, magitudinis & ſaporis.

6) *Spinoſa*, (Schlehen, Schwarzdorn, pedunculis ſolitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis ſpinoſis. *Loc.* Collibus apricis, ſepibus. *Fl.* Apr. May. *Vis.* Cortic. adſtringens, laxans, fruct. refrigerans. *Uſ.* Frutex ad ſepes valde ſpinoſus ſed repens: capr. ovib. equis pabul. & apib flores: baccis vinum fit ſapidum, fragrans: lignum durum tenax dentibus pectinum pratorum variisque inſtrumentis mathemat. tornatorib. ſcriniariis utile.

ICOSANDRIA. Ord. II. DIGYNIA.

195) CRATÆGUS (Hagedorn,) Linn. G. 622.

CAL. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, quinquedentatum, perſiſtens.

COR. *Petala* quinque ſubrotunda, concava, ſeſſilia, calyci inſerta.

STAM. *Filamenta* viginti, ſubulata, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* inferum. *Styli* duo, filiformes, erecti, *Stigmata* capitata.

PER. *Bacca* carnoſa, ſubrotunda, umbilicata.

SEM. bina, oblongiuſcula, diſtincta, cartilaginea.

SPEC. 1) *Torminalis*, (Meelbeere, Elſe-Arls-Darmbeere, Elrizen,) fol. cordatis ſeptangulis, lobis infimis

infimis divaricatis ſilveſtris non ſpinoſa. *Loc.* Sepibus Europæ. *Fl.* May. *Uſ.* Baccæ eſculentæ, flatulentæ in annonæ penuria loco panis, ad cereviſiam & ſpiritus: lignum tenax fabris lignariis ad axes, rotas, ſcipiones, tornatoribus ſcriniariis.

2) *Oxyacantha*, (gemeiner Hagdorn, Weis-Meel-Dorn, Möllerbrod,) fol. obtuſis ſubtrifidis ſerratis; ſylveſtris, ſpinoſa. *Loc.* Sepibus. *Fl.* May. *Uſ.* Ad ſepes denſas, bobus, capr. ovib. equis pabulum & apib. flores: baccæ pauperib. ovib. & gallinis pabul. lignum tenax, durum, ad rotas molendinarias, pyxides, menſas, temones, manubria fiſtularum tabacinarum.

COSANDRIA Ord. III. TRIGYNIA.

196) SORBUS (Sperberbaum) Linn. G. 623.

CAL. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, quinquedentatum, perſiſtens.
COR. *Petala* 5. ſubrotunda, concava, calyci inſerta.
STAM. *Filamenta* viginti, ſubulata, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* infra receptaculum. *Styli* tres, filiformes, erecti. *Stigmata* capitata.
PER. *Bacca* mollis, globoſa, umbilicata.
SEM. tria, oblongiuſcula, diſtincta, cartilaginea.

SPEC. *Domeſtica*, (zahmer Speyerling, zahmer Vogelbeerbaum, Sorbäpfel, Eſcherizen,) foliis pinnatis ſubtus villoſis. *Loc.* Montoſis. *Fl.* Jun. *Vis.* Fructus ſapidi adſtringens.

ICOSANDRIA.
Ord. IV. PENTAGYNIA.

197) MESPILUS, (Miſpel,) Linn. G. 625.

CAL. *Perianthium* monophyllum, concavo-patens, quinquedentatum, perſiſtens.
COR. *Petala* 5. ſubrotunda, concava, calyci inſerta.
STAM. *Filamenta* viginti, ſubulata, calyci inſerta. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* inferum. *Styli* quinque, ſimplices, erecti. *Stigmata* capitata.

PER. *Bacca* globoſa, umbilicata, calyce connivente clauſa, ſed umbilico fere perforata.

SEM. quinque, oſſea, gibba.

OBS. *Ex dictis patet valde affinia eſſe genera:* Cratægum, Sorbum & Meſpilum, *ut aut ſolo numero ſeminarum, aut vix ulla ſufficienti nota diſtingui poſſint.* Folia *Sorbis* pinnata, *cratægis* angulata, *Meſpilis* integra communiter ſunt.

SPEC. *Germanica*, (gemeine M.) inermis, fol. lanceolatis ſubtus tomentoſis, floribus ſeſſilib. ſolitariis. *Loc.* Hortis Europæ. *Vis.* Fructus ſapidi, eſculenti, aciduli refrigerans, tonica.

198) PYRUS, (Birn und Æpfel) Linn. G. 626.

CAL. *Perianthium* monophyllum, concavum, ſemiquinquefidum, perſiſtens: *laciniis* patentibus.

COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, concava, magna, calyci inſerta.

STAM. *Filamenta* viginti, ſubulata, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* infra receptaculum. *Styli* quinque, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Pomum* ſubrotundum, umbilicatum, carnoſum, loculis membranaceis, quinqueloculare.

SEM. nonnulla, oblonga, obtuſa, baſi acuminata, hinc convexa, inde plana.

OBS. *Mirum omnes a ſeculis genus notiſſimum in tria diſpeſcuiſſe, dum genera e ſpeciebus, ſpecies e varietatibus conſtituerunt.*

SPEC. 1) *Communis*, (wilder B. Holzbirnb. Knötelbaum,) fol. ſerratis, pedunculis corymboſis, pomis baſi productis, ſilveſtris. (P. Bergamotta Gallis, Moſchatellina rubra, hortenſis.) *Loc.* Silvis, & varii ſapidiores hortis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Spinoſus ſilveſter mater omnium ſativarum; Præſtat plantata inſitioni & inoculationi inſtituendæ ſuavioribus varietatibus: lignum compactum ad inſtrumenta varia œconomica & opificum, tornatoribus ſcriniariis; cortex radicis ſilveſtr. coriis parandis: apibus flores; uſus fructus ſylveſtr. adſtringentis & Pyr. hortenſis uti & P. Mali, ac Cydonia varius in cibariis, vinum e ſucco fermentato, ſpiritusque ardens conficitur.

2) *Ma-*

2) *Malus* Silveſtris, (wilder Holzapfelbaum) fol. ſerratis, umbellis ſeſſilib. pomis baſi concavis. *Loc.* Silvis, & Malus ſativus eſculentus varii coloris ſaporisque hortis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Refrigerans, tonica, acidula fructus. *Uſ.* Fruct. P. hortenſ. eſculenti culinaris, folia bob. capr. ovib. equis, porcis pabul. & apib. flores: cortex ſilv. luteo tinctorius, & fructus adſtringens acidus ad acetum: lignum durum ad rotas molendinarias, variaque inſtrumenta œconomica.

3) *Cydonia*, (Quittenbaum,) fol. integerrimis, floribus ſolitariis. *Loc.* Hortis. *Fl.* May. *Vis.* Inſpiſſans, adſtring. refrigerans, acida. *Uſ.* Fructus culinaris.

199) SPIRÆA, (Spierpflanze) Linn. G. 630.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, baſi planum, *laciniis* acutis perſiſtens.

COR. *Petala* 5. plana, calyci inſerta, oblongo-rotundata.

STAM. *Filamenta* 20. filiformia, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germina* 5. *Styli* totidem, filiformes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* capitata.

PER. *Capſulæ* quinque, oblongæ, acuminatæ, compreſſæ, bivalves.

SEM. pauca, acuminata, parva.

SPEC. 1) *Aruncus*, (Geisbart, Berggeiswedel, Wald-Bocksbart,) fol. ſupradecompoſitis, ſpicis paniculatis, floribus diocis, oblongis: fructificatione dioica a reliquis differt. *Loc.* Montoſis, ſilvis. *Fl.* Jul. *Uſ.* Ad ſepes, herba coriis parandis & flores apibus.

2) *Filipendula*, (rother Steinbrech, Wildgarben) fol. pinnatis, foliolis uniformib. ſerratis, caule herbaceo, florib. cymoſis: capſulis plurim. in orbem digeſtis. *Loc.* Paſcuis. *Fl.* Jun. *Vis.* Adſtring. vulneraria, ſtiptica. *Uſ.* Radic. farinoſæ in annona loco panis, bob. capr. ovibus & ſuib. pabul. herba coriis parand. & flor. apibus.

3) *Ulmaria* (Johannis-Geis-Wieſen-Wedel, Geis-Bart-Fus.) fol. pinnatis, impari majore lobato, florib. cymoſis: capſulis plurimis concortis inſtar Helicteris. *Loc.* Pratis uliginoſis, umbroſis ſil-

vis. *Fl.* Odorat. Jun. Jul. *Vis.* Adſtring. ſudorifera, fragrans. *Uſ.* Capr. ovib. ſuib. pabul, & coriis parandis, flores apibus.

ICOSANDRIA

Ord. V. POLYGYNIA.

200) ROSA, (Roſe) Linn. G. 631.

Cal. *Perianthium* monophyllum; Tubo ventricoſo, collo coarctato; Limbo patente, 5. partito globoſum. *Laciniis* longis, lanceolato-anguſtis; (quarum in quibusdam *duæ alternæ* utrinque appendiculatæ; *duæ aliæ alternæ* utrinque nudæ; quinta hinc tantum appendiculata.)

Cor. *Petala* quinque, obcordata, longitudine calycis, collo calycis inſerta.

Stam. *Filamenta* plurima, capillaria, breviſſima, calycis collo inſerta. *Antheræ* trigonæ.

Pist. *Germina* numeroſa, in fundo calycis. *Styli* totidem, villoſi, breviſſimi, collo calycis arcte compreſſi, lateri germinis inſerti. *Stigmata* obtuſa.

Per. *Bacca* carnoſa, turbinata, colorata, mollis, unilocularis, laciniis rudibus coronata, collo coarctata, e calycis tubo facta.

Sem. numeroſa, oblonga, hirta, undique calyci adnata.

Obs. Pericarpii calyx *baccam mentitur.*

Spec. 1) *Centifolia*, (hundertblätrige R.) germinibus ovatis, pedunculisque, hiſpidis caule hiſpido aculeato, petiolis inermibus: R. rubra plena ſpinoſiſſima. *Loc.* Hortis Eur. *Fl.* Odorat. Jun.-Aug. *Vis.* Corroborans, adſtring. *Uſ.* E petalis aqua ſuaveolens conficitur ad cibarios & medicos uſus.

2) *Canina*, (wilde Feld-Heck-R. Hagebutten,) germinibus ovat. pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *Loc.* Sepibus. *Fl.* Incarnatus Jun. *Vis.* Roborans, adſtringens. *Uſ.* Ad Sepes, multis plantis annuis præſidium; baccis cynosbati (Hagbuzen, Hahnbutten,) ſiccatis iuſcula ſapida nutrientia, & panis conficiuntur.

3) *Alba*, (weiſſe Garten-R.) germinibus ovatis glabris, pedunculis hiſpidis, caule petiolisque acu-

aculeatis. *Loc.* Sepibus, flore pleno hortis. *Fl.* Alb. Jun. Jul. *Vis.* Analeptica, fragrans; eadem uti & uſus cum ſuperior. ſpeciebus.

201) RUBUS, (Hindbeere) Linn. G. 632.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſpartitum: *laciniis* lanceolato-oblongis, patentibus, perſiſtentibus.
COR. *Petala* quinque, ſubrotunda, longitudine calycis, erecto-patentia, calyci inſerta.
STAM. *Filamenta* numeroſa, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſubrotundæ, compreſſæ.
PIST. *Germina* numeroſa. *Styli* parvi, capillares, e latere germinis orti. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.
PER. *Bacca* compoſita: *acinis* ſubrotundis, in capitulum convexum, infra concav. collectis, ſingulis unilocul.
SEM. ſolitaria, oblonga. *Receptaculum* pericarpiorum conicum.
OBS. Acini *Baccarum coaliti ſunt, in baccam compoſitam, nec ſine laceratione diſtinguibiles.*

SPEC 1) *Idæus*, gemeine H) fol. quinato-pinnatis, ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Loc.* Silvis & hortis fructu majore flavo rubro. *Vis.* Refrigerans, analeptica, adſtring. *Uſ.* Ad ſepes, ambulacra umbroſa; baccæ eſculentæ ſapidiſſimæ conditæ ad cibarium uſum, & ad vina grata: flor. apib. & bobus, capris, ovib. ſuib. pabulum herba.

2) *Fruticoſus*, (Brom-kraz-beer,) fol. quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis; fructu nigro. *Loc.* Sepibus, ſilvis. *Fl.* Alb. Jun. Jul. & baccæ acidulæ, eſculentæ Sept. *Uſ.* Ad ſepes, flor. apibus & baccæ coriis parandis.

202) FRAGARIA (Erdbeer) Linn. G. 633.

CAL. *Perianthium* monophyllum, planum, ſemidecemfidum: *laciniis alternis* exterioribus, anguſtioribus.
COR. *Petala* 5. ſubrotunda, patentia, calyci inſerta.
STAM. *Filamenta* viginti, ſubulata, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* lunulares.
PIST. *Germina* numeroſa, minima, in capitulum collecta. *Styli* ſimplices, lateri germinis inſerti. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Bacca fit Receptaculum commune ſeminum* rotundo-ovatum, baſi truncatum, pulpoſum, molle, magnum, coloratum, deciduum. SEM.

Sem. numeroſa, minima, acuminata, per ſuperficiem receptaculi ſparſa.

Obs. *Receptaculum commune bacca vulgo dicitur.*

Spec. *Veſca*, vulgaris, (esbare, gemeine wilde E.) flagellis reptans, fructu albo; ſativa hortenſis differt bacca a calyce non ſponte ſecedente & ejusdem ſcrobiculis pro ſingulis ſeminibus. *Loc.* Silvis, pratis, hortis. *Fl.* Alb. Apr. Maj. *Vis.* Humectans, refrigerans, diuretica, baccar: adſtring. radicis. *Uſ.* Baccæ crudæ cum ſaccharo lacte vel vino in deliciis ſunt: folia bob. capr. ovibus, pabulum & flores apibus.

203) POTENTILLA, (Potentille) Linn. G. 634.

Cal. *Perianthium* monophyllum, planiuſculum, ſemidecemfidum, *laciniis alternis* minoribus, reflexis.

Cor. *Petala* quinque, ſubrotunda, patentia, unguibus calyci inſerta.

Stam. *Filamenta* viginti, ſubulata, corolla breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſublongo-lunulatæ.

Pist. *Germina* numeroſa, minima, in capitulum collecta. *Styli* filiformes, longitudine ſtaminum, lateri germinis inſerti. *Stigmata* obtuſa.

Per. nullum. *Receptaculum commune ſeminum* ſubrotundum, minimum, perſiſtens, ſeminibus tectum, calyce incluſum. Sem. numeroſa, acuminata.

Obs. *Deme unicam quintam partem numeri in omnibus partibus fructificationis, & habebis Tormentillam.* e. gr.

Spec. 1) *Anſerina* (Gänſerich, Grünſing,) foliis pinnatis, ſerratis, caule repente, pedunculis unifloris. *Loc.* Paſcuis, ad vias. *Fl.* Flav. Maj.-Sept. *Uſ.* Radix eſculenta loco panis, in annonæ penuria; bob. capr. ovib. equ. ſuibus pabulum & anatibus, coriis parandis herba.

2) *Reptans*, (Fünffingerkraut,) foliis digitatis, caule repente, pedunc. uniſl. Pentaphyllum majus repens. *Loc.* Apricis argilloſis. *Fl.* Flav. Jun. *Vis.* Vulneraria adſtringens. *Uſ.* Bob. capr. ovibus, equis, ſuibus pabulum.

204) TORMENTILLA, (Blutwurz,) Linn. G. 635.

Cal. *Perianthium* monophyllum, planum, ſemioctofidum: *laciniis alternis* minoribus, acutioribus.

Cor.

Cor. *Petala* quatuor, obverſe cordata, plana, patentia, unguibus calyci inſerta.
Stam. *Filamenta* ſedecim, ſubulata, corolla dimidio breviora, calyci inſerta. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germina* octo, parva, in capitulum conniventia. *Styli* filiformes, longitudine ſtaminum, lateri germinis inſerti. *Stigmata* obtuſa.
Per. nullum. (*Receptaculum ſeminum* minimum, ſeminibus onuſtum, calyce incluſum.
Sem. octo, oblonga, obtuſe acuminata.
Obs. *Tormentilla ſolo numero differt: a Potentilla hinc poſſent ambo genera combinari.*

Spec. *Erecta*, (gemeine-rechte-B. Ruhr-Heil-Wurz) caule erectiusculo, foliis ſeſſilibus. *Loc.* Paſcuis ſiccis, ſilvis. *Fl.* Maj. *Vis.* Adſtring. diuretica. *Uſ.* Bob. capris, ovibus, pabul. & rad. ſuibus ſaginatio, Lapponibus maſticata ad pigmentum corii rubrum.

205) GEUM (Merzwurz) Linn. G. 636.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemidecemfidum, erectiuſculum: *laciniis alternis* minimis, acutis.
Cor. *Petala* quinque, rotundata: *unguibus* longitudine calycis anguſtis, calyci inſertis.
Stam. *Filamenta* numeroſa, ſubulata, longitudine calycis, cui inſerta. *Antheræ* breves, latiuſculæ, obtuſæ.
Pist. *Germina* numeroſa, in capitulum collecta. *Styli* lateri germinis inſerti, piloſi, longi. *Stigmata* ſimplicia.
Per. nullum. *Receptaculum commune ſeminum* oblongum, hirſutum, calyci reflexo impoſitum.
Sem. numeroſa, compreſſa, hiſpida, *Stylo* longo, geniculato inſtructa.

Spec. 1) *Urbanum*, (Gewürznelkenartige M. Benedictwurz,) florib. erectis, fructu globoſo villoſo, ariſtis uncinatis nudis, foliis lyratis. *Loc.* Umbroſis, ſepibus. *Fl.* Jun. *Vis.* Adſtringens, pellens ſudorifera. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis ſuibus pabulum; radix vino & cereviſiæ addita eandem coryophylli odore inquinat, aceſcentiam avertit, coriis parandis.

2) *Rivale*, (Waſſer M. Bened. Wieſen Garaffel,) floribus nutantibus, fructu oblongo, ariſtis plumoſis. *Loc.* Pratis ſubhumidis, ſilvis. *Fl.* Maj. *Vis.* Adſtring. *Uſ.* Bob. capr. ov. equis, ſuib. pab.

Claſſis XIII.

POLYANDRIA. (Mit vielen dem Fruchtboden einverleibten Staubfäden,)

Ord. I. MONOGYNIA.

206) ACTÆA (Schwarzkraut) Linn. G. 644.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, caducis.

COR. *Petala* quatuor, utrinque acuminata, calyce majora, caduca.

STAM. *Filamenta* plurima, (30. ſæpius,) capillaria, ſuperne latiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ, erectæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* craſſiuſculum, oblique depreſſum.

PER. *Bacca* ovali-globoſa, glabra, uniſulca, unilocularis.

SEM. plurima, ſemicircularia, introrſum truncata, gemino ordine incumbentia.

SPEC. *Spicata*, (ähriges S. gemein Chriſtophskraut) racemo ovato, fructibusque baccatis, caule inermi, Aconitum bacciferum. *Loc.* Montoſis, nemoroſis. *Fl.* May. *Uſ.* Capris, ovib. pabul. baccæ ad pigmentum nigrum: bufones adlicit planta.

207) CHELIDONIUM, (Schölkraut) L. G. 647.

CAL. *Perianth.* diphyll. ſubrotundum *foliolis* ſubovatis, concavis, obtuſis, caducis.

COR. *Petala* quatuor, ſubrotunda plana, patentia, magna, baſi anguſtiora.

STAM. *Filamenta* plurima, (triginta) plana, ſuperne latiora, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, compreſſæ, obtuſæ, erectæ, didymæ.

PIST. *Germen* cylindraceum, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* capitatum, bifidum.

PER. *Siliqua* cylindracea, unilocularis, bivalvis.

SEM. plurima, ovata, aucta, nitida. *Receptaculum* lineare, inter valvulas, ſuturæ inſtar circumambiens, non dehiſcens.

OBS. *Pericarpio ſiliquoſo a Papavere diverſum.*

SPEC. *Maius*, (Gras S. Schwalbenkraut,) pedunculis umbellatis, multifloris. *Loc.* Ruderatis, ad mu-

muros. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Acris, corrodens ſucci e caule & radice rubra.

208) PAPAVER, (Mohn) Linn. G. 648.

CAL. *Perianthium* diphyll. ovatum, emarginatum; *foliali* ſubovatis, concavis, obtuſis, caducis.

COR. *Petala* 4. ſubrotunda, plana, patentia, magna, baſi anguſtiora, *alterna* minora.

STAM. *Filam.* numeroſa, capillaria, corolla longe breviora. *Anth.* oblongæ, compreſſæ, erectæ, obtuſæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigma* peltatum, planum, radiatum.

PER. *Capſula* coronata, ſtigmate plano, magno, unilocularis, ſemimultilocularis, apice ſub corona foraminibus plurimis dehiſcens.

SEM. numeroſa, minima, *Receptacula* plicæ longitudinales, numero radiorum ſtigmatis parieti pericarpii adnatæ.

OBS. *Pericarpium diverſum eſt varia figura & globoſa & oblonga, nec non radiis ſtigmatis. Primaria diviſio ſpecierum a Pericarpio lævi & hiſpido deſumenda eſt.*

SPEC. 1) *Rhoeas*, (Klap-Klatſch-Korn-Roſen, Feldmohn, Schnallen,) capſulis glabris globoſis, caule piloſo, multifloro, foliis pinnatifidis, inciſis, fructu ovato. P. erraticum pleno flore. *Loc.* Agris. Hortis. *Fl.* Ruber Jun. Jul, *Vis.* Narcotica. *Uſ.* Flor. apibus.

2) *Somniferum*, (ſchlafmachender M. Oelmagen) calycibus, capſulisque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis: hortenſe, ſemine nigro & albo; criſtatum floribus & ſemine album, vel floribus rubris ſemine nigro, flore pleno album. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Narcotica, anodyna, antiſpasmodica. *Uſ.* Culinar. olei e ſeminibus apib. flores.

209) NYMPHÆA, (Seeroſe) Linn. G. 653.

CAL. *Perianthium* inferum, tetraphyllum magnum, ſupra coloratum, perſiſtens.

COR. *Petala* numeroſa (quindecim ſæpe) calyce minora, germinis lateri inſidentia, ſerie plusquam ſimplici.

STAM. *Filamenta* numeroſa (ſeptuaginta ſæpe) plana, incurva, brevia. *Antheræ* oblongæ, filamentorum margini adnatæ.

PIST.

Pist. *Germen* ovatum, magnum. *Stylus* nullus. *Stigma* orbiculatum, planum, peltato, ſeſſile, radiis notatum, margine crenatum, perſiſtens.
Per. *Bacca* ovata, carnoſa, rudis, collo auguſtata, apice coronata, multilocularis (decem ad quindecimloculis) pulpa plena, rubra.
Sem. plurima, ſubrotunda.
Obs. Calyx & Corolla *quoad numerum & figuram incerta ſunt, hinc.* Nymphæa *Boerh. calyce pentaphyllo, foliolis ſubrotundis, petalis minimis.*
Leuconymphæa *Boerh. calyce tetraphyllo, foliolis ovatis, corollam vix ſuperantibus.*
Nelumbo *Tourneſ. Pericarpium turbinatum truncatum, loculis monoſpermis, propriis foraminibus per diſcum ſtigmatis dehiſcentibus.*
Spec. 1) *Lutea*, (gelbe S. See-Kannen-Plumpen,) foliis cordatis integerrimis, calyce petalis majore pentaphyllo. *Loc.* Ad littora. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Capr. pabul. ſuibus ſaginatio folia & radic. coriis parand. flores: ad tineas, gryllos domeſticos, fumo vel eſca.
2) *Alba*, (weiſſe S. Waſſer-Tulipan,) foliis cordat. integerrimis, calyce quadrifido. *Loc.* Aquoſis dulcib. *Fl.* Alb. Jul. *Vis.* Refrigerans, anodyna. *Uſ.* Capr. ſuibus pabul. coriis parandis flor.

210) TILIA, (Linde) Linn. G. 660.

Cal. *Perianthium* quinquepartitum, concavum, coloratum, magnitudine fere corollæ, deciduum.
Cor. *Petala* quinque, oblonga, obtuſa, apice crenata.
Stam. *Filamenta* plurima (triginta & ſupra), ſubulata, longitudine corollæ. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* pentagono-obtuſum.
Per. *Capſula* coriacea, globoſa, quinquelocularis, quinquevalvis, baſi dehiſcens.
Sem. ſolitaria, ſubrotunda.
Obs. Semen *unicum communiter adoleſcit, reliqua ad latus pellit, ut unilocularis videatur capſula incautis.*
Spec. *Europæa*, (europ. L.) florib. nectario deſtitutis, femina folio majore. *Loc.* Cultis, pratis. *Fl.* Odoratus. Jun. Jul. *Vis.* Anodyna, antiſpasmod. refrigerans. *Uſ.* Folia bob. capr. ovibus equis

equis pabulum ad ambulacra umbroſa & ſepes: cortex aqua maceratus funibus naſſisque conficiendis; carbones pictoribus ad præludia figurarum, & in pulvere pyrio; lignum molle, leve, glabrum ſculptoribus ſimulacrorum, ſutoribus ad calcanea lignea, menſas, variasque res œconomicas, ſcriniariis: ob levitatem poroſitatem ad capiſteria ſ. ventilabra ineptum.

211) CISTUS, (Ciſtenröslein,) Linn. G. 673.

CAL. *Perianth.* pentaphyll. perſiſtens: *foliolis* ſubrotundis, concavis, quorum 2. *alterna* inferiora, minora.
COR. *Petala* 5. ſubrotunda, plana, patentia, maxima.
Corolla concipi debet in hoc genere reſupinata, labium ſuperius minus recurvum, ad quod ſtamina declinata, rotundatum; lateralia crenata, rotundata cum ſupremo æqualia. L. inferius majus, patulum, bipartitum: intermedia minima antica.

SPEC. 1) *Nodoſa* foetida, (knotige Br. Fiſch-Kropf-Ranken, Feigwarzen-Wurz,) fol. cordatis trinervat. Caule acutangulo, racemo terminali. *Loc.* Sepibus, pratis ſilvis. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Capr. pabulum.

2) *Aquatica*, (Waſſer Br. falſche Waſſer-Betonien,) fol. cordatis, petiolat. decurrentib. obtuſis, caule membranis angulato, racemis terminalibus. *Loc.* Humidis. *Fl.* Aug. Sept. apibus.

53) DIGITALIS, (Fingerhut) Linn. G. 758.

AL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* ſubrotundis, acutis, perſiſtentibus, *ſuprema* cæteris anguſtiore.
OR. monopetala, campanulata. *Tubus* magnus, patens, deorſum ventricoſus, *baſi* cylindracea, arcta. *Limbus* parvus, quadrifidus: *lacinia ſuperiori* patentiori, emarginata, *infima* majori.
TAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, baſi corollæ inſerta, ad idem latus inclinata, quorum *duo* longiora. *Antheræ* bipartitæ, hinc acuminatæ.
IST. *Germen* acuminatum. *Stylus* ſimplex, ſitu ſtaminum. *Stigma* acutum.
ER. *Capſula* ovata, longitudine calycis, acuminata, bilocularis, bivalvis, valvis bifariam rumpentibus.
EM. plurima, parva.
BS. *Dantur ſpecies in quibus corollæ laciniæ acutæ &*

evidentiores ſunt, & labium ſuperius ac inferius acutum, magisque prominens.

Spec. *Purpurea*, (groſſer gelber F.) calycinis foliolis acutis ovatis, corollis obtuſis, labio ſuperiore integro. *Loc.* Silvis. *Fl.* Jul. Aug. apibus.

254) OROBANCHE, (Sonnenwurz,) Lin. G. 779.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, coloratum, perſiſtens.

Cor. monopetala, ringens. *Tubus* inclinatus, amplus, ventricoſus. *Limbus* patens. *Labium ſuperius* concavum, apertum, emarginatum: *L. inferius* reflexum, trifidum, margine inæquali: *laciniis* omnibus ſubæqualibus.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori recondita, quorum *duo* longiora. *Antheræ* erectæ, conniventes, limbo breviores. *Nectarium* glandula ad baſin germinis.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, longitudine & ſitu ſtaminum. *Stigma* ſemibifidum, obtuſum, craſſiuſculum, nutans.

Per. *Capſula* ovato-oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis. *Receptacula* quatuor, linearia, lateralia, adnata.

Sem. numeroſa, minima.

Obs. *Species datur calyce quinquefido. Stigmatis lacinia ſingula emarginata.*

Spec. *Maior*, (groſſe S. Schmeer-Maywurz, Hanfwürger,) caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus ſubexſertis. *Loc.* Montoſis, agris, pratis. *Fl.* May-Jul.

Claſſis XV.

TETRADYNAMIA,

(Mit 4 langen und 2 kurzen Staubfäden.)

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *Foliolis* ovato-oblongis, concavis, obtuſis conniventibus, baſi deorſum gibbis, oppoſitis paribus, deciduis. Calyx hic nectarium eſt, hinc baſi ſæpe gibbus.

Cor. Cruciformis dicta. *Petala* quatuor, æqualia: *ungues* plano-ſubulati, erecti, calyce fere longiores.

Lim-

Limbus planus, Laminis extrorſum latioribus, obtuſis, lateribus ſe invicem vix tangentibus.

Inſertio petalorum eſt in eodem cum ſtaminib. circulo.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, quorum *duo oppoſita* longitudine calycis: *quatuor reliqua* paulo longiora, corolla breviora. *Antheræ* oblongiuſculæ, acuminatæ, baſi craſſiores, erectæ, apicibus extrorſum reclinatis.

Nectariferæ glandulæ in variis & diverſis generibus, vario ſeſe modo offerunt, ſtaminibus adſident, & præſertim filamentis brevioribus affiguntur ad eorum baſin, quas ne comprimant, ſæpius incurvantur, & ſic breviora evadunt duo iſta filamenta.

PIST. *Germen* ſupra receptaculum, quotidie altius accreſcens. *Stylus* longitudine ſtaminum longiorum, vel nullus. *Stigma* obtuſum.

PER. *Siliqua* bivalvis, ſæpe bilocularis, a baſi ad apicem dehiſcens, diſſepimento ad apicem extra valvulas prominulo, quod ſtyli vices antea geſſit.

SEM. ſubrotunda, nutantia, alternatim & longitudinaliter diſſepimento immerſa. *Receptaculum* lineare, diſſepimentum ambiens, & ſuturis peric. immerſum.

OBS. *Hæc Claſſis eſt vere Naturalis, & aſſumta fuit pro Naturali ab omnibus, & conſummatiſſimis Syſtematicis: tamen apud Singulos unum alterumve ſæpius genus contra naturam additum fuit*; heic vero nullum niſi forte *Cleome*.

Plantæ in hac claſſe Antiſcorbuticæ ab omnibus dicuntur; ſapor pleriſque acer cum aquoſo mixtus.

Diſtinguitur ab omnibus bifariam in ea genera, quæ gaudent Pericarpio,

α Siliculoſo *i. e. ſubrotundo, Styloque inſtructo ſæpius ſiliculæ longitudine.*

β Siliquoſo *i. e. longiſſimo, Styloque vix notabili prædito.*

Eſſentialis character generum in hac claſſe a ſitu Nectariferæ glandulæ communiter dependet.

Ord. I. SILICULOSA, (Mit Schötchen.)

255) MYAGRUM, (Leindotter,) Linn. G. 796.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, concavis, dehiſcentibus, coloratis, deciduis.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* plana, ſubrotunda, obtuſa; *unguibus* anguſtis.

STAM. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: quorum *quatuor oppoſita* paulo longiora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine calycis. *Stigma* obtuſum.
PER. *Silicula* obcordata, leviter compreſſa, rigida, apice ſtylo rigido conico terminata, bivalvis.
SEM. ſubrotunda.
OBS. Myagri T. Pericarpium *uniloculare*, *duobus loculis vacuis in ſummitate*, *unico ad baſin ſeminifero*. Semen *unicum*. ♀.
Alyſſi ſp. T. Pericarpium *biloculare*, ſemina *nonnulla*.
SPEC. *Sativum*, (zahmer L. groſſer Dotter, kleiner Oelſaamen,) ſiliculis biarticulatis diſpermis, fol. lanceolatis, extrorſum ſinuatis denticulat. *Loc.* Agris, viis. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Bob. capr. ovibus equis pabul. & apib. ſemen oleum exhibet ad lampades & in culina.

256) DRABA, (Hungerblümgen,) Linn. G. 800.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erecto-patulis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, patentiuſcula: *unguibus* minutiſſimis.
STAM. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: quorum *quatuor oppoſita* paulo longiora, erecto-patentia. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum, planum.
PER. *Silicula* elliptico-oblonga, compreſſa, integra, ſtylo deſtituta, bilocularis, *diſſepimento* valvis parallelo: *valvulis* plano-concavis.
SEM. plura, parva, ſubrotunda.
OBS. *In aliis petala ad ungues uſque bipartita*, 2. *in aliis modo apice emarginata*, 4-6. *in aliis integerrima*.
Eſſentialis character conſiſtit in Silicula ex ovali oblonga compreſſa, *ſtylo fere diſtituta*: *hinc ab Alyſſo*, *Subularia & Lunaria facile diſtinguitur*.
SPEC. *Verna*, (Frühlings H. kleines Vogel-Nägel-Kraut,) ſcapis nudis, fol. lanceolatis ſubincifis. *Loc.* Aridis, paſcuis. *Fl.* Mart. Apr. *Obſ.* Smolandiis tempus ſecale ferendi floreſcentia, & racemus nutans inſtantes imbres aut prementem noctem, indicat.

257) LE-

257) LEPIDIUM, (Kreſſig,) Linn. G. 801.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, deciduis.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obovata, calyce duplo longiora: *unguibus* anguſtis.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine calycis, quorum *duo oppoſita* breviora. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* cordatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

PER. *Silicula* ſubcordata, vix emarginata, compreſſa, margine acuta, bilocularis: *diſſepimento* lanceolato: *valvulis* navicularibus, carinatis.

SEM. nonnulla, ovato-acuminata, baſi anguſtiora, nutantia.

OBS. Naſturtii T. *Pericarpium margine acutius, apice magis ſæpius emarginatum.*

Lepidii T. *Pericarpium margine obtuſum, non emarginatum apice.*

Iberis *flore gaudet diandro, qui in hac claſſe inſuetus* 14-17. *& ruderale etiam apetalo* 14.

SPEC. 1) *Sativum*, (Garten K.) florib. tetradynamiis, fol. oblongis multifidis: hortenſe criſpum. *Loc.* Cultis, hortis. *Vis.* Diuretica, mundificans, acris. *Uſ.* Culinaris, ad acetaria, & condimentum carnium: ſemen oleum ſuave exhibet.

2) *Latifolium*, (Pfefferkraut, Edel-Leberkraut,) fol. ovato-lanceolatis integris ſerratis. *Loc.* Cultis, umbroſis. *Fl.* Jun-Aug. *Vis.* Eadem & uſus cum ſativa.

258) THLAPSI, (Taſche) Linn. G. 802.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, erecto patulis, deciduis.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſub ovata, calyce duplo longiora: *unguibus* anguſtis.

STAM. *Filamenta* ſex, corolla dimidio breviora: quorum *duo oppoſita* adhuc breviora. *Antheræ* acuminatæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum, compreſſum, emarginatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum.

PER. *Silicula* compreſſa, obcordata emarginata ſtylo longitudine emarginaturæ, bilocularis: *diſſepimento* lanceolato: *valvulis* navicularibus.

SEM.

Sem. plura, nutantia, ſuturis affixa.

Obs. Burſæ paſtoris *T. Silicula obcordata, margine deſtituta* 7-10.

Thlaſpi T. *Silicula verticaliter cordata, margine acuto cincta.*

Spec. 1) *Arvenſe*, (breiter Baurenſenf, Taſchen-Pfenning-Kraut,) ſiliculis orbiculatis, fol. oblongis dentat. glabris. *Loc.* Agris. *Fl.* May. *Uſ.* Bob. capr. ovib. pabul. ſed ingratus fit carnis ſapor, curculiones pellit, campos argilloſos indicat.

2) *Burſa paſtoris*, (Hirtentäſchlein, Täſchelkraut,) ſiliculis obcordatis, fol. radicalibus pinnatifidis. *Loc.* Cultis, ruderatis. *Fl.* Mart-Dec. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis, ſuibus pabulum.

259) COCHLEARIA, (Löffelkraut,) L. G. 803.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, concavis, dehiſcentibus, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obovata patentia, calyce *duplo* majora: *unguibus* anguſtis, calyce brevioribus, patulis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine calycis: quorum *duo oppoſita* breviora. *Antheræ* obtuſæ, compreſſæ.

Pist. *Germen* cordatum. *Stylus* ſimplex, breviſſimus, perſiſtens. *Stigma* obtuſum:

Per. *Silicula* cordata, gibba, leviſſime compreſſa, ſubemarginata ſtylo inſtructa, bilocularis, ſcabra, margine obtuſo.

Sem. quatuor circiter in ſingulo loculo.

Spec. *Officinalis* (gewöhnl. L.) fol. radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis. *Loc.* Eur. hortis. *Vis.* Mundificans, diuretica, acris. *Uſ.* Culinar. ad acetaria.

260) IBERIS, (Iberpflanze,) Linn. G. 804.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* obovatis, concavis, patentibus, parvis, æqualibus, deciduis.

Cor tetrapetala, inæqualis. *Petala* verticaliter ovata, obtuſa, patentia: *unguibus* oblongis, erectis: quorum *duo exteriora proxima* longe majora, inter ſe æqualia, *duo interiora* minima, reflexa.

Stam.

TAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, quorum *duo lateralia* breviora. *Antheræ* ſubrotundæ.
PIST. *Germen* ſubrotundum, compreſſum. *Stylus* ſimplex, brevis. *Stigma* obtuſum.
PER. *Silicula* erecta, ſuborbiculata, compreſſa, ſuperne margine bifido acuto cincta, bilocularis: *diſſepimento* lanceolato: *valvulis* navicularibus, compreſſis, carinatis.
SEM. ſolitaria, nonnulla, ſubovata.
SPEC. *Nudicaulis*, (I. mit bloſem Stam,) herbacea, fol. ſinuatis, caule nudo ſimplici. *Loc.* Sterilibus, arenoſis.

261) ALYSSUM, (Alyſſen,) Linn. G. 805.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *foliolis* ovato-oblongis; obtuſis, conniventibus, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* plana, calyce breviora, patentiſſima: *unguibus* longitudine calycis.
STAM. *Filamenta* ſex longitudine calycis: quorum *duo oppoſita* paulo breviora, denticulo notata. *Antheræ* erecto-patentes.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum, germine longior. *Stigma* obtuſum.
PER. *Silicula* ſubgloboſa, emarginata, ſtylo longitudine ſiliculæ inſtructa, bilocularis: *diſſepimento* elliptico: *valvulis* elliptico-hemiſphæricis.
SEM. nonulla, orbiculata, receptaculis filiformibus, ad apicem ſiliculæ egreſſis, affixa.
OBS. Petala *in aliis emarginata ſunt, in aliis vero integra.* Silicula *in aliis ventricoſa, in aliis compreſſa (non vero oblonga) eſt.*
Eſſentialis character conſiſtit in filamentis minoribus denticulo introrſum baſi inſerto.
SPEC. *Incanum*, (weis beſtäubte A. Schildbeſenkraut, Wegkres, Baurenſenf,) caule erecto, fol. lanceolatis incanis, integerrimis, florib. corymboſis. *Loc.* Arenoſis, apricis. *Fl.* May. Apibus.

262) LUNARIA, (Mondviole,) Linn. G. 809.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *foliolis* ovato-oblongis, obtuſis, conniventibus, deciduis, quorum *duo alterna* baſi gibba, ſaccataque.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* integra, obtuſa, magna,

magna, longitudine calycis, desinentia in ejusdem longitudinis *ungues*.

STAM. *Filamenta* sex, subulata, longitudine calycis: quorum *quatuor* longitudine calycis, *duo* vero paulo breviora. *Antheræ* erecto-patentes.

PIST. *Germen* pedicellatum, ovato-oblongum. *Stylus* brevis. *Stigma* obtusum; integrum.

PER. *Silicula* elliptica, plano compressa, erecta, maxima, pedicello insidens, stylo terminata, bilocularis, bivalvis: *dissepimento* valvulis parallelo.

SEM. nonnulla, reniformia, compressa, marginata, in medio siliculæ posita: *Receptaculis* filiformibus, longis; futuris lateralibus insertis.

SPEC. *Annua*, (jährige M. Silberblume.) foliis oppositis. *Loc.* Montosis. *Fl.* Jul.

TETRADYNAMIA,

Ord. II. SILIQUOSA, (Mit Schoten.)

263) CARDAMINE, (Bergkresse,) Linn. G. 812.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, obtusis, subpatulis, gibbis, parvis, deciduis.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblongo & obovata, obversa, patentissima, desinentia in *ungues* erectos, calyce duplo longiores.

STAM. *Filamenta* sex, subulata: quorum *duo opposita* longitudine dupla calycis, *reliqua* vero paulo longiora. *Antheræ* parvæ, cordato oblongæ, erectæ.

PIST. *Germen* tenue, cylindraceum, longitudine staminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuso-capitatum, integrum.

PER. *Siliqua* longa, cylindraceo-compressa, bilocularis, bivalvis: *valvulis* dehiscendo spiraliter revolventibus.

SEM. plurima, subrotunda.

OBS. *Datur species staminibus duobus istis minoribus sæpius destituta.* 12. *& alia petalis destituta* 9.

SPEC. *Pratensis* (Wiesenkresse-Gauchblume, braune wilde Kresse,) fol. pinnatis, foliolis radicalib. subrotundis, caulinis lanceolatis. *Loc.* Pascuis aquosis, silvis. *Fl.* Mart.-May. *Us.* Bob. capr. ovib. pabul. & apibus.

264) SI-

264) SISYMBRIUM, (Raucke) Linn G. 813.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, patentiuſculis, coloratis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, patentia, calyce ſæpius minora, unguibus minimis.
STAM. *Filamenta* ſex, calyce longiora: quorum *duo oppoſita* paulo breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, filiforme. *Stylus* vix ullus. *Stigma* obtuſum.
PER. *Siliqua* longa, incurva, gibba, teres, bilocularis, bivalvis: *valvulis* diſſepimento paulo brevioribus, rectis.
SEM. plurima, parva.
OBS. Sophia *corollam calyce breviorem gerit, & ſiliquam tenuiſſimam longiſſimam* 18. Radiculæ D. *ſiliquam gibbam breviſſimam proferunt uti* 4. 5.

SPEC. 1) *Naſturtium aquaticum*, (Brunkreſſe,) ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis. *Loc.* Fontibus, rivulis. *Fl.* Mart. Jun. Sept. *Uſ.* Ad olera vernalia antiſcorbutica & acetaria.

2) *Sophia*, (Sophienkraut, Welſaamen, Beſemkraut,) petalis calyce minoribus, fol. decompoſito pinnatis. *Loc.* Agris, muris, tectis. *Fl.* Mai. Jun. *Obſ.* Semen cum 9. partibus pulveris pyrii mixtum, bombardæ immiſſum & exploſum, eam ita præparare fertur, ut longiorem adtingat metam, ejusque vis fulminans, contenti nitri ope, augeatur. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis pabul.

265) ERYSIMUM (Hederich,) Linn. G. 814.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis parallelo-conniventibus, coloratis, deciduis.
COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, plana apice, obtuſiſſima, *unguibus* longitudine calycis, erectis. *Nectarifera* glandula duplex intra filamentum brevius.
STAM. *Filamenta* ſex, longitudine calycis: quorum *duo oppoſita* breviora. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* lineare, tetragonum, longitudine ſtaminum. *Stylus* breviſſimus. *Stigma* capitatum, perſiſtens, parvum.
PER. *Siliqua* longa, linearis, ſtricta, tetragona, bivalvis, bilocularis.
SEM. plurima, parva, ſubrotunda.

SPEC.

Spec. *Officinale vulgare*, (gewöhnlicher H. Wegſenf, gelb Eiſenkraut,) ſiliquis ſpicæ adpreſſis, fol. runcinatis. *Loc.* Ruderatis, viis. *Fl.* Jun. Aug. *Uſ.* Capris, ovibus, pabulum.

266) CHEIRANTHUS, (Levcoje) Linn. G. 815.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, compreſſum: *foliolis* lanceolatis, concavis, erectis, parallelis, conniventibus, deciduis: quorum *duo exteriora* baſi gibba.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubrotunda, calyce longiora, *unguibus* longitudine calycis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, parallela, longitudine calycis: quorum *duo* intra foliola calycina gibba, paulo breviora. *Antheræ* erectæ, baſi bifidæ, apice acutæ & reflexæ.
Nectarifera glandula cingit baſin ſtaminis minoris utrinque.

Pist. *Germen* priſmaticum, tetragonum, longitudine ſtaminum, tuberculo utrinque notatum. *Stylus* breviſſimus, compreſſus. *Stigma* oblongum, bipartitum, reflexum, craſſiuſculum, perſiſtens.

Per. *Siliqua* longa, compreſſa, angulis duobus oppoſitis obliteratis, denticulo notatis, bilocularis, bivalvis, Stylo breviſſimo, & Stigmate bifido erecto inſtructa.

Sem. plurima, pendula, alterna, ſubovata, compreſſa, margine membranacea.

Obs. *Denticulus utrinque germini inſidens, in aliis fere evaneſcit: in aliis accreſcit.*

Spec. 1) *Cheiri*, (gelber Veil, Violen,) fol. lanceolat. acutis glabris, ramis angulatis. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Luteus odoratus, Apr. apibus & ſanguineo-luteus. (Goldlak)

2) *Incanus*, (beſtäubte L.) fol. lanceolat. integerrimis obtuſis incanis, ſiliquis apice truncatis compreſſis, caule ſuffruticoſo. *Loc.* Eur. hortis. *Fl.* Albus & purpureus ſuaveol. Maj. Jun. Apib.

267) HESPERIS, (Nachtviole, Wendeblumen) Linn. G. 817.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* lanceolato-linearibus, parallelo-conniventibus, ſuperne incumbentibus, inferne dehiſcentibus, deciduis: quorum *duo oppoſita* baſi gibba.

Cor.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, longitudine calycis, parum reflexa oblique contra motum ſolis, deſinentia in *ungues* attenuatos, longitud. calycis.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, longitudine tubi; quorum *duo* dimidio breviora. *Antheræ* lineares, erectæ, apice reflexæ.

Glandula mellifera acuminata, inter ſtamen, brevius, germenque collocata, idemque ſtamen dein cingens.

PIST. *Germen* longitudine calycis, priſmaticum, tetragonum. *Stylus* nullus. *Stigma* bipartitum, introrſum ſitum, oblongum, erectum, baſi bifurcatum, apice connivens, marceſcens.

PER. *Siliqua* longa, compreſſo-plana, ſtriata, bilocularis, bivalvis: *valvis* longitudine diſſepimenti.

SEM. plurima, ovata, compreſſa.

SPEC. 1) *Matronalis*, (Matronal N. Viola matronalis, Schoten-Pfingſt-Violen, Matronenblume,) caule ſimplici erecto, fol. ovato-lanceolatis denticulat. petalis mucrone emarginatis. *Loc.* Europæ hortis. *Fl.* Alb. ſuaveolens Jun.

2) *Inodora*, (geruchloſe N.) caule ſimplici erecto, fol. ſubhaſtat. dentatis, petalis obtuſis. *Loc.* Montoſis. *Fl.* Mai.

268) ARABIS, (Gænſekraut) Linn. G. 818.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, deciduum: *foliolis duobus oppoſitis* majoribus, ovato-oblongis, acutis, baſi prominulis, gibbis, concavis: *duobus reliquis* linearibus, erectis.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ovata, deſinentia in *ungues*, longitudine calycis.

Nectaria 4. *ſingulum* eſt ſquamula intra fundum folioli calycini, receptaculo affixa, reflexa, perſiſtente.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: quorum *duo* longitudine calycis, *quatuor* duplo longiora. *Antheræ* cordatæ, erectæ.

PIST. *Germen* teres, longitudine ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, integrum.

PER. *Siliqua* compreſſa, longiſſima, linearis, torulis ad ſemina inæqualis: *valvulis* longitud. ferme diſſepimenti.

SEM. plurima, ſubrotunda, compreſſa.

OBS. *Nectaria & Stigma neque Cheiranthum, neque Heſperidem eſſe demonſtrant.*

Spec. *Alpina*, (Alpen-Gänſekraut, unächtes Alpenthurnkr.) fol. amplexicaulibus dentatis, caule erecto ſimplici. *Loc.* Alpibus rupibus. *Fl.* Jul.

269) TURRITIS, (Thurnkraut,) Linn. G. 819.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovato-oblongis, parallelo conniventibus, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ovato-oblonga, obtuſa, erecta, integra: *unguibus* erectis.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, longitudine tubi: quorum *duo* breviora. *Antheræ* ſimplices.

Pist. *Germen* longitudine floris, teres, parum compreſſum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum.

Per. *Siliqua* omnium longiſſima, ſtricta, tetragona, angulis oppoſitis alternis obſoletis, ſub compreſſis, bilocularis, bivalvis: *valvulis* diſſepimento vix æqualibus.

Sem. numeroſiſſima, rotundiuſcula, emarginata.

Spec. *Glabra*, (glattes T. Thurn-Senf-Kohl, Waldkohl,) fol. radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. *Loc.* Paſcuis, vineis. *Fl.* Jun. *Uſ.* Bob. capr. ovib. pabul. & apibus.

270) BRASSICA, (Kohl,) Linn. G. 820.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum, erectum: *foliolis* lanceolato-linearibus, concavo-canaliculatis, baſi gibbis, erectis, parallelis, deciduis.

Cor. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubovata, plana, patentia, integra, ſenſim attenuata in *ungues* longitudine fere calycis.

Glandulæ nectariferæ 4. ovatæ: quarum *una* utrinque inter ſtamen brevius & piſtillum, & *una* utrinque inter ſtamina longiora & calycem poſita.

Stam. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: quorum *duo oppoſita* longitudine calycis, *quatuor* vero longiora. *Antheræ* erectæ, acuminatæ.

Pist. *Germen* teres, longitudine ſtaminum. *Stylus* brevis, craſſitie germinis. *Stigma* capitatum, integrum.

Per. *Siliqua* longa, teretiuſcula, depreſſa utrinque *diſſepimento* apice prominente tereti, bilocularis, bivalvis: *valvulis* diſſepimento brevioribus.

Sem. plura, globoſa.

Ors

OBS. Napus T. *facie vix a Rapa differt.*
Rapæ T. *calyx corollæ concolor.*
Braſſicæ P. *calyx vireſcens.*

SPEC. 1) *Campeſtris*, (Feld K.) radice cauleque tenui, fol. caulinis uniformibus cordatis ſeſſilibus. *Loc.* Agris. *Fl.* May. Jun. apibus & ovibus pabulum.

2) *Oleracea*, (Küchen K.) radice cauleſcente tereti carnoſa. Braſſica *Viridis*, (grüner Kohl,) *rubra*, (rother K.) *capitata* alba, (weiſſer Kopf K.) *ſabauda* alba criſpa, (Savoyer K. weiſſer Wirſching,) *laciniata* ſubrubra, (Blauk.) *feleniſia* anguſto apii folio, (Blumaſche K.) *botrytis* cauliflora, (Blumen K.) *gongylodes*, (Kohlrabe,) hæ omnes varietates Braſſicæ *Loc.* Cultis, agris, hortis. *Fl.* Jun.-Aug. *Uſ.* Culinaris ad olera, acetaria.

271) SINAPIS, (Senf,) Linn. G. 821.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, patens: *foliolis* linearibus, concavo-canaliculatis, cruciformi-patentibus, deciduis.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* ſubrotunda, plana, patentia, integra, *unguibus* erectis, linearibus, longitudine vix calycis inſidentia.

Glandulæ nectariferæ quatuor, ovatæ: quarum *una* utrinque inter ſtamen brevius & piſtillum, & *una* utrinque inter ſtamina longiora & calycem poſita.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: quorum *duo oppoſita* longitudine calycis, *quatuor* vero longiora. *Antheræ* erecto-patentes, acuminatæ.

PIST. *Germen* teres. *Stylus* longitudine germinis, altitudine ſtaminum. *Stigma* capitatum, integrum.

PER. *Siliqua* oblonga, inferne toroſa, ſcabra, biocularis, bivalvis: *diſſepimento* valvulis duplo ſæpius longiore, magno, compreſſo.

SEM. plura, globoſa.

OBS. *Hinc* Sinapis *calyce patente, unguibus vero Corollae erectis a Braſſica differt.*

SPEC. 1) *Arvenſis*, (wilder ſchwarzer Acker S. gelber Hederich,) ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro longioribus. *Loc.* Agris. *Fl.* Lut. May. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis, ſuib. pabul. & apib. ſemina oleum exhibent.

2) *Nigra*, (ſchwarzer S.) ſiliquis glabris apice tetragonis. *Loc.* Ruderatis, aggeribus. *Fl.* Jun. *Vis.* Incidens, rubefaciens, ſtimulans, acris.

272) RAPHANUS, (Rettich,) Linn. G. 822.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum, erectum: *foliolis* oblongis, parallelis, conniventibus, deciduis, baſi gibbis.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* obcordata, patentia, *ungues* calyce paulo longiores.
Glandulæ nectariferæ quatuor: *unica* utrinque inter ſtamen breve & piſtillum: *unica* vero utrinque inter ſtamina longiora & calycem.

STAM. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta: quorum *duo oppoſita* longitudine calycis, *quatuor* vero longitudine unguium corollæ. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* oblongum, ventricoſum, attenuatum, longitudine ſtaminum. *Stylus* vix ullus. *Stigma* capitatum, integrum.

PER. gibbum, oblongum cum acumine, glabrum, torulis ventricoſum, ſubarticulatum.

SEM. ſubrotunda, glabra.

OBS. Raphani T. *fructus ſpongioſus, bilocularis, non dehiſcens.* 1.
Raphaniſtri T. *fructus articularis, diſcedens ſecundum articulos.* 2.

SPEC. 1) *Sativus*, (Radiesgen, Monath R.) Siliquis teretibus, toroſis, bilocularibus: minor oblongus, maior rotundus. *Loc.* Eur. hortis. *Fl.* May.-Aug. *Uſ.* Culinaris, ad acetaria.
2) *Raphaniſtrum*, (Acker R. Hederich,) ſiliquis teretib. articulatis lævibus unilocularibus. *Loc.* Inter ſegetes. *Fl.* Alb. May.-Sept. *Uſ.* Culinaris.

273) ISATIS, (Wayd,) Linn. G. 824.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ovatis, patentiuſculis, coloratis, deciduis.

COR. tetrapetala, cruciformis. *Petala* oblonga, obtuſa, ſenſim attenuata in *ungues*, patentia.

STAM. *Filamenta* ſex, erecto-patentia, longitudine corollæ: horum *duo* breviora. *Antheræ* oblongæ, laterales.

PIST. *Germen* oblongum, anceps, compreſſum, longitu-

gitudine breviorum ſtaminum. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, capitatum.

ER. *Silicula* oblonga, lanceolato-obtuſa, compreſſa, anceps, unilocularis, non dehiſcens, bivalvis: *valvulis* navicularibus, compreſſis, carinatis, decidua.

EM. unicum, ovatum, intra centrum pericarpii.

SPEC. *Tinctoria*, (Färber W. Scharte,) fol. radicalib. crenatis, caulinis ſagittatis, ſiliculis oblongis. *Loc.* Montoſis, ſilvis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Foliorum cæruleo-tinctorius.

Claſſis XVI.

MONODELPHIA,

(Verwachſene Staubfäden in 1. Tropp.)

AL. *Perianthium* ſemper præſens, perſiſtens, in plurimis duplicatum.

OR. *Petala* 5. obcordata, latere altero amplectente proximum contra motum Solis.

TAM. *Filamenta* inferne coalita, ſuperne diſtincta, exteriora breviora. *Antheræ* incumbentes.

IST. *Receptaculum fructificationis* in centro floris prominet. *Germina* erecta, rotato-articulatim ambientia apicem receptaculi. *Styli* omnes coaliti inferne in unum corpus cum receptaculo, ſuperne diſtincti in tot, quot germina ſunt, fila. *Stigmata* patentia, tenuia.

ER. *Capſula* in tot locula, quot Piſtilla, diſtincta, variæ in variis figuræ; conſtat hæc ſæpe ex totidem Arillis connexis.

EM. reniformia.

RS. Corollam *huic claſſi plerumque monopetalam aſſignavit* TOURNEFORTIUS: *omnia tamen petala baſi diſtincta ſunt, licet filamentis in unum corpus coalitis cohærentia, hinc* Pentapetala *rectius dicatur.*

Diviſa fuere Genera hujus claſſis a ſolo fructu, qui non ſufficit: hinc ad folia confugere neceſſe viſum fuit Plurimis. Nos genera diſtinguimus a Calyce, qui magni momenti eſt, & limites abſolutos ponit.

Ord. II. DECANDRIA, (Mit 10. Staubf.)

74) GERANIUM, (Storchſchnabel,) L.G. 832.

AL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* ovatis, acutis, concavis, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, obcordata, vel ovata, patentia, magna.

Stam. *Filamenta* decem, ſubulata, apice patentia, *alterna* longiora, corolla breviora. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

Pist. *Germen* quinquangulare, roſtratum. *Stylus* ſubulatus, ſtaminibus longior, perſiſtens. *Stigmata* quinque, reflexa.

Per. nullum, fructus pentacoccus roſtratus.

Sem. ſolitaria, reniformia, ſæpe arillata, ariſta longiſſima demum ſpirali.

Spec. 1) *Paluſtre*, (Waſſer-Bruch-Sumpf-St. Schnabelkraut.) pedunculis bifloris longiſſimis, declinatis, fol. ſ lobis inciſis, petalis integris. *Loc.* Paludoſis, ſilvis. *Fl.* Sanguineus Jun. apib.

2) *Pratenſe*, (Wieſen St.) pedunculis bifloris, fol. ſubpeltatis, multipartitis pinnato-laciniatis rugoſis acutis, petalis integris. *Loc.* Pratis, ſilvis. *Fl.* May.

3) *Robertianum*, (ſtinckender St. Ruprechtskraut,) pedunculis bifloris, calycib. piloſis, 10. angulatis, fol, ſ-trive-partitis. *Loc.* Rupibus, muris. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Capr. equis pabulum.

4) *Sanguineum*, (blutröther St. Blutwurz-Kraut, rothe Hünerwurz,) pedunculis unifloris, fol. ſ. partitis, trifidis orbiculatis. *Loc.* Pratis ſiccis umbroſis, ſilvis. *Fl.* Ruber. May. *Uſ.* Radic. coriis parandis & apibus flores.

Ord. IV. POLYANDRIA,
(Mit vielen Staubfäden im Fruchtboden,)

275) ALTHÆA, (Eibiſch, Hemſt.) L. G. 839.

Cal. *Perianthium* duplex:

Exterius monophyllum, inæqualiter novemfidum, *laciniis* anguſtiſſimis, minus, perſiſtens.

Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, *lacinlis* latioribus, acutioribus, perſiſtentibus.

Cor. *Petala* quinque, baſi coalita, verticaliter cordata, præmorſa, plana.

Stam. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in cylindrum, ſuperne laxa, corolla inſerta. *Antheræ* fere reniformes.

Pist.

PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* numeroſa (viginti) ſetacea, longitudine ſtyli.

PER. *Arilli* in verticillum depreſſum inarticulati circum *Receptaculum* columnare, decidui introrſum dehiſcentes.

SEM. ſolitaria, compreſſo-reniformia.

SPEC. *Officinalis* (gewöhnl. E.H. fol. ſimplicibus tomentoſis. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Jul. *Vis.* Emolliens, inviſcans, nutriens. *Uſ.* Radic. ſiccatæ ad diapasma.

276) ALCÆA, (Pappel Pampelblume,) L.G. 840.

CAL. *Perianthium* duplex:

Exterius monophyllum, ſemiſexfidum, patentius, perſiſtens. *Interius* monophyllum, ſemiquinquefidum, majus, perſiſtens.

COR. *Petala* 5. baſi coalita, obcordata, maxima, emarginata, patentia.

STAM. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in cylindrum pentagonum, ſuperne laxa, corollæ inſerta. *Antheræ* ſub reniformes.

PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* numeroſa (20) ſetacea, longitudine ſtyli.

PER. *Arilli* articulati in verticillum circum *Receptaculum* columnare, depreſſum diſcedentes, introrſum dehiſcentes.

SEM. ſolitaria, compreſſo-reniformia.

SPEC. *Roſea*, (Stockroſen, Roſen P.) fol. ſinuato-anguloſis. *Loc.* Eur. hortis. *Fl.* Aug. *Vis.* Eadem cum Althæa.

277) MALVA, (Pappel,) Linn. G. 841.

CAL. *Perianthium*, duplex:

Exterius triphyllum, anguſtius foliolis cordatis perſiſtentibus, acutis.

Interius monophyllum, ſemiquinquefidum, majus, latius, perſiſtens.

COR. *Petala* quinque, baſi coalita, obcordata, præmorſa, plana.

STAM. *Filamenta* numeroſa, inferne coalita in cylindrum, ſuperne laxa, corollæ inſerta. *Antheræ* reniformes.

PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* cylindraceus, brevis. *Stigmata* plurima, ſetoſa, longitudine ſtyli.

PER. *Arilli* in verticillum depreſſum inarticulati circum *Receptaculum* columnare, decidui, introrſum dehiſcentes.

SEM. ſolitaria, reniformia.

SPEC. 1) *Sylveſtris*, (Wald P.) Haſenpappel, Pappeln,) caule erecto herbaceo, foliis 7. lobatis acutis, pedunculis petiolisque piloſis. *Loc.* Silvis, muris, viis. *Fl.* Jun.-Aug. Apibus.

2) *Alcæa*, Sigmarskraut-Wurz,) caule erecto, fol. multipartitis, ſcabriuſculis. *Loc.* Silvis, ad vias, dumetis. *Fl.* Jul. Aug. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis pabulum & apibus.

Claſſis XVII.

DIADELPHIA,

(Verwachſene Staubfäden in 2 Partheyen,)

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, marceſcens: *baſi* gibba, inferne pedunculo annexa, ſuperne obtuſa, mellifera: *ore* 5dentato, acuto, erecto, inæquali; *denticulo infimo impari* longiori, *pari ſupremo* breviori remotiori: *fundo* melleo liquore madido, receptaculum includente.

COR. *Papilionacea* dicta, inæqualis:

Petalis ſingulis diſtincto nomine inſignitis.

Vexillum: Petalum reliqua tegens, incumbens, majus, plano-horizontale, ungue ſuperiori margini receptaculi inſertum, extra calycem ad ſubrotundam figuram accedens, fere integrum, linea longitudinali præſertim verſus apicem, elevata, quaſi ad latera depreſſum fuiſſet petalum. Pars petali baſi proxima ad ſemicylindraceam accedens, ſubjecta amplectitur. Limbus petali utrinque deprimitur, latera autem margini proxima ſurſum reflectuntur, ubi dimidiatus tubus deſinit ad explicationem dimidiati limbi, fiunt a tergo duæ impreſſiones concavæ, ſubtus prominentes, quæ alas ſubjacentes comprimunt.

Alæ: Petala duo, paria, ad ſingulum latus floris ſingula, ſub vexillo poſita, margine incumbentia, parallela, ex ſubrotundo-oblonga, extrorſum latiora,

tiora, margine ſuperiori rectiore, inferiori ad rotunditatem magis dilatato; baſis biſida eſt in ſingulo, cujus pars inferior producitur in unguem, lateri receptaculi inſerto, longitudine circiter calycis; pars autem ſuperior brevior eſt, & inflexa.

Carina: Petalum infimum ſæpius bipartitum, ſub vexillo, intra alas collocatum, cymbiforme, concavum, lateribus compreſſum, ſitu natantis cymbæ, baſi mutilatum, cujus pars inferior extenditur in unguem, longitudine calycis, receptaculo inſertum: laciniæ autem laterales & ſuperiores breviores implicantur cum alarum parte conformi. Latera carinæ forma gaudent alis conſimili & ſitu fere æquali, licet inferiore & interiore, linea carinalis hujus petali ad medium usque recta extenditur, deinde ſenſim aſcendit ad ſegmentum circuli; Linea vero marginalis recta excurrit ad apicem, ubi cum carinali linea obtuſe deliqueſcit.

STAM. *Diadelpha* dicta: *Filamenta* duo, difformia, *alterum inferius* piſtillum involvens, *alterum ſuperius* piſtillo incumbens.

F. *inferius* germen vaginans, infra medium membranaceum, cylindraceum, longitudinaliter ſurſum dehiſcens; inde definit in partes 9. ſubulatas, longitudinem & flexuram carinæ ipſius corollæ imitantes, e quibus radii intermedii ſeu inferiores, per paria alterna longiores ſunt.

F. *ſuperius* ſubulato-ſetoſum, rimam filamenti prioris cylindracei tegens, incumbens, ſitu reſpondens, ſimplex, & ſecundum gradus brevius exiſtens, baſi ſua dehiſcit a reliquis: & melli utrinque exitum parat.

Antheræ ſimul numeratæ 10. ſunt: *unicum* in filamento ſuperiore: *novem* (ſingula anthera ſingulo radio filamenti inferioris inſidente:) vero in inferiore. Singulæ parvæ, æquales magnitudine, terminales.

PIST. unicum, ſuperum: *Germen* oblongum, teretiuſculum, leviter compreſſum, rectum, longitudine cylindri filamenti inferioris, a quo involvitur.

Stylus ſubulato-filiformis, aſcendens, longitudine & ſitu radiorum filamenti, inter quos collocatur, marceſcens.

Stigma pubeſcens, a parte ſurſum verſa, *Antheris* immediate ſubjectum.

PER. *Legumen* oblongum, compreſſum, obtuſum, bivalve, ſutura longitudinali ſupra & infra exiſtente, utraque recta, ſuperiore tamen prope baſin deſcendente, & inferiore prope apicem adſcendente, dehiſcens demum ſutura ſuperiore.

SEM. nonnulla, ſubrotunda, glabra, carnoſa, pendula, embryone prominulo verſus inſertionis hilum punctata. Excluſis ovis ſervant Cotyledones formam dimidiati ſeminis.

RECEPTACULA. *Seminalia propria* ſunt minima, breviſſima, baſi attenuata, diſco affigente obtuſa oblonga, inſerta longitudinaliter ſuturæ (tantum ſuperioris leguminis) ſitu alterno, ut ſeparatis valvulis alterna ſemina valvulæ adhæreant ſingulæ.

OBS. Claſſis *hæc eſt naturaliſſima, & inter omnes ſingularis ſtructuræ floris.*

FLORUM ſitus communis *eſt oblique pendulus ad angulum ſcilicet acutum a linea perpendiculari.*

Leguminis figura *non tanti eſt, ac a Syſtematicis facta, nec adeo abſolute pro diſtinguendis generibus accipienda, ac hactenus recepta fuit.* Calyx *autem licet vulgo vili æſtimatus, magni in genere faciendus eſt: nec* Folia *pro characteribus unquam aſſumi debent.*

Ord. I. HEXANDRIA, (Mit 6 Staubf.)

278) FUMARIA, (Erdrauch,) Linn. G. 849.

CAL. *Perianthium* diphyllum: *foliolis* oppoſitis, æqualibus, lateralibus, erectis, acutis, parvis, deciduis.

COR. oblonga, tubulata, ringens, palato prominente, faucem claudente.

Labium ſuperius planum, obtuſum, emarginatum, reflexum. (*Vexillum.*)

Nectarium eſt baſis Labii ſuperioris, poſtice prominens, obtuſa.

Lab. inferius ſuperiori omnino ſimile verſus baſin carinatum. (*Carina.*)

Nectarium eſt baſis carinata, licet minus prominens in hoc. (*Alæ.*)

Faux tetragona, obtuſa, perpendiculariter bifida.

STAM. *Filamenta* 2. æqualia, lata, intra ſingulum labium

bium ſingula, incluſa, acuminata. *Antheræ* tres in ſingulo filamento, terminales.

Pist. *Germen* oblongum, compreſſum, acuminatum. *Stylus* brevis. *Stigma* orbiculatum, erectum, compreſſum.

Per. *Silicula* unilocularis.

Sem. ſubrotunda.

Obs. Stamina *in hocce genere fere ſola conſtantia obſervantur.* Fumariæ *off.* *Silicula ſubrotunda, ſæpe monoſperma, decidua.*

Spec. *Officinalis*, (gewöhnl. E. Taubenkropf.) pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule diffuſo. *Loc.* Agris, montibus. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Balſamica, tonica, pellens. *Uſ.* Bob. capr. ovibus pabulum.

Ord. II. OCTANDRIA, (Mit 8 Staubf.)

279) POLYGALA (Creuzblume,) Linn. G. 851.

Cal. *Perianthium* triphyllum, parvum: *foliolis* ovatis, acutis, *duobus* infra corollam, *unico* ſupra eandem, perſiſtentibus.

Cor. Papilionacea ex figura, numero petalorum indeterminato exiſtente.

Alae ſubovatæ, planæ, maximæ, extra reliquas corollæ partes poſitæ, ex dentibus calycis factæ perſiſtentes. *Vexillum* fere cylindraceum, tubulatum, breve, *ore* reflexo, parvo, bifidum.

Carina concava, compreſſa, verſus apicem ventricoſa.

Appendix Carinae Corpora plerisque 2. tripartita, penicilliformia, carinæ verſus apicem affixa.

Stam. *Filamenta* diadelphia, (octo connata,) carina incluſa. *Antheræ* octo, ſimplices.

Pist. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, erectus. *Stigma* terminale craſſiuſculum, bifidum.

Per. *Capſula* turbinato-cordata, compreſſa, *margine* acuto: bilocularis, bivalvis, *diſſepimento* valvis contrario, *margine* utrinque dehiſcens.

Sem. ſolitaria, ovata.

Obs. *Appendix carinae in diverſis diverſus eſt, & multis appendix, penicilliformis deeſt, unde imberbes dictae.*

Spec. *Vulgaris*, (gemeine C. Himmelfarts-Natter-

ter-Milch-Blume, Stamſel.) florib. criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicib. procumbentib. fol. lineari-lanceolatis. *Loc.* Pratis, montoſis, ſilvis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Bob. capr. ovib. pabulum.

Ord. III. DECANDRIA. (Mit 10 Staubf.)

280) SPARTIUM, (Pfriemen,) Linn. G. 858.

CAL. *Perianthium* monophyllum, cordato-tubulatum: ſummo margine breviſſimum inferne, verſus apicem 5. denticulis notatum, coloratum, parvum.

COR. papilionacea, pentapetala.
Vexillum obcordatum, totum reflexum, maximum.
Alæ ovatæ, oblongæ, vexillo breviores, filamentis annexæ.
Carina dipetala, lanceolata, oblonga, alis longior, margine carinali villis connexo, filamentis inſerta.

STAM. *Filamenta* decem, connata, inæqualia, ſenſim longiora, *ſuperius* breviſſimum: *inferius* novemfidum. *Antheræ* oblongiuſculæ.

PIST. *Germen* oblongum, hirſutum. *Stylus* ſubulatus, aſſurgens. *Stigma* ſuperiori lateri apicis adnatum, oblongum, villoſum.

PER. *Legumen* cylindraceum, longum, obtuſum, uniloculare, bivalve.

SEM. plura, globoſo-reniformia.

SPEC. *Scoparium*, (Gniſt-Pfriemen-Beſen-Kr.) fol. ternatis, ſolitariisque, ramis inermib. angulatis. *Loc.* Arenoſis, ſilveſtribus, montoſis. *Fl.* Flav. Jun. apibus. *Uſ.* Ad ſepes in hortis, coriis parandis, ſemina toſta ſuccedaneum Coffeæ.

281) GENISTA, (Ginſter, Genſt,) Linn. G. 859.

CAL. *Perianthium* monophyllum, parvum, tubulatum, fere bilabiatum: *labio ſuperiori* bidentato, profundius diviſo: *labio inferiori* tridentato, fere æquali.

COR. papilionacea. *Vexillum* ovato-acutum, a carina remotum, totum reflexum.
Alæ oblongæ, laxæ; reliquis breviores.
Carina recta, emarginata, vexillo longior.

STAM. *Filamenta* decem, connata, e carina emergentia. *Antheræ* ſimplices.

PIST.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* acutum, involutum.
PER. *Legumen* ſubrotund., turgidum, uniloculare, bivalve.
SEM. ſolitaria, ſæpius reniformia.
SPEC. 1) *Tinctoria*, (Färber G. Pfriemen, gelbe Färberblume,) fol. lanceolatis glabris, ramis ſtriatis, teretibus erectis. *Loc.* Silvis, montoſis. *Fl.* Luteus Mai. Jul. *Uſ.* Ad ſepes humiles in hortis; bob. capr. ovib. pabul. luteo-tinctorius, & pictorum Schütgelb, ex lac præparatur.
2) *Germanica*, (kleiner teutſcher G. Pfr.) ſpinis compoſitis, ramis floriferis inermibus, fol. lanceolatis. *Loc.* Silvis, montoſis. *Fl.* Mai.-Jul.

282) ONONIS, (Hauhechel,) Linn. G. 863.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum, longitudine fere corollæ: *laciniis* linearibus, acuminatis, leviter ſurſum arcuatis: *infima* ſub carina.
COR. papilionacea. *Vexillum* cordatum, ſtriatum lateribus depreſſum magis reliquis. *Alæ* ovatæ, vexillo dimidio breviores.
Carina acuminata, alis fere longior.
STAM. *Filamenta* 10. in cylindrum integrum connata, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, villoſum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.
PER. *Legumen* rhombeum, turgidum, ſubvilloſum, uniloculare, bivalve.
SEM. pauca, reniformia.
SPEC. *Spinoſa*, (Stall-Ochſen-Kraut, Ochſenbreg,) florib. racemoſis geminis, ſubſeſſilibus ſolitariis lateralibus, fol. ternatis; ſuperiorib. ſolitariis; mitis, ramis inermibus ſubvilloſis: *Spinoſa* caule ſpinoſo. *Loc.* Aridis, montoſis, viis. *Fl.* purpur. Jul.-Sept. *Vis.* Radic. diuretica, pellens. *Uſ.* Bob. capr. ovib. pabul.

283) ANTHYLLIS, (Wolblume,) Linn. G. 864.

CAL. *Perianth.* monophyllum, ovato-oblongum, parum inflatum, villoſum, *ore* 5dentato, inæquali; perſiſtens.
COR. papilionacea. *Vexillum* longius, lateribus reflexis, ungue longitudine calycis.
Alæ duæ oblongæ, vexillo breviores.
Carina compreſſa, longitudine alarum, alis ſimilis.

STAM.

STAM. *Filamenta* 10. connata aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſcendens. *Stigma* obtuſum.
PER. *Legumen* ſubrotundum, tectum, intra calycem, minimum, bivalve.
SEM. unum, alterumve.
SPEC. *Vulneraria*, (Wund-Kraut-Klee, groſſer-gelber-Haſen-Kazen-Klee,) herbacea, fol. pinnatis inæqualib. capitulo duplicato. *Loc.* Montoſis, pratis. *Fl.* Mai. Jun. *Uſ.* Bob. capr. ovib. pabul. herba luteo colore veſtes ruſticorum inficit. Color florum, ruber, luteus, albus variat ratione terræ.

284) PHASEOLVS, (Bohnen,) Linn. G. 866.

CAL. *Perianthium* monophyllum, bilabiatum: *labio ſuperiore* emarginato, *inferiore* tridentato.
COR. papilionacea. *Vexillum* cordatum, obtuſum, emarginatum, reclinatum, lateribus reflexis. *Alæ* ovatæ, longitudine vexilli, unguibus longis inſidentes.
Carina anguſta, ſpiraliter contra ſolem revoluta.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) intra carinam, ſpiralia. *Antheræ* decem, ſimplices.
PIST. *Germen* oblongum, compreſſum, villoſum. *Stylus* filiformis, ſpiraliter inflexus, ſuperne pubeſcens. *Stigma* obtuſum, craſſiuſculum, villoſum.
PER. *Legumen* longum, rectum, coriaceum, obtuſum cum acumine.
SEM. reniformia, oblonga, compreſſa.
OBS. *Carina cum contentis genitalibus ſpiralis, eſſentialis eſt nota.* Calyx *alius exterior dyphyllus ſubrotundus in multis ſpeciebus adeſt.*
SPEC. *Vulgaris*, (gemeine B.) volubilis, floribus racemoſis geminis, bracteis calyce minoribus, leguminib. pendulis, flore albo; *coccineus* flore coccineo, (türkiſche B.) *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Mai. Jul. *Uſ.* Culinaris ad olera, acetaria: fabæ pulveriſatæ ad diapaſma ſine cortice duriore.

285) PISUM, (Erbſe,) Linn. G. 870.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum, acutum, perſiſtens: *laciniis duabus ſuperioribus* latioribus.
COR.

Cor. papilionacea. *Vexillum* latiſſimum, obcordatum, reflexum, emarginatum cum acumine.
Alæ duæ, ſubrotundæ, conniventes, vexillo breviores.
Carina compreſſa, ſemilunulata, alis brevior.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (*unicum* ſimplex ſuperius, ſubulato-planum: & *novem* ſubulata infra medium in cylindrum, ſuperne fiſſum, coalita. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* oblongum, compreſſum. *Stylus* aſcendens, triangulus, membranaceus, carinatus, extrorſum flexis lateribus. *Stigma* angulo ſuperiori adnatum, oblongum, villoſum.
Per. *Legumen* magnum, longum, teretiuſculum (vel compreſſum deorſum,) apice ſurſum acuminato, uniloculare, bivalve.
Sem. plura, globoſa.
Spec. 1) *Sativum*, (zahme E.) petiolis teretibus, ſtipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris; hortenſe majus, (Zucker-Erbſen,) ſine cortice duriore. *Loc.* Cultis, agris, hortis. *Fl.* alb. ſubruber. Mai. Jun. *Uſ.* Culinaris ad olera.
2) *Arvenſe*, (Stock-E.) petiolis tetraphyllis, ſtipulis crenatis, pedunculis unifloris. *Loc.* Inter ſegetes. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Culinar. pecorib. pabul.

286) OROBUS, (Erven, Kichern,) Linn. G. 871.

Cal. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, baſi obtuſum: *ore* obliquo, 5dentato, breviſſimo: *denticulis tribus inferioribus* acutioribus: *duobus ſuperioribus* brevioribus, profundius & obtuſe diviſis: marceſcens.
Cor. papilionacea. *Vexillum* obcordatum, apice lateribusque reflexum, longius.
Alæ duæ, oblongæ, longitudine fere vexilli, aſſurgentes, conniventes.
Carina inferne manifeſte bifida, acuminata, aſſurgens: *marginibus* conniventibus, parallelis, compreſſis: *fundo* ventricoſo.
Stam. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum) aſcendentia. *Antheræ* ſubrotundæ.
Pist. *Germen* cylindraceum, compreſſum. *Stylus* filiformis, ſurſum flexus, erectus. *Stigma* lineare, latere interiori a medietate ad apicem ſtyli pubeſcens.
Per. *Legumen* teres, longum, apice acuminato aſcendente, uniloculare, bivalve.

Sem.

Sem. plurima, ſubrotunda.

Spec. 1) *Vernus*, (Frühlings-E. rothe-Wald-Wicken-Kichern,) fol. pinnatis ovatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *Loc.* Nemoroſis, montoſis. *Fl.* Purpur. May. *Uſ.* Bob. capr. ovibus, equis, pabulum.

2) *Tuberoſus*, (knollichte E. falſch Süſsholz, Waldwicken,) fol. pinnatis lanceolatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *Loc.* Pratis, ſilvis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Bob. capr. ovibus, equis, pabul. & apib. Radix in annonæ difficultate aliment.

287) LATHYRUS, (Platerbſe,) Linn. G. 872.

Cal. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum, campanulatum: *laciniis* lanceolatis, acutis: ſuperioribus duabus brevioribus, infima longiore.

Cor. papilionacea. *Vexillum* obcordatum, maximum lateribus & apice reflexum,
Alæ oblongæ, lunulatæ, breves, obtuſæ.
Carina ſemiorbiculata, magnitudine alarum, iisque latior, in medio introrſum dehiſcens.

Stam. *Filam.* diadelpha, aſſurgentia. *Antheræ* ſubrotundæ.

Pist. *Germen* compreſſum, oblongum, lineare. *Stylus* ſurſum erectus, planus, ſuperne latior, apice acuto. *Stigma* villoſum, a medietate ſtyli ad apicem antice.

Per. *Legumen* longiſſimum, cylindraceum vel compreſſum, acuminatum, bivalve.

Sem. plura, cylindracea, globoſa, vel parum angulata.

Spec. 1) *Odoratus*, (wohlriechende P. ſpaniſche Wicken,) pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, fol. ovato-oblongis, leguminibus hirſutis. *Loc.* Europæ hortis. *Fl.* Suaveolens purpur. & rubro-albus Jun. Aug.

2) *Tuberoſus*, (knollichte P. Erd-Nus-Mäusgen-Feigen-Eicheln, falſch Schweinbrod,) pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalib. internodiis nudis. *Loc.* Montoſis, ſilvis, inter ſegetes. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Bob. capr. ov. equis, pabul. & apib. radix eſculenta in annonæ penuria ad alimentum.

3) *Pratenſis*, (Wieſen-P. Kichern, gemeine gelbe-Vogel-Honig-Zaunwicken,) pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis, foliolis lanceolatis. *Loc.* Pratis, ſilvis, ad muros. *Fl.* Luteus, May. *Uſ.* Bob. capr. ovibus, equis, pabulum & apibus.

4) *Sil-*

4) *Silveſtris*, (wilde P. Wald-Kichern,) pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis enſiformibus, internodiis membranaceis. *Loc.* Montoſis, ſilvis. *Fl.* Jul. apibus.

288) VICIA, (Wicke,) Linn. G. 873.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, erectum, ſemiquinquefidum, acutum, ſurſum obliquum, *dentibus ſuperioribus* brevioribus, conniventibus: *omnibus* æqualis latitudinis.

COR. papilionacea. *Vexillum* ovale, ungue lato oblongo, apice emarginatum cum acumine, lateribus reflexum, linea longitudinali compreſſa elevata.

Alæ duæ, oblongæ, rectæ, ſemicordatæ, ungue oblongo, vexillo breviores.

Carina ungue oblongo, bipartito: ventriculo compreſſo, ſemiorbiculato, alis breviore.

STAM. *Filamenta* diadelpha. *Antheræ* erectæ, ſubrotundæ, quadriſulcæ.

Nectarii glandula intra ſtamen compoſitum & germen e receptaculo oritur brevis, acuminata.

PIST. *Germen* lineare, compreſſum, longum. *Stylus*, filiformis, brevior, ad angulum erectum aſcendens. *Stigma* obtuſum ſub apice barbatum.

PER. *Legumen* longum, coriaceum, bivalve, uniloculare, acumine terminatum. SEM. plura, ſubrotunda.

SPEC. 1) *Cracca*, (Vogelwicke, groſſe blaue Waldwicke,) pedunculis multifloris, florib. imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris. *Loc.* Pratis, agris. *Fl.* Jun. *Uſ.* Bobus, capris, ovibus, equis, pabulum & apibus.

2) *Sativa*, (Futer-Heide-W.) leguminibus ſeſſilib. ſubinatis erectis, foliis retuſis, ſtipulis notatis. *Loc.* Cultis, inter ſegetes. *Fl.* Jun *Uſ.* Herba bob. capr. ovib. equis, flores apibus, ſemina avib. gallinis, columbis, ſuib. pabulum; & in annonæ penuria loco panis.

3) *Sepium*, (wilde Waid-Zaun-W.) Leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ovatis acutis integerrimis, exterioribus decreſcentibus. *Loc.* Sepibus. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Bob. vaccis capr. ovib. equ. ſuibus pabulum.

4) *Faba*, (Buffbohne,) caule erecto, petiolis abs-

que cirrhis: minor ſ. equina, (Saubohne,) corollarum odoratarum ala in medio macula atra holoſericea; foliola convoluta, ſemina ovata, compreſſa. *Loc.* Cultis, agris. *Uſ.* Seminum culinaris, ſuccedaneum panis.

289) ERVUM, (Linſe,) Linn. G. 874.

CAL. *Perianthium* ſpartitum, longitudine fere corollæ: *laciniis* linearibus, acuminatis, fere æqualibus.

COR. papilionacea. *Vexillum* planum, leviter reflexum, ſubrotundum, majus.
Alæ obtuſæ, vexillo dimidio breviores.
Carina alis brevior, acuminata.

STAM. *Filamenta* diadelpha, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum, imberbe.

PER. *Legumen* oblongum, obtuſum, teres, ſeminibus protuberantibus, nodoſum.

SEM. quatuor, fere ſubrotunda.

OBS. Differt a vicia ſolo *Stigmate.*

SPEC. 1) *Lens*, (gemeine L.) pedunculis ſubbifloris, ſeminib. compreſſis convexis, foliolis integerrimis, ſtipulis indiviſis. *Loc.* Inter ſegetes. *Fl.* Jun. *Uſ.* Seminum alimentarius hominib. & animalibus.

2) *Hirſutum*, (zottige L. kleine wilde rauhe Feldwicke.) pedunculis multifloris, ſeminib. globoſis binis. *Loc.* Agris. *Fl.* Jun.

290) CYTISUS, (Geisklee,) Linn. G. 877.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, breve, baſi obtuſum: *ore* bilabiato: *ſuperiore* bifido, acuminato: *inferiori* tridentato.

COR. papilionacea. *Vexillum* ovatum, aſſurgens, lateribus reflexis. *Alæ* longitudine vexilli, rectæ, obtuſæ.
Carina ventriculoſa, acuminata.

STAM. *Filamenta* diadelpha, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* obtuſum.

PER. *Legumen* oblongum, obtuſum, baſi anguſtum, rigidum.

SEM.

SEM. nonnulla, reniformia, compreſſa.

SPEC. *Nigricans*, (ſchwärzlicher G.) racemis ſimplicib. erectis, foliolis ovato-oblongis. *Loc.* Montoſis, ſilvis. *Fl.* Jun. Jul.

2) *Cajan.* (Indianiſcher G.) racemis axillarib. erectis, foliolis ſublanceolatis tomentoſis: intermedio longius petiolato. *Loc.* Eur. hortis. *Fl.* Luteus Jun. *Uſ.* Seminum eſculentus & columbis pabulum.

291) CORONILLA, (Kronwicke,) L. G. 883.

CAL. *Umbellula* ſimplex. *Perianthium* monophyllum, breviſſimum, compreſſum, bifidum, erectum, *dentibus tribus inferioribus* minoribus, ſuperioribus *duobus* coalitis, perſiſtens.

COR. papilionacea.

Vexillum cordatum, undique reflexum, alis vix longius.

Alæ ovatæ, ſurſum conniventes, deorſum dehiſcentes, obtuſæ.

Carina compreſſa, acuminata, aſcendens, alis ſæpius brevior.

STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum,) ad angulum fere rectum aſcendentia, apicibus latiuſculis. *Antheræ* ſimplices, parvæ.

PIST *Germen* teres, oblongum. *Stylus* ſetaceus, aſcendens. *Stigma* parvum, obtuſum.

PER. *Legumen* longiſſimum, teres rectum, inter ſingula ſemina iſthmis contractum, bivalve, unilociulare, articulatim diſcedens.

SEM. plura.

SPEC. *Varia*, (bunte K. falſches Saintfoin, Peltſchenkraut.) herbacea, leguminibus erectis teretib. torofis numeroſis, foliolis plurimis glabris. *Loc.* Montoſis, collibus. *Fl.* Jul. Aug.

292) ORNITHOPUS, (Vogelfus,) Linn. G. 884.

CAL. Umbella ſimplex. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, *ore* quinquedentato, fere æquali, perſiſtens.

COR. papilionacea.

Vexillum obcordatum, integrum.

Alæ ovatæ, rectæ, magnitudine vix vexilli.

Carina compreſſa, minima.

STAM. *Filamenta* diadelpha. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* lineare. *Stylus* ſetaceus, aſcendens. *Stigma* punctum terminale.
PER. *Legumen* ſubulatum, teres, arcuatum, articulatum, iſthmisque interceptum, articulatim diſcedens.
SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

SPEC. *Perpuſillus*, (kleiner V.) fol. pinnatis, leguminibus ſubarcuatis, articulis leguminum ſubrotundis lævibus. *Loc.* Montoſis arenoſis. Fl. Jun.

293) HIPPOCREPIS, (Hufeiſen) Linn. G. 885.

CAL. Umbella ſimplex. *Perianthium* monophyllum, ſdentatum, *denticulis duobus ſuperioribus*, conjunctis, minusque diviſis, perſiſtens.
COR. papilionacea.
Vexillum cordatum, ungui longitudine calycis inſidens.
Alæ ovato-oblongæ, obtuſæ.
Carina lunulata, compreſſa.
STAM. *Filam.* diadelpha, aſcendentia. *Anth.* ſimplices.
PIST. *Germen* tenue, oblongum, deſinens in *Stylum* ſubulatum, aſcendentem. *Stigma* ſimpliciſſimum.
PER. *Legumen* compreſſo membranaceum, longiſſimum, incurvatum, ſutura altera fere ad ſuperiorem inciſum multoties, ſinubus ſubrotundis, hinc *articulis* conſtans obtuſe trigonis, plurimis, ſutura ſuperiore connexis.
SEM. ſolitaria ſingulo articulo, oblonga, incurva.
OBS. *Eſſentialis character in Legumine ſoleæ equinæ forma conſtat.*

SPEC. *Comoſa*, (zopfiges H.) leguminibus pedunculatis confertis, margine exteriore repandis. *Loc.* Montoſis. *Fl.* May.

294) HEDYSARUM, (Süſsklee) Linn. G. 887.

CAL. *Perianthium* monophyllum, ſemiquinquefidum: *laciniis* ſubulatis, erectis, perſiſtentibus.
COR. papilionacea, ſtriata.
Vexillum reflexo-compreſſum, ovato-oblongum, emarginatum longum.
Alæ oblongæ, reliquis anguſtiores, rectæ.
Carina recta, compreſſa, extrorſum latior, fere rectangulo obtuſa, a baſi ad gibbum bifida.
STAM. *Filamenta* diadelpha, (ſimplex & novemfidum)

ad

ad angulum rectum inflexa. *Antheræ* ſubrotundæ, compreſſæ.

PIST. *Germen* tenue, compreſſum, lineare. *Stylus* ſubulatus, ut ſtamina inflexus. *Stigma* ſimpliciſſimum.

PER. *Legumen* articulis ſubrotundis, compreſſis, monoſpermis, bivalvibus.

SEM. reniforme, ſolitarium.

OBS. *Pericarpium in hoc genere parum differt, hinc in varia genera dilaceratum fuit.*

Onobrychis *T. Legumen unico articulo conſtans.*

SPEC. *Onobrychis*, (türkiſcher Klee, Schweizer-Hanenkam-Klee, Hanenkopf, Eſperſette,) fol. pinnatis, leguminibus monoſpermis aculeatis, corollarum alis calyce breviorib. caule elongato: incana, foliis longioribus. *Loc.* Cultis, pratis. *Fl.* rubro-purpur. May. Jun. *Uſ.* Folior. equis, jumentis pabulum.

295) ASTRAGALUS, (Tragant,) Linn. G. 892.

CAL. *Perianthium* monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, acutum, *denticulis inferioribus* gradatim minoribus.

COR. papilionacea.

Vexillum longius reliquis, lateribus reflexum, emarginatum, obtuſum, rectum.

Alæ oblongæ, vexillo breviores.

Carina longitudine alarum, emarginata.

STAM. *Filamenta* diadelpha, fere recta. *Antheræ* ſubrotundæ.

PIST. *Germen* teretiuſculum. *Stylus* ſubulatus, aſcendens. *Stigma* obtuſum.

PER. *Legumen* biloculare: *loculis* ad alterum latus magis flexis.

SEM. reniformia.

SPEC. *Glyccyphyllos*, (wildes Süſsholz, Foenugrec, Steinwicken,) cauleſcens proſtratus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis, foliis ovalibus pedunculo longioribus. *Loc.* Nemoroſis, montoſis. *Fl.* Jul. *Uſ.* Pecorib. pabul. folia dulcia.

296) TRIFOLIUM, (Klee.) Linn. G. 896.

CAL. *Umbellula* ſ. capitulum receptaculo communi. *Perianthium* monophyllum, tubulatum quinquedentatum, perſiſtens.

Cor. papilionacea, ſæpius perſiſtens, marceſcens.
Vexillum reflexum.
Alæ vexillo breviores.
Carina alis brevior.
Stam. *Filamenta* diadelpha. *Antheræ* ſimplices.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* ſubulatus, aſcendens. *Stigma* ſimplex.
Per. *Legumen* breve, univalve, non dehiſcens, deciduum.
Sem. pauciſſima, ſubrotunda.
Obs. *Characterem hujus generis abſolutum cum nota ſua vera & eſſentiali, inter omnes dare difficillimum iudico.*

Spec. 1) *Melilotus officinalis*, (gemeiner teutſcher gelber Steinklee,) leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis acutis, caule erecto. *Loc.* Saxoſis, pratis. *Fl.* Flav. & alb. Jul.-Sept. *Vis.* Anodyna, emolliens, reſolvens, lubricans. *Uſ.* Pecorib. bob. capr. ovib. equis, ſuib. pabulum.

2) *Hybridum*, (Baſtart K.) capitulis umbellatis, leguminibus tetraſpermis, caule adſcendente. *Loc.* Cultis, Eur. hortis. *Fl.* Alb. apib. pabulum.

3) *Repens*, (kriechender K. Bienenklee, kleiner weiſſer Wieſen Honigk.) Capitulisum bellaribus, ſubrotundis, leguminibus tetraſpermis, floſculis pedunculatis, caule repente. *Loc.* Paſcuis. *Fl.* Alb. Aug. *Uſ.* Pabul. pecorib. & apibus flores ſiccati loco panis in annona.

4) *Pratenſe*, (gemeiner groſſer braunrother Wieſenklee, Himmelbrod.) ſpicis ſubvilloſis, cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis. *Loc.* Pratis. *Fl.* May.-Aug. *Uſ.* Vaccis, bob. capr. ovib. equ. ſuib. pabul. & apib. Floſculi ſiccati loco panis *Scotis;* florum capitula veſtimenta eorum lanea inficiunt colore viridi.

5) *Arvenſe*, (Acker K. Haſen K.-Pfötchen,) ſpicis villoſis ovalibus dentib. calycinis ſetaceis æqualib. *Loc.* Agris. *Fl.* Jul. coriis parandis.

297) LOTUS (Schotenklee,) Linn. G. 897.

Cal. *Umbellula* ſimplex. *Perianthium* monophyllum, teres, ſemiquinquefidum, *dentibus* acutis, æqualibus, erectis, perſiſtens.
Cor. papilionacea.

Vexil-

Vexillum ſubrotundum, deorſum flexum: ungue oblongo, concavo.
Alæ ſubrotundæ, vexillo breviores, latæ, ſurſum conniventes.
Carina inferne gibba, ſuperne clauſa, acuminata, aſcendens, brevis.
STAM. *Filamenta* diadelpha, aſcendentia, apicibus latiuſculis. *Antheræ* parvæ, ſimplices.
PIST. *Germen* teres, oblongum. *Stylus* ſimplex, aſcendens. *Stigma* punctum inflexum.
PER. *Legumen* cylindraceum, ſtrictum, farctum, calyce longius, multiloculare, bivalve, uniloculare.
SEM. plura, cylindrica.
SPEC. 1) *Siliquoſus*, (Wieſen S.) leguminib. ſolitariis membranaceo-quadrangulis, caulibus procumbentib. foliis ſubtus pubeſcentib. *Loc.* Montoſis pratis ſubhumidis. *Fl.* Lut. Jun.
2) *Corniculatus*, (kleiner gelber gehörnter S. Walzenkraut, Honig-Horn-Klee.) florum capitulis depreſſis, caulibus herbaceis decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. Trifolium corniculatum. *Loc.* Aridis, agris ſepibus, pratis. *Fl.* Luteus May. *Uſ.* Pecorib. pabul. & apibus.

298) TRIGONELLA, (Trigonelle,) L. G. 898.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, ſequinquefidum; *denticulis* ſubulatis, fere æqualibus.
COR. papilionacea, quaſi tripetala.
Vexillum ſubovatum, obtuſum, reflexo-patens.
Alæ duæ, ovato-oblongæ, extrorſum reflexo-patentes: ut vexillum cum alis quaſi conſtituat corollam tripetalam regularem.
Carina breviſſima, obtuſa, umbilicum floris occupans.
STAM. *Filamenta* diadelpha brevia, aſſurgentia. *Antheræ* ſimplices.
PIST. *Germen* ovato-oblongum. *Stylus* ſimplex, aſſurgens. *Stigma* ſimplex.
PER. *Legumen* ovato-oblongum, compreſſum, tectum.
SEM. plura, ſubrotunda.
OBS. *Sola Corollæ figura ab omnibus diſtinctum evadit genus.*
SPEC. 1) *Corniculata*, (gehörn'er T.) leguminibus pedunculatis, congeſtis declinatis, ſubfalcatis, florib.

ſpicatis, pedunculis communibus longis ſubſpinoſis, caule erecto. *Loc.* Silvis. *Fl.* Jul.

2) *Foenum græcum*, (Bockshorn, griechiſch Heu, Siebenzeit,) leguminibus ſeſſilib. ſtrictis erectiuſculis ſubfalcatis acuminatis, caule erecto. *Loc.* Cultis. *Fl.* Jun. *Vis.* Inviſcans, nutriens, emolliens; equis medicamentum proficuum.

299) MEDICAGO, (Schneckenklee,) L. G. 899.

CAL. *Perianthium* monophyllum, rectum, campanulato-cylindraceum, ſemiquinquefidum, acuminatum, æquale.

COR papilionacea.

Vexillum ovatum, integrum, marginibus inflexis, totum reflexum.

Alæ ovato-oblongæ, appendice carinæ affixæ, lateribus conniventibus ſub carina.

Carina oblonga, bifida, patens, obtuſa, deflexa a piſtillo & hians a vexillo.

STAM. *Filamenta* diadelpha, coalita fere ad apices. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* pedicellatum, oblongum, incurvatum, compreſſum, filamentis involutum, e carina exiliens, vexillum reflectens, definens in *Stylum* brevem, ſubulatum, fere rectum. *Stigma* terminale minimum.

PER. *Legumen* compreſſum, longum, inflexum.

SEM plura, reniformia vel angulata.

SPEC. 1) *Sativa*, (Lucerne, Spargel-Schneckenklee,) pedunculis racemoſis, leguminibus contortis, caule erecto glabro. *Loc.* Cultis & apricis Galliæ. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Pecorib. pabulum.

2) *Falcata*, (wilder gelber Sichelklee, groſſer Steinklee, ſchwediſch Heu,) pedunculis racemoſis, leguminibus lanatis, caule proſtrato. *Loc.* Montoſis, viis, pratis apricis, ſiccis. *Fl.* Flav. Jun. Jul. apibus. *Uſ.* Pecorib. pabulum.

Claſſis XVIII.

POLYADELPHIA.

(Mit verwachſenen Staubfäden in mehr als zwey Partheyen.)

Ord.

Ord. IV. POLYANDRIA (Viele dem Fruchtboden einverleibte Staubfäden.)

300) HYPERICUM, (Johannis Pflanze,) L. G. 902.

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* ſubovatis, concavis, perſiſtentibus.

COR. *Petala* quinque, oblongo-ovata, obtuſa, patentia, ſecundum motum ſolis notata.

STAM. *Filamenta* numeroſa, capillaria, baſi coalita in quinque ſeu tres phalanges. *Antheræ* parvæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum. *Styli* 3. (ſimplices interdum 1. 2. 5.) ſimplices, diſtantes, longitudine ſtaminum. *Stigmata* ſimplicia.

PER. *Capſula* ſubrotunda, *loculis* numero ſtyli.

SEM. plurima, oblonga.

SPEC. 1) *Perforatum*, (gemeines durchſtochenes I. Hexenkraut, Hartheu.) floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido-punctatis. *Loc.* Pratis, ſilvis, ſepibus. *Fl.* Jun.-Sept. *Vis.* Vulneraria, reſolvens, antiverminoſa. *Uſ.* Flores aperti apibus proficui, nondum aperti flavotinctorii: pecorib. pabul. junior planta: ſpiritum frumenti purpure ocolore flores tingunt.

2) *Hirſutum*, (zotige I.) floribus trigynis, calycibus ſerrato-glanduloſis, caule tereti erecto, foliis ovatis ſubpubeſcentibus. *Loc.* Silvis, montibus. *Fl.* Jun. Jul. rubro-tinctor.

Claſſis XIX.

SYNGENESIA,

(Mit verwachſenen Staubbeuteln;)

SYNGENESIA * Compoſiti Tournef. Riv. Raj. Herm. &c.

FLOSCULI Character Naturalis.

CAL. Corona ſeminis, apici germinis inſidens. (*Vide ſeminis coronam.*)

COR. monopetala *Tubo* anguſtiſſimo, longo, germini inſidens: *eſt vel*

α. TUBULATA: *Limbo* campanulato, quinquefido: *laciniis* reflexo-patentibus.

β. LIGULATA: *Limbo* lineari plano, extrorſum verſo, apice integro, tridentato vel ϛdentato, truncato.

γ. NULLA: *Limbo* deſtituta, *tuboque* ſæpe carens.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima, collo corollulæ inſerta. *Antheræ* totidem, lineares, erectæ, lateribus coalitæ in cylindrum tubulatum, quinquedentatum, longitudine limbi.

PIST. *Germen* oblongum, inferum ſub corollula, ſupra receptaculum commune. *Stylus* filiformis, erectus, ſtaminum longitudine, Antherarum cylindrum perforans. *Stigma* bipartitum, *laciniis* revolutis, patentibus.

PER. verum nullum, licet in quibusdam *Cruſta* coriacea.

SEM. unicum, oblongum, ſæpe tetragonum, baſi ſæpius anguſtiore.

Coronatum PAPPO *radiis* plurimis in orbem poſitis *ſimplicibus* vel *radiatis*, vel *ramoſis*: eoque pappo vel *ſeſſili* vel *ſtipiti* inſidente.

PERIANTHIO parvo, ſæpe ϛdentato, perſiſtente.

Corona deſtitutum.

OBS. *Sexus vario modo ſeſe habet, hinc ſequentes ſpecies floſculorum.*

Floſculus Tubulatus Hermaphroditus, *ſi ſtamina & piſtillum adſint.*

- - - - - Maſculus, *ſi ſtamina ſine ſtigmatibus.*
- - - - - Femineus, *ſi piſtillum ſine ſtaminibus.*
- - - - - Neutra, *ſi nec ſtamina, nec ſtylus, aut ſtigma.*
- - - *Ligulatus* Hermaphroditus, Maſculus, Femineus, Neuter *ex prioribus patent,*

FLOSCULOSI Character.

FLOSCULOSUS flos, *Compoſitus* eſt ex Floſculis plurib.

RECEPTACULUM COMMUNE FRUCTIFICATIONIS plures Floſculos ſeſſiles recipit.

Diſco concavo, plano, convexo, pyramidato vel globoſo.

- - ſuperficie *nuda*, leviſſimis punctis inæquali, vel *villoſa*: villis erectis tecta, vel *Paleacea*: paleis linearibus, ſubulatis, compreſſis, erectis, floſculis diſtinguentibus veſtita.

CALYX. *Communis* eſt *Perianthium*, quod Receptaculum

lum & floſculos continet, qui contrahitur abſoluta floreſcentia: expanſus reflectitur maturo ſemine: & eſt vel *Simplex*, dum ſerie unica ambit floſculos. *Imbricatus*, dum ſquamæ numeroſæ exteriores gradatim breviores, incumbunt interioribus. *Auctus*, dum unica ſeries laciniarum æqualis longior cingit floſculos, & alia minima cingit baſin tantum ſimplicis interioris & majoris calycis.

SPECIES COMPOSITORUM Florum ſequentes ſunt: componuntur enim vel ex

1. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis hermaphroditis in radio.
2. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis femineis in radio.
3. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis neutris in radio.
4. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis hermaphroditis in radio.
5. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis femineis in radio.
6. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis neutris in radio.
7. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; nudis femineis in radio.
8. Floſculis tubuloſis maſculinis in diſco, nudis femineis in radio.
9. Floſculis ligulatis hermaphroditis in diſco; ligulatis hermaphroditis in radio.

Ord. I. POLYGAMIA ÆQUALIS, (Mit lauter fruchtbaren Zwittern.)

301) TRAGOPOGON, (Bocksbart,) L. G. 905

CAL. *Communis* ſimplex, octophyllus: *foliolis* lanceolatis, æqualibus, *alternis* interioribus, *omnibus* coalitis baſi.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* multis, *exterioribus* paulo longioribus. *Propria* monopetala, ligulata, truncata, 5dentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima, *Antherа* cylindracea, tubulata.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, revoluta.

PER.

PER. nullum. *Calyx* connivens, acuminatus, longitudine ſeminum, ventriculoſus.
SEM. ſolitaria, oblonga, utrinque attenuata, angulata, ſcabra, ſtipite ſubulato, longo, pappigero terminata. *Pappus* plumoſus, planus, radiis circiter triginta duob.
REC. *Commune* nudum, planum, ſcabrum.
SPEC. *Pratenſe*, (wilder gelber Wieſen B. Wolfsbart, Sûſsling, Haberwurz, Habermauchele,) calycibus corollæ radium æquantibus, foliis integris ſtrictis. *Loc.* Pratis apricis. *Fl.* Flav. May. Jun. apibus. *Uſ.* Culinar. turiones loco aſparagorum. Bob. capr. ovib. equ. ſuibus pabulum nutriens.

302) SCORZONERA, (Scorzoner,) L. G. 906.
CAL. *Communis* imbricatus, longus, fere cylindraceus: *ſquamis* circiter 15. margine membranaceis.
COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis, *exterioribus* paulo longioribus. *Propria* monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* ovato-oblongus, connivens.
SEM. ſolitaria, oblonga, cylindracea, ſtriata, calyce dimidio breviora. *Pappus* plumoſus.
REC. nudum.
SPEC. 1) *Humilis*, (wilde niedrige teutſche S. Schlangenwurz,) caule ſubnudo unifloro, foliis lato lanceolatis nervoſis planis. *Loc.* Montoſis, pratis apricis. *Uſ.* Ovib. pabul. & ſuibus farinacea radix quæ ſuccedaneum eſt panis, uſtilagine corrupti flores pigmentum nigrum Sinenſi ſimile, (Tuſch,) exhibent.
2) *Hiſpanica*, (Spaniſche Schlangenmord,) caule ramoſo, foliis amplexicaulibus integris ſerrulatis, latifolia ſinuata. *Loc.* Cultis, Eur. hortis. *Uſ.* Culinar. eſculentæ radicis mucilaginoſæ ſubamaro-dulcis.

303) PICRIS (Bitterkraut,) Linn. G. 907.
CAL. *Communis* duplicatus. *Exterior* maximus, pentaphyllus: *foliolis* cordatis, planis, laxis conniventibus. *Interior* imbricatus, ovatus. COR.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numeroſis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. ſolitaria, ventricoſa, obtuſa, *Pappus* plumoſus.
Rec. nudum.
Spec. *Hieracioides*, (Habichtkraut ähnliches B. Coſtenkraut.) perianthiis laxis, foliis integris.
Loc. Agrorum verſuris. *Fl.* Lut. Jun.

304) SONCHUS, (Gänſediſtel,) Linn. G. 908.

Cal. *Communis* ventricoſo-gibbus, *ſquamis* plurimis, linearibus, inæqualibus.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numeroſis æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* connivens in globum depreſſum, acuminatum.
Sem. ſolitaria, oblongiuſcula, *Pappus* piloſus nudus.
Rec. nudum.
Spec. 1) *Arvenſis*, (Acker G. groſer kriechender Ackerhaſenkohl,) pedunculis calycibusque hiſpidis, ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi cordatis. *Loc.* Agris argilloſis. *Fl.* Aug.
2) *Oleraceus*, (Kohlartiger G. Sau-Leber-Diſtel, Haſenkohl.) pedunculis tomentoſis, calycibus glabris, annuus, ramoſus, diffuſus, foliis laciniatis. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Jun.-Aug. apibus. *Uſ.* Culinar. ad olera, acetaria tenera ſol. & rad. nutriens: vaccar. leporum pabul. & ovium.

305) LACTUCA, (Salat, Lattich,) Linn. G. 909.

Cal. *Communis* imbricatus, ſubcylindricus, *ſquamis* plurimis, acuminatis.

Cor.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, truncata, 4-5dentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* connivens, ovato-cylindraceus.
Sem. ſolitaria, ovata, acuminata, compreſſa. *Pappus* ſimplex piloſus, *Stipite* longo, inferne attenuato.
Rec. nudum.
Spec. 1) *Sativa*, (zahmer S.) foliis rotundatis, caule corymboſo, capitata, (Kopf S.) criſpa, (krauſe S.) *Loc.* Cultis, agris, hortis. *Fl.* Aug. *Vis.* Refrigerans, relaxans, diluens *Uſ.* Culinaris, ad olera, acetaria.
2) *Perennis*, (beſtändiger Berg S. Heidelattich,) foliis linearibus dentato-pinnatis, laciniis ſurſum dentatis. *Loc.* Montoſis. *Fl.* Cærul. Jun.

306) CHONDRILLA, (Chondrille,) Linn. G. 910.

Cal. *Communis* calyculatus, cylindraceus. *Squamis cylindri* plurimis, parallelis, linearibus, æqualibus, *ſ. baſeos* paucis, breviſſimis.
Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quadriquinqueve-dentata.
Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.
Per. nullum. *Calyx* cylindraceus, oblongus.
Sem. ſolitaria, ovata, compreſſa, ſcabra. *Stipite* longo, ſuperne attenuato. *Pappus* piloſus.
Rec. nudum.
Spec. *Juncea*, (Binſen C. Sandhabichtkraut,) fol. ſagittatis amplexicaulibus, caule ſimplici, floribus ſubſeſſilibus lateralibus. *Loc.* Glareoſis, agrorum marginibus.

307) PRENANTHES (Haſenſtrauch.) L. G. 911.

Cal. *Communis* calyculatus, cylindraceus, glaber, *ſqua-*

ſquamis cylindri numero corollularum ſ. baſeos paucis inæqualibus breviſſimis.

Cor. *Compoſita* fere ex ſimplici orbe floſculorum *corollulis hermaphroditis* 5-8. æqualibus, in orbem ſimplicem poſitis.

Propria monopetala, ligulata, truncata, quadridentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindraceæ, tubuloſæ.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum, reflexum.

Per. nullum. Calyx cylindraceus, ore leviſſime connivens.

Sem. ſolitaria, cordata, *Pappus* piloſus. *Receptaculum* nudum.

Obs. *Datur ſpecies quæ pappum ſtipite ſuſtentat.* 4.

Spec. *Purpurea*, (Purpurfarb. H. wilder Lattich mit rothen Blumen und breiten Blättern.) floſculis quinis, foliis lanceolatis denticulatis. *Loc.* Nemoribus, montanis. *Fl.* Jul.

308) LEONTODON, (Bärenzahn,) L. G. 912.

Cal. *Communis* imbricatus, oblongus: *Squamis interioribus* linearibus, parallelis, æqualibus, *ſ. exterioribus* paucioribus, ſæpe reflexis ad baſin.

Cor. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numeroſis, æqualibus.

Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

Stam. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea tubuloſa.

Pist. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigmata* duo, revoluta.

Per. nullum. *Calyx* oblongus, rectus.

Sem. ſolitaria, oblonga, ſcabra. *Pappus* ſtipitatus plumoſus.

Rec. nudum, punctatum.

Obs. Dens Leonis V. Pappo *ſimplici ſeu capillari gaudet &* calycis *ſquamis exterioribus reflexis.*

Taraxaconoides V. Pappo *plumoſo ſeu radiato, &* calycis *ſquamis omnibus erectis diſtinguitur*, 5-8.

Spec. 1) *Taraxacum*, (Pfaffen-Röhrle, blat Mönchskopf, Hundslattich-Blume, Butterblume.) calyce inferne reflexo, foliis runcinatis denticulatis lævibus lacteſcens. *Loc.* Paſcuis. *Fl.* Flav. Mart.-May. apibus. *Vis.* Aperiens, deten-

detergens, laxans, difuens diuretica. *Uſ.* Folia primo vere ad acetaria, olera: herba bob. capr. ovib. pabul. & ſuibus radices.

2) *Autumnale* (Herbſt L.) caule ramoſo, pedunculis ſquamoſis, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris. *Loc.* Pratis, paſcuis. *Fl.* Jul.-Sept.

309) HIERACIUM, (Habichtkraut,) Lin. G. 913.

CAL. *Communis* cylindricus, imbricatus. *Squamis* pluribus, linearibus, valde inæqualibus, longitudinalibus & incumbentibus.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* numeroſis, æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* ſiliformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo recurva.

PER. nullum. *Calyx* connivens, ovatus.

SEM. ſolitaria, obtuſo tetragona, brevia, *Pappus* piloſus.

REC. nudum.

SPEC 1) *Piloſella*, (gelbe Mausöhrlein, Nagelkr.) fol. integerrimis ovatis, ſubtus tomentoſis, caule repente, ſcapo unifloro. *Loc.* Paſcuis aridis, montoſis. *Fl.* Flav. May. *Uſ.* Capr. ovib. pabul. & apibus: coccum polonicum radix producit.

2) *Auricula*, (gelbe groſſe Mausöhrgen,) fol. integerrimis lanceolatis, ſcapo nudo multifloro, ſtolonibus reptantibus. *Loc.* Pratis aridis, agris. *Fl.* May. Jun.

3) *Paludoſum*, (Sumpf H.) caule paniculato,) fol. amplexicaulibus, dentatis glabris, calycibus hiſpidis. *Loc.* Nemoribus paludoſis. *Fl.* Jun.

4) *Umbellatum*, (Doldenförmiges H.) fol. linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. *Loc.* Paſcuis ſiccis, montoſis. *Uſ.* Herbæ luteo tinctorius & pecorib. pabulum.

310) CREPIS, (Grundfeſte.) Linn. G. 914.

CAL. *Communis* duplex,

Exte

Exterior breviſſimus, patulus, deciduus.
Interior ovatus, ſimplex, ſulcatus, perſiſtens; Squamis linearibus, conniventibus.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* plurimis æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* ſubrotundus.

SEM. ſolitaria, oblonga. *Pappus* piloſus, ſtipitatus.

REC. nudum.

SPEC. 1) *Tectorum*, (klein Habichtkr. Dachpipau,) fol. lanceolatis runcinatis ſeſſilibus lævibus: inferioribus dentatis, caule glabro. *Loc.* Aridis, tectis, pratis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equ. ſuibus pabulum.

2) *Biennis*, (zweyjähr. Pippau, gemeines Feldhabichtkr.) foliis runcinato pinnatifidis ſcabris, baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. *Loc.* Pratis, ſepib. *Fl.* Luteus May. Jun. apib. profic.

311) HYOSERIS, (Schweinſalat,) Linn. G. 916.

CAL. *Communis* decaphyllus: *Squamis* lanceolatis, erectis, æqualib. baſi calyculatus, ſquamis breviſſimis. *Proprius* ſuperus, quinquepartitus, breviſſimus, acutus, perſiſtens, qui pappi loco.

COR. *Compoſita* imbricatiuſcula, uniformis: *corollulis hermaphroditis* per orbem unum alterumve diſpoſitis. *Propria* monop. ligulata, linearis, truncata, 5dentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* oblongiuſculum, *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

PER. nullum. *Calyx Comm.* rectus.

SEM. ſolitaria, oblongiuſcula compreſſa, longitudine calycis, cum *Calyculo* proprio *Pappus* capillaris rarior.

REC. nudum.

SPEC. *Fœtida*, (ſtinkendes Kranichkraut.) ſcapis ſimpliciſſimis unifloris, fol. pinnatifidis, ſeminibus nudis. *Loc.* Montoſis. *Fl.* Jun.

312) HYPOCHOERIS, (Saukraut,) Linn. G. 918.

CAL. *Communis* ſubrotundus, imbricatus, baſi ventricoſus, e *Squamis* lanceolatis, acutis.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* æqualibus, numeroſis.
Propria monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* connivens, globoſo-acuminatus.

SEM. ſolitaria, oblonga, ſtipitatus pappus plumoſus.

REC. *Paleis* lanceolato-linearibus, ſeminum longitudine.

SPEC. *Radicata*, (gros gewurzeltes Ferkelkr. knollichtes S.) fol. runcinatis obtuſis ſcabris, caule ramoſo nudo lævi, pedunculis ſquamoſis. *Loc.* Paſcuis, ſilvis montanis. *Fl.* Sept. apibus utiles.

313) LAPSANA, (Rainkohl,) Linn. G. 919.

CAL. *Communis* calyculatus, ovatus, angulatus: *ſquamis tubi* octo, æqualibus, linearibus, cavo-canaliculatis, carinatis, acutis S. *baſeos* ſex, imbricatis, parvis, alternis, minimis.

COR. *Compoſita* imbricata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* circiter 16. æqualibus.
Propria monopetala, ligulata, truncata, ſdentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* oblongiuſculum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, reflexum.

PER. nullum. *Calycis ſquamæ tubi* ſemina proxima amplectuntur.

SEM. ſolitaria, oblonga, cylindraceo-trigona. *Pappus* varius vel multus.

REC. nudum, planum.

SPEC. *Communis*, (gemeiner R. Milchen, wilder Kohl, falſcher Salat,) calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. *Loc.* Cultis, ſilvis, ſepibus. *Fl.* Jun. *Uſ.* Pecoribus bob. ovib. equis, ſuibus pabul. & folia juniora in annonæ penuria ad olera.

314) CI-

314) CICHORIUM, (Wegwarten,) Lin. G. 921.

CAL. *Communis* calyculatus cylindraceus: *ſquamis octo* anguſto-lanceolatis, æqualibus, cylindrum conſtituentibus; 5. vero incumbentibus, brevioribus.

COR. *Compoſita* plana, uniformis: *corollulis hermaphroditis* 20. in orbem poſitis.

Propria monopetala, ligulata, truncata, profunde quinquedentata.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindraceo-pentagona, tubuloſa.

PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* cylindraceus, apice connivens.

SEM. ſolitaria, compreſſa, angulis acutis. Pappus margo obſoletus ſub quinquedentatus.

REC. paleaceum.

SPEC. 1) *Intybus*, (wilde W. Hundsläufte, Cichorie.) floribus geminis ſeſſilibus, fol. runcinatis lacteſcens. *Loc.* Marginibus agrorum & viarum. *Fl.* Cærul. Jul. *Vis.* Aperiens, diluens, tonica, purificans. *Uſ.* Radicis recentis culinar. ad olera, acetaria, ſiccatæ loco panis, toſtæ ſuccedaneum coffee & porcis ſaginatio, herbæ, ovib. proficuæ, flavo-tinctorius uſus.

2) *Endivia*, (Endivien, Garten Wegwarten,) floribus ſolitariis pedunculatis, foliis integris crenatis. *Loc.* Cultis, hortis Eur. *Vis.* Eadem cum. Intybo. & diuretica, mitior quam Cichor. Intyb. *Uſ.* Culinaris ad olera & acetaria.

315) ARCTIUM, (Klette,) Linn. G. 923.

CAL. *Communis* globoſus, imbricatus: *ſquamis* lanceolatis, deſinentibus in *aculeos* ſubulatos, longos, apice reflexo hamatos.

COR. *Compoſita* tubulata, uniformis: *corollulis hermaphroditis* æqualibus.

Propria monopetala, tubulata: *tubo* tenui, longiſſimo: *limbo* ovato, quinquefido: *laciniis* linearibus, æqualibus.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollæ, quinquedentata.

PIST. *Germen* oblongum, apice villoſo. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* bifidum, reflexum.
PER. nullum. *Calyx* connivens.
SEM. ſolitaria, verticaliter pyramidata, *angulis* duobus oppoſitis obliteratis, extrorſum gibba: *Pappus* ſimplex ſemine brevior.
REC. Paleaceum, planum, *paleis* ſetaceis.

SPEC. *Lappa*, (gemeine groſſe K. Kletwurz,) fol. cordatis inermibus, petiolatis, capitulis tomentoſis. *Loc.* Cultis ruderatis, viis. *Fl.* Jul. Aug. *Vis.* Purificans, diuretica, aperiens, pellens; ſuccedaneum radic. ſarſaparillæ. *Uſ.* Bob. capris pabul. Capitula ovibus puerisque inviſa & adhærentia: radix ſiccata pulveriſata ad diapaſma.

316) SERRATULA, (Scharte,) Linn. G. 924.

CAL. *Communis* oblongus, ſubcylindraceus, imbricatus: *ſquamis* lanceolatis, acutis, muticis.
COR. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* inflexo: *limbo* ventricoſo, quinquefido.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. ſolitaria, obovata, *Pappus* ſeſſilis.
REC. nudum vel paleaceum.
OBS. Pappus *in aliis plumoſus, in aliis piloſus eſt.*
Carduus *a* Serratula *diſtinguitur receptaculo piloſo, calyce ventricoſo, ejusque ſquamis aculeatis, ac ſtigmate minus bifido.*

SPEC. 1) *Tinctoria*, (Färber S. Diſtel, Wieſen-Berg-S.) foliis lyrato-pinnatifidis; pinna terminali maxima, floſculis conformibus. *Loc.* Silvis pratis. *Fl.* Aug. *Uſ.* Foliorum juniorum capr ovib. equis pabul. radicis luteo-tinctorius.

2) *Arvenſis*, (Haber- Sau- Acker-Diſtel.) foliis dentatis ſpinoſis: Carduus radice repente, fol lanceolatis dentatis margine aculeatis. *Loc.* Agris *Fl.* Jul. *Uſ.* Pappus pro plumis uſurpatur.

317) CAR

317) CARDUUS, (Diſtel,) Linn. G. 925.

CAL. *Communis* ventricoſus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, lanceolatis, acuminatis, ſpinoſis.
COR. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* fere æquales, reflexæ.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuiſſimo, *limbo* erecto, baſi ovato, quinquefido: *laciniis* linearibus, æqualibus, *unica* profundius ſeparata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ, ore quinquedentata.
PIST. *Germen* ovatum, coronatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex, ſubulatum, nudum, emarginatum.
PER. nullum. *Calyx* parum connivens.
SEM. ſolitaria, obovata, tetragona, obliteratis *angulis* oppoſitis duobus: *Pappus* ſeſſilis longiſſimus.
REC. planum, piloſum.

SPEC. 1) *Nutans*, (überhängende Biſam-Diſtel.) fol. ſemidecurrentibus ſpinoſis, florib. cernuis, ſquamis calycinis ſuperne patentibus. *Loc.* Viis. *Fl.* Jul. Aug. *Uſ.* Bob. equis pabul. & apib. flor.

2) *Paluſtris*, fol. decurrentibus dentatis, margine ſpinoſis, florib. racemoſis erectis, pedunculis inermibus. *Loc.* Pratis ſubpaludoſis. *Fl.* Aug. *Uſ.* Folia teneriora ad olera; equis pabulum.

3) *Tuberoſus*, (knollige D.) fol. petiolatis ſubdecurrentib. ſubpinnatifidis ſpinoſis, caule inermi, floribus ſolitariis. *Loc.* Inundatis. *Fl.* Jun.

318) ONOPORDUM, (Eſelsfurz,) L. G. 927.

CAL. *Communis* ſubrotundus, ventricoſus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, ſpinoſis, undique prominentibus.
COR. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuiſſimo: *limbo* erecto, ventricoſo, quinquefido: *laciniis* æqualibus, *unica* profundius ſeparata.
STAM. *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollæ, 5dentata.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* coronatum.

PER. nullum. *Calyx* leviter connivens.
SEM. ſolitaria, *Pappus* capillaris.
REC. cellulis membranaceis, tetragonis reticulatum. inſtar favi.
SPEC. *Acanthium*, (E. mit dem Bärenklaublat, Zellblume, groſſe weiſſe Wegdiſtel.) calycibus ſquarroſis, ſpinis ſubulatis, fol. ovato-oblongis ſinuatis. *Loc.* Ruderatis, hortis. *Fl.* Alb. Jul. Aug. apib. *Uſ.* Culinar. ſuccedaneum cynaræ ſcolymi.

319) CYNARA, (Artiſchoken,) Linn. G. 928.

CAL. *Communis* ventricoſus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, ſubrotundis, carnoſis, auctis apice *appendiculo* ſquamiformi, patente, maiori, ſubrotundo, canalyculato, emarginato cum ſpina.
COR. *Compoſita* tubuloſa, uniformis: *corollulæ hermaphroditæ* fere æquales.
Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenuiſſimo: *limbo* erecto, ovato, quinquefido: *laciniis* linearibus, *altera* profundius ſeparata.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ, quinquedentata.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigm.* ſimplex, oblong. emarginatum.
PER. nullum. *Calyx* parum connivens.
SEM. ſolitaria, oblongo-ovata, tetragono-compreſſa. *Pappus* ſeſſilis longus.
REC. ſetoſum.
SPEC. *Scolymus*, (A. der Golddiſtel gleichend,) fol. ſubſpinoſis pinnatis indiviſisque, calycinis ſquamis ovatis, laciniis ſerratis: hortenſis aculeata, & foliis non aculeatis, (Garten A.) *Loc.* Germaniæ hortis, agris Italiæ. *Fl.* Cærul. Jul. Aug. *Uſ.* Culinar. receptaculi floris.

320) CARLINA, (Eberwurz,) Linn. G. 929.

CAL. *Communis* ventricoſus, radiatus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis laxis, acutis, quarum *interiores* in orbem poſitæ, longiſſimæ, nitidæ, coloratæ, radiantes florem compoſitum, patentes.
COR. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.

Pro-

Propria monopetala, infundibuliformis: *tubo* tenui: *limbo* campanulato quinquefido.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* breve. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* oblongum, bifidum vel integrum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. ſolitaria, teretiuſcula. Pappus plumoſus ramoſus.

REC. planum, *paleis* ternis fiſſis.

SPEC. 1) *Acaulis*, (ſtammloſe E.) caule unifloro flore breviore. *Loc.* Montibus apricis. *Fl.* Alb. Jul. Aug. *Vis.* Pellens, ſudorifera, tonica, graveolens, acris.

2) *Vulgaris*, (gem. E. Sodkraut,) caule multifloro corymboſo, florib. terminalibus, calycibus radio albis. *Loc.* Montoſis, aridis, ſilvis. *Fl.* Aug. Sept.

321) CARTHAMUS, (Bürſtenpflanze,) L. G. 931.

CAL. *Communis* ovatus, imbricatus: *ſquamis* numeroſis, inferne arctis, auctis apice *appendiculo* foliolaceo, ſubovato, plano, patente, obtuſo.

COR. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.

Propria monopetala, infundibuliformis: *limbo* quinquepartito, erecto, fere æquali.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylyndracea, tubuloſa.

PIST. *Germen* breviſſimum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigma* ſimplex.

PER. nullum. *Calyx* connivens.

SEM. ſolitaria.

REC. planum, *piloſum*, pilis ſemine longioribus.

SPEC. *Tinctorius*, (Saflor,) fol. ovatis integris ſerrato aculeatis. *Loc.* Eur. hortis. *Fl.* Luteus Jul. Aug. *Uſ.* Corollæ luteo & cum acido mixtæ in ſerica roſeo-tinctoriæ.

322) BIDENS, (Zweyzahn,) Linn. G. 932.

CAL. *Communis* erectus: *foliolis* ſæpe æqalibus, oblongis, canaliculato-concavis.

COR. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ in diſco. Interdum *Feminæ* nudæ in ambitu.

Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido, erecto.
STAM. *Filamenta* quinque capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, reflexa.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. Solitaria, obtuſa, angulata. Pappus ariſtis duabus pluribuſve, oblongis, rectis, acutis, retrorſum ſcabro-hamoſis.
REC. planum, *paleis* deciduis inſtructum.
OBS. *In pluribus ſpeciebus calyculus patens pentaphyllus, calyci adnatus, cingit florem compoſitum.*

SPEC. 1) *Tripartita*, (dreymal getheilter Z. Waſſer-Hanf-Doſten-Stern-Kraut, gelb Färberkraut,) foliis trifidis, calycibus ſubfolioſis, ſeminibus erectis, corona ſeminum retrorſum aculeata. *Loc.* Inundatis. *Fl.* Aug. Sept. *Uſ.* Bob. ovibus pabulum & luteo-tinctorius.

2) *Cernua*, (niedergebeugter Z.) fol. lanceolatis amplexicaulib. floribus cernuis, ſeminibus erectis. *Loc.* Ad fontes & foſſas. *Fl.* Jul. Aug.

323) EUPATORIUM, (Albkraut,) Linn. G. 935.

CAL. *Communis* oblongus, imbricatus: *ſquamis* lineari-lanceolatis, erectis, inæqualibus.
COR. *Compoſita* uniformis, tubuloſa: *corollulæ hermaphroditæ* æquales.
Propria infundibuliformis: *limbo* quinquefido, patulo.
STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. *Germen* minimum, coronatum. *Stylus* filiformis, longiſſimus, ad ſtamina uſque bifidus, ramis rectis erectisque. *Stigmata* tenuia.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. oblonga, *Pappus* plumoſus longus.
REC. nudum.

SPEC. *Cannabinum*, (Waſſerdoſte, Hirſchklee, Hirſchgunſel,) foliis digitatis. *Loc.* Montoſis & ad aquas. *Fl.* Aug. apibus & capris pabulum.

SYN-

SYNGENESIA.

Ord. II. POLYGAMIA SUPERFLUA.

(Mit fruchtbaren Zwittern und fruchtbaren Weibchen.)

324) TANACETUM, (Rheinfarn,) Linn. G. 944.

CAL. *Communis* hemiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* acutis, compactis.

COR. *Compoſita* tubuloſa, convexa: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ, tubuloſæ in diſco: femineæ nonnullæ in radio.

Propria hermaphroditi infundibuliformis: *limbo* quinquefido, reflexo, feminea trifida introrſum profundius diviſa.

STAM. hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. hermaphr. *Germen* oblongum, parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, revolutum. Femineis *Germen* oblongum, *Stylus* ſimplex. *Stigmata* duo reflexa.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. ſolitaria, oblonga, nuda.

REC. convexum nudum.

SPEC. *Vulgare*, (gemeiner R.) foliis bipinnatis inciſis ſerratis: *criſpum* foliis criſpis. *Loc.* Montoſis, paſcuis, aggeribus. *Fl.* Luteus odorat. Jul. *Vis* Carminativa, pellens, ſudorifera, antiverminoſa, balſamica, tonica; amara. *Uſ.* Foliorum viridi- & corollar. luteo-tinctorius. bob. ovib. pabul. folia & ſemen ad cimices, pulices: demortuorum cadavera a putredine diutius conſervant Lappones.

325) ARTEMISIA, (Beyfus,) Linn. G. 945.

CAL. *Communis* ſubrotundus, imbricatus: *ſquamis* rotundatis, conniventibus.

COR. compoſita: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ. plures, in diſco. *Femininæ* petalis ferme nudæ, in ambitu. *Propria Hermaphroditi* infundibuliformis: *Limbo* quinquefido.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, 5dentata.

PIST. Hermaphroditis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, revolutum.

Femineis *Germen* minimum. *Styius* filiformis, hermaphroditis longior. *Stigma* hermaphroditis ſimile.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, nuda.

Femineis ſolitaria, nuda.

REC. planum, nudum, aut villoſum.

OBS. Abſinthium T. *Receptaculo villoſo gaudet, & calyce magis globoſo.* 1. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 21.

Abrotanum T. *Receptaculo eſt nudo.* 2.

Artemiſia T. *Receptaculo etiam eſt nudo.* 4. 5. 6. 13. 16, 17. 19.

SPEC. 1) *Abſinthium*, (gemeiner Wermuth,) foliis compoſitis multifidis, florib. ſubgloboſis pendulis; receptaculo villoſo. *Loc.* Ruderatis aridis & cultis. *Fl.* Jul. Aug. *Vis.* Balſamica, antiverminoſa, ſtomachica, pellens, amara, graveolens herba. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis pabul. & ad pulices, cereviſiæ acidæ vel vino infuſa aceſcentiam tollit.

2) *Vulgaris*, (gemeiner B. Buck,) foliis pinnatifidis planis inciſis: ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus, florib. ovatis, radio quinquefloro. *Loc.* Cultis, ruderatis, viis. *Fl.* Jul.-Sept. *Vis.* Roborans, uterina, pellens. *Uſ.* Bobus, capris equis pabulum.

326) GNAPHALIUM, (Ruhrpflanze,) Lin. G. 946.

CAL. *Communis* rotundatus, imbricatus: *ſquamis* ovatis, conniventibus, ſuperne laxioribus.

COR. compoſita: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, interdum femineis apetalis mixtæ.

Propria Hermaphroditis infundibuliformis: *Limbo* quinquefido, reflexo.

Femineis (ſi quæ) corolla nulla.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.

Femineis *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, reflexum.

PER.

PER. nullum. *Calyx* perſiſtens, nitidus.
SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, parva, coronata *Pappo*. *Femineis* ſimilia hermaphroditis.
REC. nudum.
OBS. *in aliis Corona ſeminis Pappus eſt capillaris, in aliis plumoſus.*

SPEC. 1) *Arenarium*, (Sand R. gelbe Rhein-Fluſs-Motten-Blume.) herbaceum, foliis lanceolatis, inferioribus obtuſis, caule ſimpliciſſimo, corymbo compoſito. Stœchas citrina. *Loc.* Arenoſis. *Vis.* Exſiccans.

2) *Dioicum*, (getrennte R. weis und rothe Mausöhrlein, Kazenpfötgen, Berg-R.) farmentis procumbentibus caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici terminali, floribus dioicis. *Loc.* Aridis, apricis, montoſis. Piloſella minor. *Fl.* May. *Vis.* Adſtringens, roborans. *Uſ.* Ovib. equis ſuibus pabulum.

3) *Silvaticum*, (Wald R. gros Ruhrkraut,) caule ſimpliciſſimo, floribus ſparſis. G. maius, anguſto oblongo folio. *Loc.* Silvis arenoſis, montanis. *Fl.* Aug. Sept.

327) CONYZA, (Flöpflanze,) Linn. G. 950.

CAL. *Communis* imbricatus, oblongus, ſquarroſus: *ſquamis* acutis exterioribus patentiuſculis.
COR. *Compoſita* tubuloſa: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ, tubuloſæ, in diſco. *Femineæ* apetalæ ſubrotundæ in ambitu.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *Limbo* quinquefido, patulo.
Femineis infundibuliformis, limbo trifido.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum.
Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi, tenuior. *Stigmata* duo, tenuiſſima.
PER. nullum. *Calyx* connivens.
SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* ſimplici. *Femineis* ſolitaria, oblonga, coronata *Pappo* ſimplici.
REC. nudum, planum.

SPEC.

Spec. *Squarroſa*, (F. Dürwurz, Ruhrkraut, gelbe Münze,) foliis lanceolatis acutis, caule annuo corymboſo. *Loc.* Montanis ſiccis. *Fl.* Jul. Aug. *Uſ.* Culices & pulices pellit.

328) ERIGERON, Altmanskraut,) Linn. G. 951.

Cal. *Communis* oblongus, cylindraceus, imbricatus: *ſquamis* ſubulatis, erectis, gradatim longioribus, ſubæqualibus.

Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, in diſco. *Femininæ* ligulatæ, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *Limbo* quinquefido. *Femineæ* ligulata, linearis ſubulata, erecta, ſæpius integerrima.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditi *Germen* minimum, coronatum pappo corollula ſua longiori. *Stylus* filiformis, longitudine pappi. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.

Femineis *Germen* minimum, pappo corollæ ſuæ longitudine fere æquali. *Stylus* capillaris, longitudine pappi. *Stigmata* duo, tenuiſſima.

Per. nullum. *Calyx* connivens.

Sem. *Hermaphroditis* oblonga, parva: *Pappus* longus. *Femineis* ſimillima hermaphroditis.

Rec. nudum, planum.

Obs. *Floſculos diſci intimos, ſeu intermedios, ſæpius maſculos eſſe obſervat Dillenius.*

Species datur floſculis femineis nudis.

Spec. *Acre*, (ſcharfes A. blaue Dürrwurz Beruf-Beſchrey-Kraut,) pedunculis alternis unifloris. *Loc.* Apricis, ſiccis. *Fl.* Cærul. Jul.-Sept. *Vis.* Siccans, diſcutiens.

329) TUSSILAGO, (Huflattig,) Linn. G. 952.

Cal. *Communis* cylindraceus: *ſquamis* lanceolato-linearibus 15. *ſ.* 20. æqualibus.

Cor. *Compoſita* varia. *Corollulæ* in aliis *Hermaphroditæ*, tubuloſæ omnes, vel tantum in diſco. *Femineæ* aliis nullæ, aliis ligulatæ.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *Limbo* 5. fido (vel quadrifido), acuto, reflexo, calyce longiore.

Femineæ nulla aut ligulata, anguſtiſſima, calyce longior, integra.

Stam.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa.
PIST. Hermaphroditis *Germen* breve, coronatum. *Stylus* filiformis, ſtamine longior. *Stigma* craſſiuſculum.
Femineis *Germ.* breve. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi *Stigma* bifidum, craſſiuſculum.
PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.
SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, compreſſa, *Pappus* piloſus. Stipitatus.
Femineis, ſi quæ, ſimillima hermaphroditis.
REC. nudum.
OBS. Petaſites *T. caret floſculis in radio ligulatis, licet quibuſdam feminei nudi adſint.* 9. 8.
Tuſſilago *T. inſtruitur ſemper femineis in radio, corolla ligulata præditis.* 5.
SPEC. 1) *Farfara*, (gemeine H. Brandlattich, Roshuf,) ſcapo imbricato unifloro, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. *Loc.* Argilloſis, ſubtus humidis. *Fl.* Flav. Jan.-Mart. apibus pabul. *Vis. Radicis* & *foliorum* vulneraria, adſtringens, *florum* leniens, diſcutiens, expectorans.
2) *Petaſites*, (Peſtilenz- Schweis - Wurz, groſſer Huflattich,) thyrſo ovato, floſculis omnibus, hermaphroditis. *Loc.* Pratis, fluviis. *Fl.* Mart. apibus. *Vis.* Radicis diaphoretica, diſcutiens.

330) SENECIO, (Creuzpflanze,) Linn. G. 953.

CAL. *Communis* calyculatus, conicus, truncatus: *ſquamis* ſubulatis, plurimis, in cylindrum ſuperne contractum parallelis, contiguis, æqualibus, pauciori-bus baſin imbricatim tegentibus, apicibus emortuis.
COR. *Compoſita* calyce altior: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, in radio, ſi quæ adſint.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *Limbo* reflexo quinquefido.
Femineis (ſi quæ) oblonga, obſolete tridentata.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, minima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. Utriſque *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.
PER. nullum. *Calyx* conico-connivens.
SEM. hermaphroditis ſolitaria, ovata, *Pappus* crinitus, longus; *Femineis* ſimillima hemaphroditis.

REC.

Rec. nudum, planum.
Obs. Senecio *T. caret Radio communi corollæ* 1-7.
Jacobæa *T. inſtruitur Radio communi corollæ.* 8-40.
Spec. 1) *Vulgaris*, (gemeine C. Creuz-Wurz, Goldkraut,) corollis nudis, foliis pinnato ſinuatis amplexicaulibus, floribus ſparſis. *Loc.* Cultis, ſucculentis ruderatis. *Fl.* Flav. Febr.-May. *Uſ.* Bobus, capr. ſuibus pabulum & avibus.
2) *Jacobæa*, (Jacobs Blumkraut,) corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis, laciniis lacinulatis, caule erecto. *Loc.* Paſcuis humentibus, viis. *Fl.* Luteus Jul.-Sept. *Uſ.* Viridi-tinctorius.
3) *Saracenicus*, (Saraceniſche C.) corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis. *Loc.* Montanis, nemoroſis. *Fl.* Jul. Aug.

331) ASTER, (Sternblume,) Linn. G. 954.

Cal. *Communis* ſquamoſo-imbricatus: *ſquamis* anterioribus apice prominulis.
Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ, in diſco. *Femineæ* ligulatæ, decem plures, in radio.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *Limbo* quinquefido, patulo.
Femineæ ligulata, lanceolata, tridentata.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.
Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, oblonga, revoluta.
Per. nullum. *Calyx* vix mutatus.
Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, ovata, *Pappus* piloſus.
Feminis ſimilia hermaphroditis.
Rec. planiuſculum, nudum.
Spec. 1) *Alpinus*, (Alpen St.) foliis lanceolatis hirtis, radicalibus obtuſis, caule ſimpliciſſimo unifloro. *Loc.* Alpibus, Auſtria, hortis. *Fl.* Cæruleus Jun.
2) *Amellus*, (wildes blaues Stern- Kraut-Wurz.) foliis

foliis lanceolatis obtuſis ſcabris trinervis, pedunculis nudiuſculis corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis. *Loc.* Montoſis, collibus: Atticus vulgar. *Fl.* Aug. Sept. diſci lutei, radii cærulei.

3) *Dumoſus*, (buſchige St.) foliis linearibus integerrimis, caule paniculato, floribus terminalibus. *Loc.* Europæ hortis. *Fl.* Sept. in radio albi & in diſco lutei.

4) *Annuus*, (jährige St.) foliis ovatis, inferioribus crenatis, caule corymboſo, pedunculis nudis, calycibus hemiſphæricis. *Loc.* Canada & Eur. hortis. *Fl.* Alb. Aug. apibus pabulum.

5) *Mutabilis*, (veränderliche St.) fol. lanceolatis ſerratis, calycibus ſquarroſis, panicula ſubfaſtigiata. *Loc.* America, & Eur. hortis. *Fl.* Aug. cærulei, in diſco primum flavi dein purpurei.

6) *Chinenſis*, (ſineſiſche St.) foliis ovatis angulatis dentatis petiolatis, calycibus terminalibus patentibus folioſis. *Loc.* China, & hortis Eur. *Fl.* Aug. ſimplices & compoſiti albi, vel rubri, l. cærulei.

332) SOLIDAGO, (Goldruthe,) Linn. G. 955.

CAL. *Communis* oblongus, imbricatus: *ſquamis* oblongis, anguſtis, acuminatis, rectis, conniventibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, plurimæ in diſco.

Femineæ ligulatæ, 10. pauciores (ſæpius 5.), in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: *Limbo* quinquefido, patulo.

Feminea ligulata, lanceolata, tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Antherae* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.

Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, obovato-oblonga, *Pappus* capillaris.

Femineis ſimillima hermaphroditis.

REC. planiuſculum, nudum.

SPEC. *Virga-aurea*, (gemeine Goldruthe, heidniſch

niſch oder Gulden Wundkraut,) caule ſubflexuoſo angulato, racemis alternis paniculatis erectis confertis. *Loc.* Paſcuis ſiccis, ſilvis. *Fl.* Aug. *Vis.* Adſtringens, vulneraria.

333) INULA, (Alant,) Linn. G. 956.

Cal. *Communis* imbricatus, foliolis laxis, patulis; exterioribus majoribus, æqualis longitudinis.

Cor. *Compoſita*, radiata, lata. *Corollulæ hermaphroditæ* æquales, numeroſiſſimæ in diſco. *Femineæ* ligulatæ, numeroſæ, confertæ, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: limbo quinqueſido, erectiuſculo.

Feminea ligulata, linearis, integerrima.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* 5. filiformia, brevia. *Anthera* cylindrica, compoſita ex minoribus 5. linearibus, coalitis: ſingulis inferne deſinentibus in ſetas duas, rectas, longitudine filamentorum.

Pist. Hermaphroditis *Germen* longum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum.

Stigma bifidum, erectiuſculum.

Femineis *Germen* longum. *Stylus* filiformis, ſemibifidus. *Stigmata* erecta.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. Hermaphroditis ſolitaria, linearia, quadrangula, *Pappus* ſimplex, longitudine ſeminis Femineis ſimilia Hermaphroditis.

Rec. planum, nudum.

Obs. *Ergo antheris inferne in ſetas decem deſinentibus non modo ab Aſtere, ſed & ab omnibus adhuc notis cognitis differt.*

Spec. 1) *Helenium*, (Alant) foliis amplexicaulibus ovatis rugoſis: ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis patulis. *Loc.* Cultis, Anglia. *Fl.* Jul. Aug. apibus. *Vis.* Pellens, expectorans, ſtomachica, antiverminoſa. *Uſ.* Capr. equis pabulum.

2) *Dyſenterica*, (Ruhr A. Ruhrkraut, welſcher Wolverley, Waſſerfallkraut, gelbe Dürwurz,) foliis amplexicaulibus cordato-oblongis ſubtomentoſis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *Loc.* Foſſis ſubhumidis. *Fl.* Luteus Jul. Aug.

3) *Sa-*

3) *Salicina*, (A. mit den Weidenblättern, gelbes-glattes- Bergſtern - Kraut,) fol. ſeſſilib. lanceolatis recurvis ſerrato - ſcabris, florib. inferiorib. altioribus, ramis ſubangulatis glabris. *Loc.* Montoſis, pratis uliginoſis, aſperis. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis, vaccis pabul. & apibus.

334) ARNICA, (Wolverley Arnic.,) Linn. G. 958.

Cal. *Communis imbricatus* radio corollæ brevior, foliolis lanceolatis longitudine calycis erectis.

Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſæ in diſco. *Femineæ* circiter 20. in radio. *Propria Hermaphroditi* tubuloſa erecta ſfida æqualis, *Feminea*, lanceolata, tridentata, longiſſima, patens.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, breviſſima, *Anthera* cylindrica. Femineis filamenta 5. ſubulata erecta. *Antheræ* nullæ.

Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* ſimplex, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum. *Femineis* ſimillimum hermaphroditis.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria oblonga. *Pappus* piloſus pubeſcens, longus. *Femineis* ſimillima hermaphroditis. *Pappus* nullus.

Rec. nudum.

Obs. corollulæ diſci ſæpe trifidæ, lacinia exteriore duplo latiore.

Spec. *Montana*, (Berg W. Falkraut, Mutter- Engels-Kraut.) fol. ovatis integris: caulinis geminis oppoſitis. *Loc.* Alpibus, pratis, ſilvis. *Fl.* Jun. Aug. *Vis.* Repellens, vulneraria, emetica, purgans, reſolvens, pellens; acris.

335) DORONICUM, (Gemswurz,) Linn. G. 959.

Cal. *Communis* foliolis lanceolato - ſubulatis 20. circiter. Æqualibus, erectis, duplicis ſeriei: longitudine ſæpius radii corollæ.

Cor compoſita radiata, corollulæ hermaphroditæ tubuloſæ, numeroſæ in diſco. *Femineæ* ligulatæ numemero foliorum calycis in radio, propria hermaphroditi infundibuliformis: limbo 5fido, patulo. Feminea ligulata lanceolata, tridentata.

Stam. Hermaphroditis filamenta 5. capillaria, breviſſima, *Anthera* cylindracea tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis germen oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* emarginatum. Femineis: *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis longitudine hermaphroditi. *Stigmata* 2. reflexa.
PER. nullum. *Calyx* leviter connivens.
SEM. ſolitaria hermaphr. obovata, compreſſa, ſulcata. *Pappus* piloſus: femineis ſolitaria obovata, ſulcata, parum compreſſa: *Pappus* piloſus.
REC. nudum, planum.
SPEC. *Plantagineum*, (G. mit dem Wegerichblat,) foliis ovatis acutis ſubdentatis, ramis alternis. *Loc.* Montoſis. *Fl.* Jul. *Uſ.* Smolandiæ ruſtici folia in defectu tabaci fumant.

336) BELLIS, (Maslieben,) Linn. G. 962.

CAL. *Communis* ſimplex, erectus, *foliolis* 10. ad 20. duplici ſerie poſitis, lanceolatis, æqualibus.
COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco.
Femininæ ligulatæ, calycis foliis plures, in radio.
Propria Hermaphroditi infundibuliformis: quinquefida.
Feminea ligulata, lanceolata, vix tridentata.
STAM. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
PIST. Hermaphroditis *Germen* ovatum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* emarginatum.
Femineæ *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis. *Stigmata* duo, patula.
PER. nullum. *Calyx* immutatus.
SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria obovata, compreſſa. *Pappus* nullus.
Femineis ſimilia hermaphroditis.
REC. nudum, conicum.
SPEC. *Perennis*, (Maslieben, Gänsblümle, Angerblume,) ſcapo nudo, unifloro; *hortenſis* flore pleno albo bullato, & rubro multiplici fiſtuloſo. *Loc.* Cultis apricis paſcuis. *Fl.* Jan.-Dec. *Vis.* Adſtringens, vulneraria, reſolvens. *Uſ.* Foliorum in annonæ caritate ad olera.

337) TAGETES, (Samtblume,) Linn. G. 964.

CAL. *Communis* ſimpliciſſimus, monophyllus, tubuloſus, oblongus, pentagonus, quinquedentatus.

COR.

Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, plures, in diſco elevato.
Femineæ ligulatæ, quinque, in radio.
Propria Hermaphroditis tubuloſa, ſemiquinquefida, erecta, calyce longior: laciniis linearibus, introrſum villoſis.
Femineis ligulata, hermaphroditis longior, longitudine & latitudine fere æqualis, obtuſiſſima, verſus tubum anguſtior, tomentoſa perſiſtens.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.
Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, tenue, reflexum.
Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigma* bifidum, tenue, reflexum.
Per. nullum. *Calyx* immutatus.
Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, linearia, compreſſa, calyce paulo breviora. *Pappus* ariſtis 5. erectis acuminatis inæqualibus. Femineis ſimilia hermaphroditis.
Rec. nudum, parvum, planum.
Spec. 1) *Patula*, (auseinander gebreitete S.) caule ſubdiviſo patulo: flos *Africanus minor*, multiplicato flore. *Loc.* Eur. hortis. *Fl.* Fulvo-maculatus Jul.-Sept.
2) *Erecta*, (aufrechte S.) caule ſimplici erecto, pedunculis nudis unifloris: *maius* ſimplici flore; maximus rectus, flore multiplicato maximo. *Loc.* Mexico & hortis Eur. *Fl.* Flav. Jul.-Sept.

338) CHRYSANTHEMUM, (Wucherblume,) Linn. G. 966.

Cal. *Communis* hemiſphæricus, imbricatus: *ſquamis* arcte incumbentibus, *interioribus* per gradus majoribus, *intimis* terminatis ſquama ſcarioſa.
Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, nnmeroſæ, in diſco. *Femininæ* duodecim plures, in radio.
Propria Hermaphroditis infundibuliformis, quinquefida, patula, longitudine calycis.
Femineis ligulata, oblonga, tridentata.
Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria,

breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, corolla fere brevior.

PIST. Hermaphroditis *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, ſtaminibus longior. *Stigmata* duo, revoluta.

Femineis *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, cum hermaphroditis æqualis. *Stigmata* duo, obtuſa, revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga. *Pappus* nullus. *Femineis* ſimillima hermaphroditis.

REC. nudum, punctatum, convexum.

OBS. Leucanthemi *T. corollulæ femininæ lanceolata, & membranæ calycinæ auguſtæ.*

Chryſanthemi *T. Corollulæ femininæ ovato-truncatæ, & membranæ calycinæ ovatæ.*

1) *Leucanthemum*, (groſſe Gänſeblumen, Maslieben, Johannisblume, Kalb-Rinds-Auge,) foliis amplexicaulib. oblongis, ſuperne ſerratis, inferne dentatis. *Loc.* Pratis. *Fl.* Albus May. Jun. *Uſ.* Capris, ovib. equis, vaccis pabul. & apibus.

2) *Montanum*, (Berg W.) foliis imis ſpathulato-lanceolatis ſerratis, ſummis linearibus. *Loc.* Montoſis, collibus. *Fl.* Jun.

339) MATRICARIA, (Mutterkraut,) L. G. 967.

CAL. *Communis* hemiſphæricus, conſtans *ſquamis* linearibus imbricatis, fere æqualibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco hemiſphærico. *Femineæ*, in radio plures.

Propria hermaphroditi infundibuliformis quinquefida, patens. *Feminea* oblonga, tridentata.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum, nudum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, patens.

Femineis *Germen* nudum. *Stylus* filiformis, longitudine fere hermaphroditi. *Stigmata* duo revoluta.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, pappus nullus. *Femineis* ſimillima hermaphroditis.

REC. convexum, nudum.

SPEC

Spec. 1) *Parthenium*, gemein Muterkraut, Metter.) fol. compoſitis planis, foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. *Loc.* Cultis, ruderatis. *Fl.* Jul. *Vis.* Anodyna, emenagoga, cum chamomilla eadem, ſed debilior.

2) *Chamomilla*, (Chamillen) receptaculis conicis, radiis patentibus, ſeminibus nudis, ſquamis calycinis margine æqualibus, foliis ſupradecompoſitis ſetaceis, pedunculis ſolitariis. *Loc.* Cultis, agris. *Fl.* Jul. *Vis.* Emolliens, anodyna, carminativa, autiſpasmodica. *Uſ.* Bob. capr. ovib. pabulum.

34) ANTHEMIS, (Chamille.) Linn. G. 970.

Cal. *Communis* hemiſphæricus: *ſquamis* linearibus, fere æqualibus.

Cor. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, numeroſæ, in diſco convexo. *Femininæ* plures, in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: quinquedenta, erecta.

Feminea ligulata, lanceolata, interdum tridentata.

Stam. Hermaphroditis *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima, *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

Pist. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, reflexa. Femineis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, revoluta.

Per. nullum. *Calyx* immutatus.

Sem. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, Pappus nullus. *Femineis* ſimillima hermaphroditis.

Rec. conicum, *paleaceum*.

Spec 1) *Nobilis*, (gemeine ächte edle Feld-Chamillen, Hermel.) foliis pinnato-compoſitis linearibus, acutis, ſubvilloſis, laciniis ſetaceis: Chamæmelum nobile romanum odoratum flore multiplici (mit halbgefüllter Blume,) *Loc.* Paſcuis apricis, Viis. *Fl.* Albus ſuaveolens May. Jun. *Vis.* Balſamica, antiſpasmodica, &c. eadem cum Matricar. Chamom.

2) *Arvenſis*, (wilde falſche geruchloſe Acker C. Ochsauge,) receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. *Loc.* Agris, viis. *Fl.* Jun.-Aug. *Uſ.* Bob. ovib. equis pabul.

3) *Cotula*, (ſtinkende Hunds-C. Krötendill.) receptac. conicis, paleis ſetac. ſeminibus nudis. *Loc.* Ruderatis, agris. *Fl.* foetidus Jun. Jul. *Obſ.* Bufones adlicit.

4) *Tinctoria*, (Färber C. Gill- Streich-Blume,) foliis bipinnatis ſerratis, ſubtus tomentoſis, caule corimboſo ramoſo, laciniis linearibus dentatis ſerratis, floribus pedunculatis. *Loc.* Apricis pratis ſiccis, ſilvis. *Fl.* Jun. Jul. citrino-tinctorii.

341) ACHILLEA, (Achillenkraut:) Lin. G. 971.

CAL. *Communis* oblongo-ovatus, imbricatus: *ſquamis* ovatis-acutis, conniventibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* tubuloſæ, 5. 16. in diſco.

Femininæ ligulatæ, 5. ad 10. in radio.

Propria Hermaphroditi infundibuliformis: quinquefida, patula.

Feminæ ligulata, ob-cordata, patens, trifida: *lacinula intermedia* minore.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſum, emarginatum.

Femineis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine hermaphroditi. *Stigmata* duo, obtuſa, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus, receptaculum filiforme elongatum, ut diſcus ſeminum, ovatus, calyce duplo longior.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, ovata, *flocco* inſtructa, pappus, nullus. *Feminis* ſimilia hermaphroditis.

REC. *Paleis* lanceolatis, longitudine floſculorum, tectum.

SPEC. 1) *Ptarmica*, (gemeines Nieskraut, wilder teutſcher Wieſen-Bertram, Dorant, Berufkraut, weiſſer ſpiziger Rheinfarn,) foliis lanceolatis acuminatis, argute ſerratis: Dracunculus pratenſis. *Loc.* Paludoſis. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Errhina, vulneraria. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis, ſuibus, vaccis pabulum.

2) *Millefolium*, (gemeine Schafgarben, Schafribben, Tauſendblat.) fol. bipinnatis nudis, laciniis linearibus dentatis, caulibus ſulcatis, vulgare album: tanaceti folio, flore purpureo; *Loc.* agris

agris pratis, viis. *Fl.* Jul - Sept. *Vis.* Tonica, vulneraria, narcotica; amara. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis, ſuib. pabul. muſcos arcet in pratis.

SYNGENESIA.

Ord. III. POLYGAMIA FRUSTRANEA, (Mit fruchtbaren Zwittern und unfruchtbaren Weibchen.)

342) HELIANTHUS, (Sonnenblume,) L.G. 979.

CAL. *Communis* imbricatus, expanſus: *ſquamis* oblongis, acuminatis, baſi latiuſculis, dehiſcentibus undique apicibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* numeroſiſſimæ, in diſco. *Femineæ* pauciores, multo longiores, in radio.

Propria Hermaphroditis cylindracea, calyce communi brevior, *baſi* ventricoſa, orbiculata, depreſſa: limbo quinquedentata, acuta, patens.

Femineis ligulata, lanceolata, integerrima, longiſſima.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. curva infra ventriculum corollulæ inſerta, longitudine tubi. *Anthera* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, longitudine corollulæ. *Stigma* bipartitum, reflexum.

Femineis *Germen* minimum. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, oblonga, obtuſa, tetragona, angulis oppoſitis compreſſa, interna anguſtiora, Pappus ariſtis duabus lanceolatis deciduis.

Femineis nulla.

REC. magnum, planum, *paleis* lanceolatis acutis, duabus ſingulum ſemen diſtinguentibus, deciduis.

SPEC. 1) *Annuus*, (jährige S. Sonnenkrone.) foliis omnibus cordatis trinervatis, floribus cernuis, radix annua. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Flavus Jul. - Sept. apibus proficui. *Uſ.* Folia - pecoribus pabulum, & avibus, gallinis ſemina, e quibus oleum ad lampades, eſculentumque uti & pla-

centæ oleoſæ ad ſaginationem conficiuntur. Capitula nondum aperta ſunt eſculenta loco Cynaræ.

2) *Multiflorus*, (vielblumige S.) fol. inferioribus cordatis trinervatis, ſuperioribus ovatis, radice tereti inflexa perenni. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Jul.-Sept.

3) *Tuberoſus*, (Erdäpfel, Jeruſalems-Artiſchocken, Taupinambour.) fol. ovato-cordatis triplinerviis: radice tuberoſa. *Loc.* Braſilia, & hortis Europæ. *Fl.* Flav. *Uſ.* Radix dulcis, eſculenta, ſuccedaneum cynaræ: folia ſuibus ſaginatio.

343) COREOPSIS. (Wanzengeſicht) L. G. 981.

CAL. *Communis* vel ſimplex ſubimbricatus vel duplicatus, *exterior* foliolis ſæpius octo, rudibus, in orbem poſitis: *interior* totidem majoribus, membranaceis & coloratis.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ*, numeroſæ, in diſco. *Femininæ* octo, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, quinquedentata.

Feminea ligulata, quadridentata, patens, magna.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Antheræ* cylindracea, tubuloſa.

PIST. Hermaphroditis *Germen* compreſſum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* bifidum, acutum, tenue. Femineis *Germen* conſimile hermaphroditis. *Stylus* nullus. *Stigma* nullum.

PER. nullum. *Calyx* vix mutatus.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria, orbiculata, hinc convexa, inde cava, cum protuberantia tranſuerſali ad apicem ſcilicet & baſin, cincta margine membranaceo, apice bicorni. *Femineis* nulla.

REC. paleaceum.

SPEC. *Bidens*, (zweyzähniges W.) fol. lanceolatis ferratis oppoſitis amplexicaulibus. *Loc.* Humidis, foſſis. *Fl.* Aug.-Sept.

344 CENTAUREA, (Flockenblume,) L. G. 984.

CAL. *Communis* imbricatus, ſubrotundus: *ſquamis* ſæpius varie terminatis.

COR. *Compoſita* floſculoſa difformis: *corollulæ hermaphroditæ* plurimæ, in diſco. *Femineæ* pauciores, majores, laxæ, in radio.

Pro

Propria Hermaphroditi monopetala: *tubo* filiformi, *limbo* ventricoſo, oblongo, erecto, terminato *laciniis* 5. linearibus, erectis. *Femineis* monopetala: *tubo* tenui, ſenſim ampliato, recurvo: *limbo* oblongo, obliquo, inæqualiter diviſo.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 5. capillaria, breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubulata, longitudine corollulæ.

PIST. Hermaphroditis *Germen* parvum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigma* obtuſiſſimum, acumine (multis bifido) prominens. Femineis *Germen* minimum. *Stylus* vix nullus. *Stigma* nullum.

PER. nullum. *Calyx* immutatus, comivens.

SEM. *Hermaphroditis* ſolitaria. Pappus plerisque plumoſus ſ. piloſus. Femineis nulla.

REC. *Setoſum.*

SPEC. 1) *Moſchata*, (Biſam F.) Calycibus inermibus ſubrotundis glabris: ſquamis ovatis, foliis lyrato-dentatis. *Loc.* Perſia & Eur. hortis. *Fl.* Purpureus & albus Moſchum redolens Jun. Jul.

2) *Cyanus*, (blaue Kornblume,) calycibus ſerratis, fol. linearibus integerrimis, infimis dentatis: hortenſis flore ſimplici & pleno vel albo, l. carneo, l. cæruleo. *Loc.* Cultis, hortis & inter ſegetes. *Uſ.* Folia bob. capr. ovib. pabul. ac apibus flores, e quibus pigmentum habemus cæruleum, literis inſerviens, & tabacum fumantes utuntur pro condimento.

3) *Scabioſa*, (braune Bergflockenblume, groſſe Scabioſe, Eiſenwurzel,) calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis, capitulis ſquamatis. *Loc.* Pratis. *Fl.* Jun. Jul.

4) *Jacea*, (gemeine Flockenblume,) calycibus ſcarioſis, laceris, foliis lanceolatis, radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis: Jacea nigra. *Loc.* Pratis. *Fl.* Jun. Jul. apibus pabul. & folia luteo-tinctoria.

5) *Benedicta*, (Cardobenedicten,) calycibus duplicato-ſpinoſis lanatis involucratis, fol. ſemidecurrentibus denticulato-ſpinoſis. *Loc.* Eur. hortis. *Vis.* Balſamica, tonica, pellens, purgans, ſudorifera, amara.

SYNGENESIA.

Ord. IV. POLYGAMIA NECESSARIA, (Mit unfruchtbaren Zwittern, und fruchtbaren Weibgen.)

345) CALENDULA, (Ringelblume,) L.G.990.

CAL. *Communis* ſimplex, multipartitus, erectiuſculus: *ſegmentis* lineari-lanceolat. 14. ad 20. fere æqualibus.

COR. *Compoſita* radiata: *corollulæ hermaphroditæ* plurimæ, in diſco. *Femineæ* plurimæ, numero radiorum calycis, longiſſimæ, in radio.

Propria Hermaphroditi tubuloſa, ſemiquinqueſida, longitudine calycis. *Feminea* ligulata, longiſſima, tridentata, baſi villoſa, enervis.

STAM. Hermaphroditis *Filam.* 5. capillaria breviſſima. *Anthera* cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ.

PIST. Hermaphroditis *Germen* oblongum. *Stylus* filiformis, vix ſtaminum longitudine. *Stigma* obtuſum. bifidum, rectum.

Femineis *Germen* oblongum, trigonum. *Stylus* filiformis, longitudine ſtaminum. *Stigmata* duo, oblonga, acuminata, reflexa.

PER. nullum. *Calyx* connivens, ſubrotundus, depreſſus.

SEM. *Hermaphroditis centralia* diſci nulla, *peripheriæ propria* rarius ſolitaria, membranacea, obcordata, compreſſa.

Femineis ſolitaria, majora, oblonga, incurva, triangularia, angulis membranaceis, externe longitudinaliter figura vegetabilis inſculpta.

REC. nudum, planum.

SPEC. 1) *Arvenſis*, (Acker R.) ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis: extimis erectis protenſis. *Loc.* Arvis. *Fl.* Jun. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis pabul. & apib. flores luteo-tinctorii uti crocus.

2) *Officinalis*, (gemeine groſſe R.) ſeminib. radii cymbif. muricat. incurvatis omnibus, echinatis bicornibus. *Loc.* Cultis, hortis, & arvis. *Fl.* Luteus Jul.-Sept. *Vis.* Pellens, ſudorifera; amara. *Uſ.* Flores odorati ad condimentum loco croci.

347) FI-

346) FILAGO (Fadenkraut,) Linn. G. 995.

CAL. *Communis* ex paleis imbricatis, continens in diſco floſculos hermaphroditos, plures, in ambitu inter ſquamas calycis inferiores floſculos femineos ſolitarios.

COR. Hermaphroditicæ infundibuliformes, *limbo* quadrifido, erecto. *Femineæ* vix conſpicuæ, filiformes anguſtiſſimæ, ore bifidæ.

STAM. Hermaphroditis *Filamenta* 4. capillaria, parva. *Anthera* cylindrica, apice quadridentata.

PIST. Hermaphroditis *Germen* vix ullum. *Stylus* ſimplex. *Stigma* acutum, bifidum.

Femineis *Germen* obovatum, maiuſculum, depreſſum. *Styl.* filiformis. *Stigma* bifidum. PER. nullum.

SEM. Hermaphroditis nulla.

Femineis obovata, compreſſa glabra parva. Pappus nullus.

REC. diſcus nudus absque paleis, latera vero *Paleis* calycinis floſculos diſtinguentibus.

SPEC. 1) *Arvenſis*, (Acker F.) floribus conicis lateralibus, caule paniculato. *Loc.* Montoſis campis ſabuloſis. *Fl.* Aug. Sept.

2) *Leontopodium*, (Bergruhrkraut, Kazenpfötgen,) caule ſimpliſſimo, capitulo terminali bracteis hirſutiſſimis radiato. *Loc.* Alpibus, pratis. *Fl.* Aug.

SYNGENESIA.

Ord. VI. MONOGAMIA (Mit einzelnen Befruchtungs-Werkzeugen.)

347) JASIONE, (Jaſione) Linn. G. 1005.

CAL. *Perianthium commune* polyphyllum: *foliolis alternis* interioribus anguſtioribus, flores plurimos pedunculis breviſſimis adnexos includens, perſiſtens. *Perianthium proprium* quinquefidum, ſuperum, perſiſtens.

COR. propria pentapetala: *petalis* lanceolatis, erectis, baſi connexis.

STAM. *Filamenta* 5. ſubulata, brevia. *Antheræ* 5. oblongæ, baſi connexæ.

PIST. *Germen* ſubrotundum; inferum. *Stylus* filiformis, longitudine corollæ. *Stigma* bifidum.

PER.

Per. *Capſula* ſubrotunda, quinquangularis, coronata calyce proprio, bilocularis.

Sem. plura ſubovata.

Obs. *Floſculi centrales ſæpe abortientes ſtigmate indiviſo clavato.*

Spec. *Montana* (Berg I.) foliis lineari-lanceolatis obſolete ſerratis. *Loc.* Collibus ſiccis, viis, montibus. *Fl.* Apibus Jun. Jul.

348) VIOLA (Viole,) Linn. G. 1007.

Cal. *Perianthium* pentaphyllum, breve, perſiſtens: *foliolis* ovato-oblongis, erectis, apice acutioribus, baſi obtuſis, ſupra baſin affixis, æqualibus, ſed diſpoſitione variis: quorum duo fulciunt petalum α. ſingulum petalum β. γ. unicum duo petala δ. ε. ſimul.

Cor. pentapetala: irregularis. *Petalis* inæqualibus; quorum

Petalum α. ſupremum rectum, deorſum ſpectans, latius, obtuſius, emarginatum, deſinens baſi in *Nectarium* corniculatum, obtuſum, inter calycis folia prominens.

β. γ. *lateralia* paria, oppoſita, obtuſa, recta.

δ. ε. *infima* paria, majora, ſurſum reflexa.

Stam. *Filamenta* 5. minima, quorum *duo* petalo α. proxima appendicibus annexis intrant nectarium. *Antheræ* ſæpius connexæ, obtuſæ, membranis ad apicem auctæ.

Pist. *Germen* ſubrotundum. *Stylus* filiformis, extra antheras prominens. *Stigma* obliquum.

Per. *Capſula* ovata, trigona, obtuſa, unilocularis, trivalvis.

Sem. plura, ovata, appendiculata valvis affixa. *Receptaculum* lineare, per ſingulam valvulam lineæ inſtar excurrit.

Obs. Stigma *vel* (in Martiis *dictis*) *in hamum ſimplicem reflectitur, vel eſt* (*in* Tricoloribus *dictis*) *capitulum, concavum, apice perforato. Flos* in Europæis inverſus ſemper eſt: in Indicis ſæpius rectus, unde diverſa facies apparens.

Spec. 1) *Odorata*, (wohlriechende Merzen V.) acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus, reptantibus teretibus, pedunculis radicalibus. *Loc* Nemoroſis, pratis. *Fl.* Purpureus l. albus odoratus, apibus,

apibus, Febr.-Apr. *Vis.* Flor. anodyna, refrigerans, analeptica. *Uſ.* Folior. ad olera, corollæ cæruleo-tinctorius.

2) *Canina*, (Rosveieln, Hundsviolen,) caule adultiore adſcendente, foliis oblongo-cordatis, inodora ſylveſtris. *Loc.* Apricis. *Fl.* Cærulæus Mart.-May. *Uſ.* Apibus flores herba bob. capr. ovib. pabul.

3) *Tricolor*, (dreyfärbige wilde Acker V. Freyſamkraut, Tag und Nachtblume, Garböckle,) caule triquetro diffuſo, foliis ovato-oblongis inciſis, crenatis, ſtipulis oblongis pinnato-dentatis, hortenſis repens. *Loc.* Cultis, agris, hortis. *Fl.* Flavo-violaceus Mart.-Jun. apibus & bob. capr. pabulum.

349) IMPATIENS, (Springkraut,) L. G. 1008.

Cal. *Perianthium* diphyllum, minimum: *foliolis* ſubrotundo-acuminatis, æqualibus, verſus latera floris poſitis, coloratis, deciduis.

Cor. pentapetala, ringens: *Petalis* inæqualibus: quorum Petalum *α. ſummum* ſubrotundum, planum, erectum, leviter trifidum, apice acuminatum, *labium ſuperius* conſtituens.

β. γ. infima paria, reflexa, maxima, extrorſum latiora, obtuſa, irregularia, *labium inferius* conſtituentia.

δ. ε. intermedia paria, oppoſita; ad baſin *α.* exorta. *Nectarium* monophyllum, cuculi inſtar fundum floris recipiens, ore obliquum, extrorſum aſſurgens, baſi in cornu definens.

Stam. *Filamenta* 5. breviſſima, verſus baſin anguſtiora, incurva. *Antheræ* totidem, connatæ, baſi diviſæ.

Pist. *Germen* ovato-acuminatum. *Stylus* nullus. *Stigma* ſimplex, antheris brevius.

Per. *Capſula* unilocularis, quinquevalvis, elaſtice diſſiliens valvulis in ſpiram convolutis.

Sem. plura, ſubrotunda, receptaculo columnari affixa.

Obs. *Deficiunt in aliis Petala δ. η. in aliis Cornu nectarii.* Capſulæ *figura differt: hinc* Impatiens *Riv. Capſula longa fuit: &* Balſamina *Riv. ovata.*

Spec. 1) *Balſamina*, (Balſamine, Hanenſporn, Balſamkraut,) pedunculis confertis unifloris ſubag-

ſubaggregatis, foliis lanceolatis, ſuperioribus alternis, nectariis flore brevioribus. *Loc.* India & hortis Europæ. *Fl.* Jul.-Oct. vel albus l. ruber variegatus apibus, & ornamentum hortorum.

2) *Noli me tangere*, (gemein S. gelber Springſamen, wilde gelbe Balſamine,) pedunculis multifloris ſolitariis, fol. ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *Loc.* Silvis, ad muros. *Fl.* Flav. Jul.-Sept. *Uſ.* Capris pabulum.

Claſſis XX.

GYNANDRIA,

(Mit aneinander gewachſenen Staubfäden und Staubwegen.)

GYNANDRIA dignoſcitur a reliquis ſitu Staminum in ipſo Stylo, vel in receptaculo elongato in formam Styli, piſtillum cum ſtaminibus ferente, piſtillique in partem tranſeunte.

Obs. *Primus Ordo hujus Claſſis, qui* Diandria *dicitur, Naturalis eſt, cujus genera, ſola fere conſideratione Nectarii, a ſe invicem differunt: quam notam Radici longe præferimus in conſtituendis generibus, licet a Botanicis antea non recepta fuerit.*

Structura fructificationis hujus Ordinis omnino ſingularis eſt.

Germen *enim ſemper inferum contortum eſt.* Petala 5. *quorum* 2. interiora *connivent ſæpius in galeam. Labium inferius Nectarium conſtituit, quod locum piſtilli & petali ſexti occupat.* Stylus *adnaſcitur margini interiori nectarii, ut cum ſtigmate ſuo vix diſtingui poſſit. Filamenta ſemper* 2. *ſunt, breviſſima, ferentia totidem* Antheras, *inferne anguſtiores, nudas ſeu tunica carentes, pulpæ citri inſtar diviſibiles: hæ teguntur* Cellulis *totidem deorſum apertis, ipſi margini interiori nectarii innatis. Fructus* Capſula *eſt unilocularis, trivalvis, dehiſcens angulis ſub coſtis carinatis.* Semina *ſcobiformia, numeroſa, affixa receptaculo lineari in ſingula valvula.* Vires *aphrodiſiacæ, omnibus his plantis ab omnibus Medicis adſcribuntur.*

Lector

Lector in examinando & conferendo Characteres noſtros ſemper in hac Claſſe tradat Piſtillum ante Stamina, ſi alias diſtinctam idæam ſitus Staminum habere velit; nos enim ne ordinem ſemel receptum mutaremus, Stamina ante Piſtilla deſcripſimus.

Potuiſſem ſi non debuiſſem, *Callam*, *Arum*, *Dracontium*, ad alias *Pothum*, *Zoſteram* demandare Claſſes, quum autem difficillime, nec ulla ratione certum numerum Staminum ſingulo piſtillo adſignare aliquem poſſe puto in his Generibus, conſultius duxi ea heic inſerere, quam tædium examinanti procreare.

Singulares ſunt Flores hujus Claſſis & monſtroſam ac inadſuetam præ ſe ferunt faciem, quod a ſitu partium fructificationis inſolito, reſpectu ad reliquas plantas, oritur.

Ord. I. DIANDRIA.

350) ORCHIS, (Knabenkraut,) Linn. G. 1009.

CAL. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.

COR. *Petala* 5. *tria* exteriora, *duo* interiora, ſurſum conniventia in galeam.
Nectarium monophyllum, a latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo affixum. *Labio ſuperiore* erecto, breviſſimo: *α. inferiore* magno, patente lato. *Tubo*, coniformi, poſtice nutante.

STAM. *Filamenta* duo, tenuiſſima, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* obovatæ, erectæ, tectæ duplicatura biloculari labii ſuperioris nectarii.

PIST. *Germen* oblongum, contortum, inferum. *Stylus* adnatus labio ſuperiori nectarii, breviſſimus. *Stigma* compreſſum, obtuſum.

PER. *Capſula* oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiſcens, apice & baſi cohærens.

SEM. numeroſa, minima, ſcobiformia.

SPEC. 1) *Bifolia*, (zwezblätriges K. Ragwurz, weiſſe wohlriechende Stendelwurz) bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Loc.* Paſcuis aſperis, ſilvis. *Fl.* Purpur. ſuaveolentes aromatici May-Jul. apibus.

2) *Co-*

2) *Coriophora*, (ſtinkendes K.) bulb. indiviſ. nectarii labio trifido reflexo, crenato; cornu brevi, petalis conniventibus. *Loc.* Pratis, paſcuis. *Fl.* Saturate purpureus vel albidus May.

3) *Latifolia*, (breitblätriges K. Ragwurz, Creuzblume, Stendelw.) bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus, radicibus palmatis. Petala 2. lateralia ſurſum flexa, 3. vero conniventia: nectarii labium lateribus reflexum, caulis fiſtuloſus. *Loc.* Humidis pratis montoſis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Ovib. pabul. herba.

4) *Maculata*, (geflektes K. Ragwurz,) bulb. palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore, labio plano, petalis dorſalibus patulis. Petala 3. exteriora erecta, 2. interiora conniventia: nectarii labium trifidum, planum; lobis lateralibus maioribus crenatis: intermedio anguſtiſſimo, integerrimo. *Loc.* Pratis ſucculentis. *Fl.* May. Jun. *Uſ.* Bob. ovib. pabulum.

351) SATYRIUM, (Stendel, Bocksgeilen.) Linn. G. 1010.

CAL. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.

COR. *Petala* 5. ovato-oblonga, *tria* exteriora, *duo* interiora, ſurſum conniventia in galeam.
Nectarium monophyllum, a latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo adnexum: *labio ſuperiore* erecto, breviſſimo: *inferiore* plano, pendulo, baſi burſa ſcrotiformi poſtice prominente.

STAM. *Filamenta* duo, tenuiſſima, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* obovatæ, tectæ duplicatura biloculari labii ſuperioris nectarii.

PIST. *Germen* oblongum, contortum, inferum. *Stylus* labio ſuperiori nectarii adnatus, breviſſimus. *Stigma* compreſſum, obtuſum.

PER. *Capſula* oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiſcens, apice & baſi cohærens.

SEM. numeroſa, minima ſcobiformia.

SPEC. 1) *Viride*, (grüner St.) bullis palmatis, foliis oblongis obtuſis: nectarii labio lineari trifido

do, intermedia obſoleta. *Loc.* Montoſis ſilvis. *Fl.* Jul.

352) OPHRYS, (Zweyblat,) Linn. G. 1011.

CAL. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.

COR. *Petala* quinque, oblonga, ſurſum conniventia, æqualia: *duo* horum exteriora.
Nectarium petalis longius, dependens, poſtice carinatum.

STAM. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* erectæ, tectæ margine interiore nectarii.

PIST. *Germen* oblongum, contortum. *Stylus* margini interiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.

PER. *Capſula* ſubovata, trigona, obtuſa, ſtriata, trivalvis, unilocularis, angulis carinatis dehiſcens.

SEM. numeroſa, ſcobiformia. *Receptaculum* lineare, adnatum ſingulæ valvulæ pericarpii.

SPEC. 1) *Nidus avis*, (Vogelneſt, Waldknabenkraut, nackende Stendelwurz) bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato, nectarii labio bifido. Orchis abortiva fuſca. *Loc.* Montoſis, Nemoribus. *Fl.* May. Jun.

2) *Ovata*, (gemeines eyförmiges Z.) bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido. *Loc.* Subhumidis pratis, ſilvis. *Fl.* May. Jun.

353) SERAPIAS, (Serapias) Linn. G. 1012.

CAL. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.

COR. *Petala* quinque ovato-oblonga, erecto-patula, ſurſum conniventia.
Nectarium longitudine petalorum, baſi excavatum, melliferum, ovatum, inferne gibbum, trifidum, acutum, intermedia cordata obtuſa, baſi cicatrice bifida tridentata.

STAM. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Anth.* erectæ, ſub labio ſuperiore nectarii collocatæ.

PIST. *Germen* oblongum, contortum, inferum. *Stylus* labio ſuperiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.

PER. *Capſula* obovata, obtuſe trigona, tribus carinis adnatis, trivalvis, ſub carinis dehiſcens, unilocularis.

Sem. numeroſa, ſcobiformia. *Receptaculum* lineare, ſingulæ valvulæ pericarpii adnatum.

Spec. *Longifolia*, (langblätrige S. wilde Nieswurzel, hohe blaue Bergcymbelblume, Stendelwurz.) bulbis fibroſis, floribus erectis bractea longioribus; radicibus fibroſis, nectarii labio obtuſo breviore, foliis enſiformibus. *Loc.* Montoſis. *Fl.* Jul. Aug.

354) CYPRIPEDIUM, (Venusſchuh,) L.G. 1015.

Cal. *Spathæ* vagæ. *Spadix* ſimplex.
Perianthium nullum.

Cor. *Petala* 4. vel 5. lanceolato-linearia, longiſſima, patentia, erecta.
Nectarium intra petalum infimum, calceiforme, inflatum, obtuſum, cavum, petalis brevius, latus; *labio* ſuperiore ovato, plano, inflexo, parvo.

Stam. *Filamenta* duo, breviſſima, piſtillo inſidentia. *Antheræ* erectæ, tectæ labio ſuperiori nectarii.

Pist. *Germen*, longum, contortum inferum. *Stylus* breviſſimus, labio ſuperiori nectarii adnatus. *Stigma* obſoletum.

Per. *Capſula* obovata, obtuſe trigona: tribus futuris ſub quibus dehiſcit angulis, trivalvis, unilocularis.

Sem. numeroſa, minima. *Receptaculum* lineare, ſingulæ valvulæ pericarpii longitudinaliter adnatum.

Spec. *Calceolus*, (gemeiner V. Pfaffen- Frauen-Schuh,) radicibus fibroſis, foliis ovato-lanceolatis caulinis: Helleborine caule folioſo. *Loc.* Montoſis. *Fl.* Vel luteus, l. purpur. l. variegatus Jul.

GYNANDRIA
Ord. VI. HEXANDRIA.

355) ARISTOLOCHIA, (Oſterlucey.) L.G. 1022.

Cal. nullus.

Cor. *Petalum* unicum, tubuloſum-inæquale: *baſis* ventricoſa, ſubgloboſa, toruloſa: *Tubo* oblongo, hexagono-cylindraceo: *Limbo* dilatato, inferne extenſo in linguam longam.

Stam. *Filamenta* nulla. *Antheræ* ſex, infra ſtigmata adnatæ, quadriloculares.

Pist.

PIST. *Germen* oblongum, inferum, angulatum. *Stylus* vix ullus. *Stig.* ſubgloboſum, ſexpartitum, concavum.
PER. *Capſula* magna, ſexangularis, ſexlocularis.
SEM. plura, depreſſa, incumbentia.
OBS. *Fructus figura variat, aliis ſubrotundus, aliis longus.*
SPEC. *Clematis*, (gemeine kleine O. Holzwurz) foliis cordatis petiolatis, caule erecto, floribus axillaribus lateralibus confertis. *Loc.* Ad muros, paſcuis. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Pellens, incidens, vomitoria, foetida.

GYNANDRIA.

Ord. VIII. POLYANDRIA.

356) ARUM, (Aron,) Linn. G. 1028.

CAL. *Spatha* monophylla, maxima, oblonga, baſi convoluta, apice connivens, ventre compreſſa, interne colorata.
Spadix clavatus, ſimpliciſſimus, Spatha paulo brevior, coloratus, inferne germinibus obvallatus, marceſcens ſupra germina.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* nulla, niſi Nectaria baſi craſſa, deſinentia in *Cirrhos* filiformes duorum ordinum e medio ſpadice egredientes. *Antheræ* plurimæ, ſeſſiles, tetragonæ, cirrhorum duplici ordini interjectæ, ſpadici adnatæ.
PIST. *Germina* plurima baſin ſpadicis veſtientia, infra ſtamina collocata, obovata. *Styli* nulli. *Stigmata* villis barbata.
PER. *Baccæ* totidem, globoſæ, uniloculares.
SEM. plura, ſubrotunda.
OBS. *Mira floris ſtructura & ſine pari, quæ Botanicis Summis diſputandi materiem præbuit. Vide Tournef. Malpig. Dillen Rivin. &c.*
Receptaculum elongatum in clavam nudam, germina ad baſin retinens, Stamina intra germina, miracula naturæ, receptaculo affixa filamentorum elevantium ope minus indigentia: hinc flos inverſus dici poteſt. Quid ſunt cirrhi iſti ſub filamentis commemorati?
SPEC. *Maculatum*, (gewöhnlicher geflekter A. teutſcher Ingwer, Pfaffenpint, Zehrwurz,) acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice excavato,

vato, maculis candidis ſ. nigris. *Loc.* Montoſis, fruticetis, dumetis. *Fl.* May. *Vis.* Incidens, expectorans, cosmetica, recens corrodens, acris.

Claſſis XXI.

MONOECIA,

(Mit halbgetrenten Geſchlechtern,)

Maſculus flos inſtruitur ſtaminibus, deſtituitur Piſtillo.
Femineus fl. deſtituitur ſtaminibus, inſtruitur Piſtillo.
Androgyna planta profert & Flores Maſculos & Femineos in eodem individuo.
Monoecia comprehendit flores tantum Androgynos, absque hermaphroditis: i. e. flores Maſculos & femineos diſtinctos, ſed ex eadem radice prognatos.
Calyx communis ſi diverſos ſexu floſculos comprehendat, non intrat monoeciam, ne confuſio oriatur, adeoque nec varia genera *Umbellatorum*, compoſitorumve florum.

Ord. I. MONANDRIA.

357) CHARA, (Armleuchter,) Linn. G. 1203.

Cal. diphyllus, minimus.
Cor. nulla, (monopetala, Vaill.)
Stam. *Filament.* nullum. *Anthera* unica globoſa, receptaculo affixa. Pont.
Pist. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigmata* 3. latiuſcula. Pont.
Per. nullum, (Capſula monoſpermia Vaill.)
Sem. unicum ovato-oblongum.
Spec. *Vulgaris*, (gemeiner A.) caulibus lævibus, frondibus interne dentatis. *Loc.* Stagnis. Fl. Jul.

MONOECIA. Ord. II. DIANDRIA.

358) LEMNA, (Waſſerlinſe) Linn. G. 1038.

* *Hermaphroditus Flos.*
Cal. monophyllus, ſubrotundus, latere dehiſcens, oblique extrorſum dilatatus, obtuſus, depreſſus, magnus, integer, patens.
Cor. nulla.

Stam.

STAM. *Filamenta* duo, ſubulata, incurva, longitudine calycis. *Antheræ* didymæ, globoſæ.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* brevis. *Stigma* obſoletum.
PER. abortiens.

* *Femineus Flos* in eadem planta cum maſculo.
CAL. ut in hermaphrodito.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ſubovatum. *Stylus* brevis, perſiſtens. *Stigma* ſimplex.
PER. *Capſula* globoſa cum acumine, unilocularis.
SEM. nonnulla, oblonga, utrinque acuta, longitudine fere capſulæ, hinc ſtriata.

SPEC. 1) *Minor*, (kleines Entengrün, Waſſerlinſe,) foliis ſeſſilibus utrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis. *Loc.* Aquis quietis. *Fl.* May. Jul. *Uſ.* Anatibus, anſeribus, gallinis cum furfure, grata.

2) *Polyrhiza*, (vielwurzliche W.) foliis ſeſſilibus, radicibus confertis: *Loc.* Paludibus, foſſis. *Fl.* Jul. *Uſ.* cum ſuperiori idem.

MONOECIA Ord. III. TRIANDRIA.

59) TYPHA, (Rohrkolbe,) Linn. G. 1040.

* *Maſtuli* numeroſi in amento culmum terminante.
CAL. *Amentum commune* cylindraceum, denſiſſimum, conſtans. *Perianthiis* propriis triphyllis, ſetaceis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ, pendulæ.

* *Feminei* numeroſi in amento, culmum eundem cingente, compactiſſime digeſti.
CAL. *Capilli* pappoſi.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ſetæ inſidens, ovatum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* capillare, perſiſtens.
PER. nullum. *Fructus* numeroſi cylindrum conſtituunt.
SEM. unicum, ovatum, ſtylo inſtructum, ſetæ inſidens. *Pappus* capillaris, ſetæ ſeminiferæ quaſi affixus, longitudine piſtilli.

SPEC. 1) *Latifolia*, (breitblätrige R. Lieſchkolbe, Pumpskeule,) foliis ſubenſiformibus, ſpica maſcula

ſcula femineaque approximatis. *Loc.* Paludibus. *Fl.* Jul. *Uſ.* Bobus pabulum; Pappo pauperes culcitras implent.

2) *Anguſtiſolia*, foliis ſemicylindricis, ſpica maſcula femineaque remotis. *Loc.* Paludibus. *Fl.* Jul.

360) SPARGANIUM, (Igelskolbe,) L. G. 1041.

* *Maſculi* numeroſi, in capitulum collecti.

CAL. *Amentum commune* ſubrotundum, undique denſiſſime imbricatum, conſtans *Perianthiis* propriis triphyllis, linearibus, deciduis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria, longitudine calycis. *Antheræ* oblongæ.

* *Feminei.*

CAL. ut in mare. *Receptaculum commune* ſubrotundum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, deſinens in *Stylum* brevem, ſubulatum. *Stigmata* duo acuta, perſiſtentia.

PER. *Drupa* exſucca, turbinata cum acumine, inferne angulata.

SEM. *Nuces* duæ, oſſeæ, oblongo-ovatæ, angulatæ.

OBS. *Semen in aliis uniloculare, in aliis biloculare obſervat Tourneſortius.*

SPEC. *Natans*, (ſchwimmende I. Rindknoſpengras, Degenkraut,) foliis decumbentibus planis, natantibus plano convexis. *Loc.* Lacubus, paludibus. *Fl.* Aug. *Uſ.* Bobus gratum, piſces adlicit: fluvios & lacus pacatos reddit.

361) ZEA, (Türkiſch Korn,) Linn. G. 1044.

* *Maſculi* in ſpicas laxas diſpoſiti.

CAL. *Gluma* biflora, bivalvis: *valvulis* ovato-oblongis, muticis.

COR. *Gluma* bivalvis: *valvulis* oblongis, muticis; longitudine calycis.

Nectaria duo, compreſſa, breviſſima.

STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* quadrangulæ, quadriloculares, apice dehiſcentes.

* *Feminei* in ſpica denſiſſima infra maſculos, in eadem planta, foliis obtecta.

CAL. *Gluma* propria bivalvis: *ſquamis* ſubrotundis, craſſis, breviſſimis, *exteriore* craſſiore.

COR.

Cor. bivalvis: *valvulis* membranaceis, latis breviſſimis, perſiſtentibus.

Pist. *Germen* minimum. *Stylus* filiformis, omnium longiſſimus. *Stigma* ſimplex, verſus apicem pubeſcens.

Per. nullum. *Receptaculum commune* maximum, longum, excavatum, in quo ad dimidiam partem demerſi ſunt fructus, calyce & corolla propria cincti.

Sem. ſolitaria (poſt ſingulos flores), ſubrotunda, baſi angulata, compreſſa.

Spec. *Mays*, (t. K. Welſchkorn, Weizen,) frumentum indicum. *Loc.* Cultis, agris Europæ. *Fl.* Aug. *Uſ.* Semina varii coloris rubra, flava, purpur. &c. farinoſa ſunt, loco frumenti, ſuccedaneum panis: Americani juſcula, pulmenta, decocta varia præparant: pecoribus, bobus, vaccis, ſuibus, anſeribus, anatibus, columbis ſunt pabulum, & commoda ſaginatio.

362) CAREX, (Riedgras,) Linn. G. 1046.

* *Maſculi Flores* in ſpicam digeſti.

Cal. *Amentum* oblongum, imbricatum, conſtans. *Squamis* unifloris, lanceolatis, acutis, concavis, perſiſtentibus.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* tria, ſetacea, erecta, calyce longiora. *Antheræ* erectæ, longæ, lineares.

* *Feminei Flores* in eadem vel (quibusdam) in diſtincta planta.

Cal. *Amentum* ut in maſculis.

Cor. *Petala* nulla,

Nectarium inflatum, ovato-oblongum, apice bidentatum, ſuperne contractum, ore dehiſcens, perſiſtens.

Pist. *Germen* triquetrum, intra nectarium. *Stylus* breviſſimus. *Stigmata* tria vel duo, ſubulata, incurva, longa, acuminata, pubeſcentia.

Per. nullum. *Nectarium* majus factum ſemen fovet.

Sem. unicum, ovato-acutum, triquetrum altero angulo, ſæpius minore.

Spec. 1) *Arenaria*, (Sand R. kriechender Flug-Sand, Eiſerpäthen,) ſpica compoſita, ſpiculis androgynis, inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo triquetro. *Loc.* Siccis

arena mobili, ſilvis. *Fl.* May, *Uſ.* Arenam volatilem radice ſerpente domat: ſuccedaneum radicis Smilacis Saſſaparillæ.

2) *Brizoides*, (Zittergrasartiges R.) ſpica compoſita diſticha nuda, ſpiculis androgynis oblongis contiguis, culmo nudo. *Loc.* Paludoſis, viis. *Fl.* Jun.

3) *Vulpina*, (Fuchs R. Waſſercyperngras, Bruchſegge,) ſpica ſupra decompoſita inferne laxiore: ſpiculis androgynis ovatis ſeſſilibus glomeratis, ſuperne maſculis. *Loc.* Rivulis, paludibus nemoroſis, viis. *Uſ.* Straminis loco, involvendis mercibus, paludes exſiccat, ſemen avibus pabul.

4) *Limoſa*, (leimiger R. kleinere Torfſegge,) ſpicis ovatis pendulis, maſcula longiore erectiore, radice repente. *Loc.* Paludibus ſilvaticis. *Fl.* May.

5) *Ceſpitoſa*, (Raſen R.) ſpicis erectis cylindricis ternis ſubſeſſilibus maſcula terminali, culmo triquetro. *Loc.* Paludibus turfoſis, ſilvis. *Fl.* May. *Uſ.* Bob. capr. ovib. equis pabulum.

6) *Veſicaria*, (hohes Blaſen R. langſtielige Blaſenſegge,) ſpicis maſculis pluribus, femineis pedunculatis, capſulis inflatis acuminatis. *Loc.* Ripis fluviorum & foſſis. *Fl.* May. *Uſ.* Frigus acerbum hoc gramine eludunt Lappones.

MONOECIA.

Ord. IV. TETRANDRIA.

363) BETULA, (Bircke.) Linn. G. 1052.

* *Maſculi Flores* in Amenta cylindracea digeſti.

CAL. *Amentum* commune, undique imbricatum, laxum, cylindraceum: conſtans *ſquamis* trifloris, quibus ſingulis *ſquamulæ* duæ, minutiſſimæ, ad latera poſitæ.

COR. *Compoſita* floſculis tribus, æqualibus, diſco ſquamæ ſingulæ calycinæ affixis.

Propria monopetala, quadripartita, patens, minima: *laciniis* ovato obtuſis.

STAM. *Filamenta* (Corollulæ) quatuor minima. *Antheræ* didymæ.

* *Feminei Flores* in Amenta ejusdem plantæ.

CAL. *Amentum Commune*, imbricatum, *ſquamis* tribus ubi-

ubique oppoſitis, rachi affixis, biſloris cordatis cum acumine, a mucrone verſus apicem ſinu parum diſſectis, concavis, brevibus.

Cor. nulla manifeſta.

Pist. *Germen* proprium ovatum, minimum. *Styli* 2. ſetacei, longitudine ſquamæ calycinæ. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum. *Amentum* ſub ſingula ſquama 2. florum ſemina fovens.

Sem. ſolitaria, ovata.

Obs. *Almus*. T. fructus in ſtrobilum ſubrotundum digeſti.

Spec. 1) *Alba*, (weiſſe B. Mayen, Wunnebaum,) foliis ovatis acuminatis ſerratis. *Loc.* Silvis. *Fl.* April. *Uſ. Folia* viridi-luteo-tinctoria. exſiccata pro pabulo boum caprar. ovium equorum; *cortex* craſſior loco pallii *Lapponibus*, aliisque coriarius, rubro-tinctorius ad retia piſcatoria; veteribus loco papyri; *Liber* ter recreſcens in arbore, aquam repellens, Lapponibus ſcatulis, lagenis, Suecis pro tegendis domibus, ſoleis ruſticorum & piſcatorum: Liber uſtulatus & maſticatus gluten producit vaſis teſtaceis: *Rami*, tenaces ad funes contorquendos corbesque piſcatorios, & ſubtiles ſcopas. *Lignum* durum, album, tenax ad manubria cultrorum, rotas, trahas, varia vaſa & inſtrumenta robuſtiora, ad circulos doliorum maiorum; e ligno præparatus fuligo typographis utilis, carbonibus Metallurgiæ, pulveri pyrio & delineationibus pictorum: Oleum e ligno præparatum corio & rotis inungendis; ſuccus e cortice erumpens ſanguinem purificans.

2) *Almus*, (gemeine Erle, Ellern, Arle, Otten.) pedunculis ramoſis: glutinoſa viridis rotundifolia; incana folio incano. *Loc.* Silvis, humidis, montoſis frigidis. *Fl.* Apr. *Uſ.* Ad ſepes, aggeres paludum in ſilvis, ne ripa adiacentem terram exedat, prohibet: *folia* ovibus pabulum. *Cortex*, ſuccedaneum cortic. peruviani, fuſco-rufo-tinctorius ad retia piſcatorum & ſutorum coria: *lignum* tornatoribus, fabris lignariis ad orbiculos, patinas, vaſa lactea, palas, rotas coli ob facilem conglutinationem, ad manubria pectinum pratorum & bombardarum: carbones

nigro tinctorii ad pulverem pyrium, *radix* nigro-tinctoria inſtar ebeni maxime pectinata ſcipionibus, cultrorum manubriis; *lignum* molle glabrum ſero putreſcens ad fulcra ædificiorum, etiam ſub aqua, unde Venetorum urbs quam maxime huic ſuperſtructa eſt, uti & maximus pons de Pialto.

364) BUXUS, (Buchs,) Linn. G. 1053.

* *Maſculi Flores* ex gemmis plantæ prominentes.

Cal. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, patentibus.

Cor. *Petala* duo, ſubrotunda, concava, ſimillima calyci, ad majora.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecto-patentia, calyce fere majora. *Antheræ* erectæ, didymæ.

Pist. *Germinis* rudimentum absque ſtylo vel ſtigmate.

* *Feminei* in eadem gemma cum maſculis.

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, concavis, patentibus.

Cor. *Petala* tria, ſubrotunda, concava, ſimillima calyci, calyce majora.

Pist. *Germen* ſubrotundum, obtuſe trigonum, deſinens in *Stylos* tres, breviſſimos, perſiſtentes. *Stigmata* obtuſa, hiſpida.

Per. *Capſula* ſubrotunda, triroſtris, trilocularis, trifariam elaſtice dehiſcens.

Sem. oblonga, hinc rotundata, inde plana.

Spec. Sempervirens, (immergrünender B.) arboreſcens, (baumartiger B.) ſuffruticoſa, (ſtaudiger B.) humilis, foliis rotundioribus. *Loc.* Eur. hortis. *Fl.* Mart. *Uſ.* Topiariis, tornatoribus, ſcriniariis, ſculptoribus ærariis lignum ad varia inſtrumenta.

365) URTICA (Neſſel) Linn. G. 1054.

* *Maſculi Flores.*

Cal. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, concavis, obtuſis.

Cor. *Petala* nulla.

Nectarium in centro floris, urceolatum, integrum inferne anguſtius, minimum.

Stam. *Filamenta* quatuor, ſubulata, longitudine calycis,

lycis, patentia, intra ſingulum folium calycinum ſingula. *Antheræ* biloculares.

* *Femineis Flores* vel in eadem, vel in diſtincta plana.
CAL. *Perianthium* bivalve, ovatum, concavum, erectum, perſiſtens.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* nullus. *Stigma* villoſum.
PER. nullum. *Calyx* connivens.
SEM. unicum, ovatum, obtuſo-compreſſum, nitidum,
SPEC. 1) *Urens*, (kleine Brenneſſel, Heiterneſſel,) foliis oppoſitis ovalibus. *Loc.* Cultis, ruderatis. *Fl.* Jun.
2) *Dioica*, (groſſer mit ganz getrennten Geſchlechtern B.) fol. oppoſit. oblongo-cordatis, racemis geminis. *Loc.* Viis, ruderatis. *Fl.* Jun. *Uſ.* Pecoribus pabul. & anſeribus; radices aggerem irruentes prohibent noxam a profluviis aquarum; caules maceratæ ſuccedaneum cannabis.

366) MORUS, (Maulbeerbaum,) Linn. G. 1055.

* *Maſculi Flores* in amenta digeſti.
CAL. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* ovatis, concavis.
COR. nulla.
STAM. *Filamenta* quatuor, ſubulata, erecta, calyce longiora, intra ſingulum folium calycinum ſingula. *Antheræ* ſimplices.

* *Feminei Flores* congeſti vel in eadem, vel diverſa planta a maſculis.
CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* ſubrotundis, obtuſis, perſiſtentibus, oppoſitis duobus exterioribus incumbentibus.
COR. nulla.
PIST. *Germen* cordatum. *Styli* duo, ſubulati, longi, reflexi, ſcabri. *Stigmata* ſimplicia.
PER. nullum. *Calyx* maximus, carnoſus, ſucculentus factus *Bacca*.
SEM. unicum, ovato-acutum.
OBS. *Dantur* & Mares & Feminæ *in diæcia*. 2.
SPEC. 1) *Alba* (weiſſe M.) foliis oblique cordatis lævibus, fructu albo eſculento, &
2) *Nigra* (ſchwarze M.) fol. cordat. ſcabris, fructu

ctu nigro eſculento. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Apr. May. *Uſ.* Folia pabulum bombycum: *Vis.* Refrigerans, roborans.

MONOECIA.
Ord. V. PENTANDRIA.

367) AMARANTHUS, (Amarant,) L. G. 1060.

* *Maſculi Flores* in eadem planta cum femineis.

CAL. *Perianthium* pentaphyllum vel triphyllum, erectum, coloratum, perſiſtens: *foliolis* lanceolato-acutis.

COR. nulla, niſi Calycem ſumas.

STAM. *Filamenta* 5. vel tria capillaria, erecto-patula, longitudine calylis. *Antheræ* oblongæ, verſatiles.

* *Feminei Flores* in eodem cum maſculis racemo.

CAL. *Perianthium* omnino ut in mare.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum. *Styli* tres, breves, ſubulati. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.

PER. *Capſula* ovata, parum compreſſa, ut calyx cui inſidet colorata, ejusque magnitudine, triroſtris, unilocularis, circumſciſſa.

SEM. unicum, globoſum, compreſſum, magnum.

SPEC. 1) *Blitum*, (Meyer-A. wilde Melde, Tauſendſchön.) glomerulis lateralibus trifidis, foliis ovatis retuſis, emarginatis, caule diffuſo. *Loc.* Cultis, hortis ſponte. *Fl.* Apr. Jun. *Uſ.* Folia inſtar oleris in annonæ difficulate.

2) *Caudatus*, (Fuchsſchwanz) racemis pentandris decompoſitis cylindricis pendulis longiſſimis. *Loc.* Hortis. *Fl.* Jul.

MONOECIA.
Ord. VIII. POLYANDRIA.

368) MYRIOPHYLLUM, (Federball,) L. G. 1066.

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *foliolis* oblongis, erectis: horum *extimum* majus, *intimum* minus.

COR. nulla.

STAM.

STAM. *Filamenta* octo, capillaria, calyce longiora, flaccida. *Antheræ* oblongæ.

* *Feminei Flores* infra maſculos.
CAL. *Perianthium* ut in mare.
COR. nulla.
PIST. *Germina* quatuor, oblonga. *Styli* nulli. *Stigmata* pubeſcentia.
PER. nullum.
SEM. quatuor, oblonga.
OBS. M. verticillatum ſæpe floribus hermaphroditis eſt.
SPEC. *Spicatum*, (ährnförmiger F. Federkraut,) floribus maſculis interrupte ſpicatis. *Loc.* Aquis quietis, paludibus. *Fl.* Jul.

369) POTERIUM, (Becherblume) Linn. G. 1069.

* *Maſculi Flores* in ſpicam poſiti.
CAL. *Perianthium* triphyllum: *foliolis* ovatis, coloratis, caducis.
COR. quadripartita. *Petala* ovata, concava, patentia, baſi coalita, perſiſtentia.
STAM. *Filamenta* plurima (30-50.) capillaria, longiſſima, flaccida. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ.

* *Feminei Flores* in eadem ſpica ſupra maſculas.
CAL. *Perianthium* ut in mare.
COR. monopetala, rotata. *Tubus* brevis, ſubrotundus, ore connivens. *Limbus* quadripartitus: *laciniis* ovatis, planis, reflexis, perſiſtentibus.
PIST. *Germina* duo, ovato-oblonga, intra tubum corollæ. *Styli* duo, capillares, colorati, flaccidi, longitudine corollæ.
Stigmata penicilliformia, colorata.
PER. *Bacca* fit e tubo corollæ, indurato, incraſſato, clauſo. SEM. duo.
OBS. *Species ſanguiſ. Bacca exſucca angulata, ſeminibus tetragonis utrinque acuminatis.*
SPEC. *Sanguiſorba*, (gemeine B. Nagelkraut, rauhes Blutkraut, klein Sperberkraut, kleine Pimpinelle, Megelkraut.) inerme, caulibus ſubanguloſis, filamentis longiſſimis. Piſtilla 2. debilia, flori maſculo inſerta 1. 2. *Loc.* Apricis. *Fl.* Jun. *Vis.* Eadem cum Pimpinella ſanguiſorba officinali & adſtringens vulneraria.

370) QUER-

370) QUERCUS, (Eiche,) Linn. G. 1070.

* *Maſculi Flores* in Amentum laxum digeſti.

CAL. *Perianthium* monophyllum, quinquefidum vel quadrifidum: *lacinulis* acutis, ſæpe bifidis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* plura (ſ. 8. 10.) breviſſima. *Antheræ* magnæ, didymæ.

* *Feminei* in gemma ſeſſiles, in eadem planta cum maſculis.

CAL. *Perianthium* monophyllum, coriaceum, hemiſphæricum, ſcabrum, integerrimum, in flore vix manifeſtum.

COR. nulla.

PIST. *Germen* ovatum, minimum. *Stylus* ſimplex, ſfidus: calyce longior. *Stigmata* ſimplicia, perſiſtentia.

PER. nullum.

SEM. *Nux* ovalis, cruſta coriacea univalvi, baſi deraſa, affixa brevi calyci, teres, glabra.

SPEC. *Robur*, (gemeine E. Heiſter, Auguſt- Früh- Maſt- Haſel- Stein- Sommer- Roth- Loh - Eiche,) foliis deciduis oblongis ſuperne latioribus, ſinubus acutioribus, angulis obtuſis. *Loc.* Montoſis, ſilvis, *Fl.* May. *Vis.* Adſtringens. *Uſ. Glandes* ad ſaginationem ſuum, feris, meleagridibus gratæ & in annonæ defectu loco panis: *Cortex* ſuccedaneum cortic. peruviani, ad coria maceranda; *Folia* recentia ovibus pecoribus pabulum: *Gallæ* foliis innatæ ad atramentum nigrum. *Lignum* durum tenax, flexuræ patiens, tornatoribus carpentariis, architecturæ navali, militari, civili proficuum & ad ædificia, ſepimenta, ciſtas varias, dolia, ſellas, menſas, repoſitoria, volvulos agrorum, radios axis, aratra, palos, variaque inſtrumenta.

371) FAGUS, (Buche,) Linn. G. 1072.

* *Maſculi Flores* receptaculo amentaceo communi affixi.

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum quinquefidum.

COR. nulla.

STAM.

Stam. *Filamenta* plura (12. circiter), longitudine calycis, ſetacea. *Antheræ* oblongæ.

* *Feminei Flores* in gemma ejusdem plantæ ſedentes.

Cal. *Perianthium* monophyllum, quadridentatum, erectum, acutum.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* a calyce tectum. Styli tres, ſubulati. *Stigmata* ſimplicia, reflexa.

Per. *Capſula* ſubrotunda (quæ calyx fuit), maxima, ſpinis mollibus obſita, unilocularis, quadrivalvis.

Sem. *Nuces* duæ, ovatæ, triquetræ, trivalves, acuminatæ.

Obs. Fagi *T. Flores maſculi in globum digeſti.* 3.

Caſtaneæ *T. Flores maſculi in cylindrum diſpoſiti.* 1. 2.

Spec. 1) *Caſtanea*, (Caſtanien, Köſtenbaum,) foliis lanceolatis acuminato-ſerratis ſubtus nudis, ſilveſtris; ſativa, (Maronen,) *Loc.* Cultis & ſilvis. *Fl.* Apr. *Uſ. Glandes* eſculentæ nutrientes, ſuibus pabul. & in annonæ penuria loco panis, toſtæ ſuccedaneum coffeæ: *Cortex* adſtringens nutriens; *folia* ſtraminis loco pecorib. & hominibus.

2) *Sylvatica*, (gemeine Naſt- Rothbuche.) foliis ovatis obſolete ſerratis. *Loc.* Silvis. *Fl.* Apr. May. *Uſ.* Ad ſepes denſos, *lignum* optime calefacit hypocauſta in hyeme: ligni lamellæ flexiles vaginis enſium & corticibus librorum utiles, ad aſſeres & folles: *Cineres* officinis metallurgicis, vitriariis, ſaponariis & ad cineres clavellatos: *Cortex* & *folia* coriis parandis; *ſemina* farinoſa, oleoſa pabulum avibus ſciuris, apris, in annonæ caritate loco panis, & toſta inſtar coffeæ, preſſa oleum præbent eſculentum foetidum ad lampades, cujus foetor ſe amittit in urceis lapideis terræ per annum immiſſis.

372) JUGLANS, (Walnus,) Linn. G. 1071.

* *Maſculi Flores* in Amentum oblongum digeſti.

Cal. *Amentum commune* undique imbricato-ſparſum, cylindraceum; conſtans *ſquamis* unifloris: ſingulis ſingulæ corollæ affixis in centro exteriore, extrorſum verſis.

Cor. ſexpartita, elliptica, æqualis, plana: *laciniis* erecto-concavis, pedicellatis, centro corollæ interiori & rachi inſertis.

Stam.

STAM. *Filamenta* plura (18.) breviſſima. *Antheræ* erectæ, acuminatæ, longitudine calycis.

* *Feminei Flores* absque Amento, altero vel tertio ſociati, ſeſſiles in eadem planta.

CAL. *Perianthium* quadrifidum, erectum, breviſſimum germen coronans, evaneſcens.

COR. quadripartita, acuta, erecta, calyce paulo major.

PIST. *Germen* ovale, magnum, ſub receptaculo floris. *Styli* duo, breviſſimi. *Stigmata* maxima, clavata, reflexa, ſuperne lacerata.

PER. *Drupa* ſicca, ovalis, magna, unilocularis.

SEM. *Nux* maxima, ſubrotunda, ſulcis reticulata, ſemiquadrilocularis. *Nucleo* quadrilobo, varie ſulcato.

SPEC. *Regia*, (gemeine W.) foliolis ovalibus glabris ſubſerratis ſubæqualibus; fructu maximo, tenero & fragili putamine. *Loc.* Cultis, agris. *Fl.* Jul. *Uſ.* Nux matura eſculenta oleum exhibet ad lampades.

373) CARPINUS, (Hagbuche, Spindelbaum,) Linn. G. 1073.

* *Maſculi Flores* in Amentum cylindraceum digeſti.

CAL. *Amentum commune* undique laxe imbricatum; conſt. *ſquamis* unifloris, ovatis, concavis, acutis, ciliatis, unifloris.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* (ſæpius 10.) minima. *Antheræ* didymæ, compreſſæ, apice villoſæ, bivalves.

* *Feminei Flores* in Amentum oblongum digeſti in eadem planta.

CAL. *Amentum commune* laxe imbricatum; conſtans. *Squamis* bifloris, lanceolatis, villoſis, apice reflexis, unifloris.

COR. calyciformis monophylla ſexfida, laciniis duabus majoribus.

PIST. *Germina* duo, breviſſima, ſingulis. *Styli* duo, capillares, colorati, longi. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. *Amentum* maximum evadens, ad baſin ſingulæ ſquamulæ ſemen condens.

SEM. *Nux* ovata, anguloſa.

OBS. Carpinus *T. ſemen intra baſin ſquamæ calycinæ concavæ gerit.* Oſtrya *M. ſemen intra ſquamam calycinam inflatum.* 2,

SPEC.

Spec. *Betulus*, (gemeine H. Weisheck- Rauch-Buche, Rolholz,) ſquamis ſtrobilorum planis. *Loc.* Silvis. *Uſ.* Sepibus vivis, in hortis præſertim, *Cortex* luteo-tinctorius; *lignum* album, durum tenax axibus, trochleis, rotis molendinariis, variisque inſtrumentis opificum aptum & tornatoribus ſculptoribus.

374) CORYLUS (Haſelſtaude) Linn. G. 1074.

* *Maſculi Flores* in Amentum longum digeſti.

Cal. *Amentum commune* undique imbricatum, cylindraceum, conſtans.

Squamis unifloris, baſi anguſtioribus, apice latioribus, obtuſioribus, inflexis, trifidis: *lacinula media* longitudine cum reliquis æquali, duplo vero latiore, reliquasque tegente.

Cor. nulla.

Stam. *Filam* 8. breviſſima, lateri interiori ſquamæ calycinæ adnexa. *Antheræ* ovato-oblongæ, calyce breviores, erectæ.

* *Feminei Flores* remoti a maſculis in eadem planta, ſeſſiles, gemma incluſi.

Cal. *Perianthium* diphyllum, coriaceum, margine laceratum, erectum, longitudine fructus, ſub floreſcentia præ parvitate vix manifeſtum.

Cor. nulla.

Pist. *Germen* ſubrotundum, minimum. *Styli* 2. ſetacei, calyce multum longiores, colorati. *Stigmata* ſimplicia.

Per. nullum.

Sem. *Nux* ſubovata, baſi deraſa, apice parum compreſſa, parum acuminata.

Obs. Affinitate ſumma jungitur carpino.

Spec. *Avellana*, (gemeine wilde H.) ſtipulis ovatis, obtuſis: ſativa (zahme H.) fructu vel albo majore, l. rotundo maximo, l. oblongo rubente, l. nucibus in racemum congeſtis. *Loc.* Cultis, ſylvis, ſepibus. *Fl.* Febr.-Apr. *Uſ. Frutex* ambulacris, ſepibus præſtans. *Nuces* eſculentæ, uti lignum oleum exhibentes, ſunt in deliciis. *Rami* virides frumentum a corruptione præſervantes ad virgulas divinatorias, corbes carbonum, cribra, fulcra piſtorum, vincula doliorum proſunt & ad

virgas piſcatorias, ſtolones: *Carbones* a pictoribus, ſculptoribus, aurifabris ad præludia figurarum ſeliguntur. *Radix* nodoſa, undulata criſpa vaſis diu durantibus loco juglandis præſtans. *Folia* capris pabulum & *flores* apibus.

MONOECIA

Ord. IX. MONADELPHIA, (Mit verwachſenen Staubfäden.)

375) PINUS, (Fichte, Kiefern,) Linn. G. 1077

* *Maſculi Flores* in racemos diſpoſiti.

CAL. Gemmæ ſquamæ hiantes nec aliis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* plurima, connata, inferne in *columnam* erectam, apice diviſam. *Antheræ* erectæ.

* *Feminei Flores*, in eadem planta.

CAL. *Conus communis* ſubovatus, conſtans. *Squamis* bifloris, oblongis, imbricatis, perſiſtentibus, rigidis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* minimum. *Stylus* ſubulatus. *Stigma* ſimplex.

PER. nullum. *Conus* calycinus, antea clauſus, nunc connivens.

SEM. *Nux* aucta ala membranacea, ſemine majore, ſquama coni minore, oblonga, hinc recta, inde gibba.

SPEC. 1) *Sylveſtris*, (wilde F. K. Kienbaum, Forchen, Ziegen- Schleis- Spahn- Fürenholz) foliis geminis, primordialibus ſolitariis glabris. *Loc.* Montoſis, ſilvis, ſteriliſſimis, ſicciſſimis ætatem 400 annorum attingit. *Fl.* Jul. *Vis* Turionum reſinoſarum odoratarum ſanguinem purificans, diuretica, diaphoretica. *Uſ.* Arboris ad ſepes durabiles ſemper virentes. *Cortex* interior pauperibus loco panis, ſuibus & equis in Norwegia cum avena mixtus pabulum, exterior loco ſuberis in doliis & retibus. *Lignum* durabile, leve, fiſſile, fabris lignariis ad ædificia, aſſeres, lectos, menſas, ciſtas, variaque ſupellectilia, ad arcus, carinas traharum, ad ſoleas (ſky,) Lapponibus; ad exu-

exuſtiones in conclavibus. *Laminæ* tenuiſſimæ ruſticorum candelæ, reticulatim implicatæ, pro tapetis & cancellis inſerviunt, & *ſtolones* tenues longi, ad ſuſtentacula humuli; arboris hujus *reſina*, therebinthinæ fere conveniens, (Theer,) colophonium, pix nigra, pigmentum (Kienrus) & cineres clavellati varie proſunt in œconomia.

2) *Picea*, (Weistanne, edle Silberdanne,) foliis ſolitariis apice emarginatis, baſi diſtinctis. *Loc.* Silvis. *Fl.* May. apibus. *Uſ.* Idem cum ſequenti.

3) *Abies*, (gemeine Roth- Schwarz- Pechtanne, Kiefe, Fichte, Grämenholz,) foliis ſolitariis, ſubulatis, mucronatis, lævibus, bifariam verſis, apice acuminatis, baſi diſtinctis. *Loc.* Humidiuſculis, ſilvis. *Fl.* May. *Vis.* Terebinthinæ (ſucci huius arboris,) diuretica, balſamica, pellens. *Uſ.* Topiariis ad ſepes ſemper virentes. *Folia* ſpiritum ardentem & cineres clavellatos edentes capris pabul. Pollen amentorum apibus inſervit. *Lignum* leve, humiditatem abſorbens, citius corrumpens ad inſtrumenta muſica, naviculas, aſſeres, ſepimenta, tabulas, malos, tigna, &c. ſcriniariis, tornatoribus. *Carbones* metallurgis, *rami* ad vincula doliorum proficui, & reſina ſebo mixta ad candelas.

MONOECIA

Ord. X. SYNGENESIA. (Mit verwachſenen Staubbeuteln.)

376) CUCURBITA, (Kürbis,) Linn. G. 1091.

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, margine terminato dentibus quinque, ſubulatis.

COR. quinquefariam diviſa, calyci adnata, campanulata: *laciniis* venoſo rugoſis.

Nectarium Glandula in centro floris concava, triangularis.

STAM. *Filamenta* tria, conniventia, ſuperne connexa, inferne diſtincta, calyci adnata. *Antheræ* reptantes ſurſum deorſumque, lineares.

* *Feminei Flores.*

CAL. *Perianthium* ut in mare, ſuperum, deciduum.

Cor. ut in mare.
Nectarifera glandula concava, patens.
Stam. *Margo* cingens, in tres cuſpides breviſſimo deſinens.
Pist. *Germen* magnum, infra receptaculum floris *Stylus* conicus, apice, trifidus. *Stigma* unicum margine craſſo, convexo; ſurſum deorſumque re pens, trifidum.
Per. *Pomum* triloculare: *loculis* membranaceis, moll bus, diſtinctis.
Sem. plurima, compreſſa, tumida, obtuſa, gemin ordine poſita.
Obs. Cucurbita *T. feminibus emarginatis.*
Pepo *T. feminibus margine integro tumido cinctis.*
Spec. 1) *Lagenaria*, (Flaſchen K.) foliis cordati denticulatis tomentoſis, baſi ſubtus biglandulo ſis, pomis lignoſis, ſeminibus obſolete bicor nibus. *Loc.* Americæ riguis & Europæ horti *Fl.* Alb. Jul. apibus. *Uſ.* Fructus exſiccati lage narii, ad lagenas, cochlearia, infundibula, pi leos, variaque alia. Semen oleum exhibet pro ſicuum, cortex junior nondum amarus eſculentus
2) *Pepo*, (gemeine K. Peponen, Pfebe.) foliis lo batis, pomis levibus, ſeminum margine tumido *Loc.* Cultis, vineis. *Fl.* Flavus Jul. apibus. *U* Fructus cum medulla temperante in juſculis, & cum lacte in pulmentis eſculentus: oleum dulc ſemen refrigerans exhibet.
3) *Verrucoſa*, (warzige K.) fol. lobatis, pomi nodoſo-verrucoſis, cortice lignoſo duro. *Lo* Cultis, Europ. hortis. *Fl.* Jul. *Uſ.* Corticis a lagenas: fructus junior eſculentus.
4) *Citrullus*, (Waſſer-Melone.) foliis multipar titis, ſeminum margine baſi dilatato. *Loc.* Cali dis, cultis Ungariæ, hortis Germaniæ. *Fl.* Ju *Uſ.* Fructus refrigerans cum aromatibus, eſcu lentus, eſt in deliciis.

377) CUCUMIS, (Gurcke,) Linn. G. 1092.

* *Maſculi Flores.*
Cal. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, mar gine terminato dentibus 5. ſubulatis.
Cor. quinquepartita, calyci adnata, campanulata, *la ciniis* ovatis, venoſo-rugoſis.

Sta

STAM. *Filamenta* 3. breviſſima, calyci inſerta, conniventia, quorum *duo* apice bifida. *Antheræ* ſunt lineæ ſurſum & deorſum repentes, extrorſum adnatæ. *Receptaculum* trigonum, truncatum, in centro floris.

* *Feminei Flores* in eadem planta maſculis.

CAL. *Perianthium* ut in maſculis, ſuperum deciduum.

COR. ut in maſculis.

STAM. nulla. *Filamenta* tria, acuminata, minima, ſine antheris.

PIST. *Germen* inferum, magnum. *Stylus* cylindraceus, breviſſimus. *Stigmata* tria, craſſa, gibba, bipartita, extrorſum verſa.

PER. *Pomum* triloculare: *loculamentis* membranaceis, mollibus, ſeparatis.

SEM. numeroſa, ovato-acuta, compreſſa, gemino ordine poſita.

SPEC. 1) *Melo*, (Melone.) foliorum angulis rotundatis, pomis toruloſis. *Loc.* Cultis. *Fl.* Jul. *Uſ.* Fructus ſuaveolens, refrigerans, eſculentus in deliciis eſt.

2) *Sativus*, (zahme G. Cucumer,) foliorum angulis rectis, pomis ovato-oblongis ſcabris. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Jul. apibus. *Uſ.* Fructus refrigerans ad acetaria. *Semen* oleum continet proficuum.

378) BRYONIA, (Zaunrübe.) Linn. G. 1093.

* *Maſculi Flores.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, campanulatum, quinquedentatum: *denticulis* ſubulatis.

COR. quinquepartita, campanulata, calyci adnata: *laciniis* ovatis.

STAM. *Filamenta* tria, breviſſima. *Antheræ* quinque, quarum *duæ* in ſingulo filamento connatæ, *unica* in tertio filamento.

* *Feminei* in eadem planta cum maſculis.

CAL. *Perianthium* ut in maſculis, germini inſidens, deciduum.

COR. ut in maſculis.

PIST. *Germen* ſub receptaculo floris. *Stylus* trifidus, longitudine corollæ patentis. *Stigmata* emarginata, patula.

PER. *Bacca* ovalis, lævis.
SEM. nonnulla, cortici adnata, fere ovata.
SPEC. *Alba*, (weiſſe Z. Zaunreben, Stickwurz, Handkürbſen, weiſſer Enzian,) foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris, baccis nigris: *Loc.* Ad pagos & ſepes. *Fl.* Jun. Jul. *Vis.* Radic. purgans, pellens, antiverminoſa, diuretica, externe reſolvens.

Claſſis XXII.

DIOECIA,

(Mit ganz getrenten Geſchlechtern,)

Ord. II. DIANDRIA, (Mit 2 Staubfäden.)

379) SALIX (Weyde, Felbinger,) L. G. 1098.

* *Mas.*
CAL. *Amentum commune* oblongum, undique imbricatum (involucro e gemma inſtructum): conſtans *Squamis* unifloris, oblongis, planis, patentibus.
COR. *Petala* nulla.
Nectarium Glandula cylindracea, minima, truncata, mellifera, in centro floris.
STAM. *Filamenta* duo, recta, filiformia, calyce longiora. *Antheræ* didymæ, quadriloculares.

* *Femina.*
CAL. *Amentum* ut in mare.
Squamæ ut in mare.
COR. nulla.
PIST. *Germen* ovato-attenuatum in *Stylum* vix diſtinctum, ſquamis calycinis paulo longiorem. *Stigmata* duo, bifida, erecta.
PER. *Capſula* ovato-ſubulata, unilocularis, bivalvis: *valvulis* revolutis.
SEM. numeroſa, ovata, minima, coronata *Pappo* ſimplici, hirſuto.
OBS. *Species dantur, cujus mares ſtaminibus 3. ſeu 5. inæqualis longitudinis inſtruuntur, uti 2. 3. 4. 5. Hermaphroditica* ſola nobis nota floribus hermaphroditis diandris.
Salicis individua mutare ſexum, alteroque anno maſculos,

ſculos, alteroque femineos flores producere, figmentum eſt.

Spec. 1) *Triandra*, (W. mit 3 Staubfäden,) foliis ſerratis, glabris, floribus triandris. *Loc.* Aquoſis, rivis. *Fl.* May. apibus gratiſſimi. *Vis. Corticis* adſtringens, refrigerans, ſuccedaneum cortic. Cinchonæ ſ. Peruviani. *Uſ.* Topiariis ad ambulacra ſepesque vivas. *Lignum* ſubito creſcens tenax prohibet ne adiacentem terram exedat ripa; *Pappus* brevis ſed copioſus ſuccedaneum bombycis.

2) *Arenaria*, (kleine rauhe Bruch- Sand - W.) foliis integris ovatis acutis, ſupra ſubvilloſis, ſubtus tomentoſis. *Loc.* Arenoſis paludibus. *Fl.* May. apibus.

3) *Viminalis*, (Band- Korb- Haar- Fiſcher- Seil- W.) foliis ſubintegerrimis, lanceolato-linearibus, longiſſimis, acutis, ſubtus ſericeis, ramis virgatis. *Loc.* Aquoſis, ripis, ad pagos. *Fl.* Apr. May. *Uſ.* Ambulacris, ſepibus vivis, *lignum* ad combuſtiones in conclavibus, corbibus curruum aliisque & ſepibus colligendis: *Virgæ* tenaces, folia bob. capr. ovib. equis pabulum.

4) *Alba*, (weiſſe W. Felben.) fol. lanceolatis acuminatis, ſerratis utrinque pubeſcentibus, ſerraturis infimis glanduloſis. *Loc.* Aquoſis, ad pagos. *Fl.* Mart. Apr. apibus. *Uſ.* Ambulacris, ſepibus. *Lignum* leve & *Virgæ* ad capiſteria, arculas, thecas, corbes, perticas, clathra, ſtipides: loco Cotis ad acuendos & poliendos cultros menſarios.

DIOECIA

Ord. IV. TETRANDRIA, (Mit 4 Staubf.)

380) VISCUM, (Miſtel,) Linn. G. 1105.

* *Mas.*

Cal. *Perianthium* quadripartitum: *foliolis* ovatis, æqualibus.

Cor. nulla.

Stam. quatuor. *Filamenta* nulla. *Antheræ* oblongæ, acuminatæ, ſingulæ ſingulo foliolo calycino adnatæ.

* *Femina* Mari ſæpius oppoſita.

CAL. *Perianthium* tetraphyllum: *Foliolis* ovatis, parvis, ſeſſilibus, deciduis, germini inſidentibus.

COR. nulla.

PIST. *Germen* oblongum, tetragonum, margine obſolete quadrifido coronatum, ſub receptaculo floris. *Stylus* nullus. *Stigma* obtuſum, vix emarginatum.

PER. *Bacca* globoſa, unilocularis, lævis.

SEM. unicum, obverſe cordatum, compreſſum, obtuſum, carnoſum.

SPEC. *Album*, (weiſſer M. Ginſter, Kniſter, Marentacken.) foliis lanceolatis, obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. *Loc.* Arboribus paraſitica. *Fl.* Mart. *Vis.* Inviſcans, lubricans, emolliens, diſcutiens. *Uſ.* E baccis, oleo coctis, gluten ad aucupium præparatur, & ne aqua pluvioſa noceat therebinthina additur.

DIOECIA.

Ord. V. PENTANDRA, (Mit 5 Staubf.)

381) SPINACIA, (Spinat, Birſch,) L. G. 1112.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *laciniis* concavis, oblongis, obtuſis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, calyce longiora. *Antheræ* oblongæ, didymæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* monophyllum, quadriſidum, acutum: *laciniis* duabus oppoſitis minimis, perſiſtens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* rotundo-compreſſum. *Styli* quatuor, capillares. *Stigmata* ſimplicia.

PER. nullum. *Calyx* coaleſcit, induratur.

SEM. unicum, ſubrotundum, tectum.

OBS. *Fructus nunc rotundus, nunc bicornis, nunc quadricornis eſt.*

SPEC *Oleracea*, (Kohlartiger S.) fructibus ſeſſilibus, ſemine ſpinoſo, Lapathum hortenſe ſemine non ſpinoſo. *Loc.* Cultis, hortis Eur. *Vis.* Diluens, humectans, purgans. *Uſ.* Foliorum ad olera vernalia.

380) CAN-

382) CANNABIS, (Hanf,) Linn. G. 1115.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* quinquepartitum: *foliolis* oblongis, acuminato-obtusis, concavis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ, tetragonæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianth.* monophyllum, oblongum, acuminatum, latere altero longitudinaliter dehiſcens, perſiſtens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* minimum. *Styli* duo, ſubulati, longi. *Stigmata* acuta.

PER. minimum. *Calyx* arcte clauſus.

SEM. *Nux* globoſo-depreſſa, bivalvis.

SPEC. *Sativa*, (zahmer H.) foliis digitatis mas & femina in diverſo thalamo. *Loc.* India. & Eur. cultis. *Fl.* Aug. odoratus. *Vis.* Narcotica, anodyna, pellens. *Uſ. Corticis* ad linteamina varia ſubtilia & craſſa, ad funes, veſtimenta; *ſemen*, oleum anodynum exhibens, avibus, gallinis pabulum.

383) HUMULUS, (Hopfen,) L.G. 1116.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* pentaphyllum: *foliolis* oblongis, concavis, obtuſis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima. *Antheræ* oblongæ.

* *Femina.*

CAL. *Involucrum univerſale* quadrifidum, acutum: *partiale* tetraphyllum, ovatum, octiflorum, cujus ſinguli flores.

Perianthium monophyllum, ovatum, maximum, extrorſum hinc planum, baſi connivens.

COR. nulla.

PIST. *Germen* minimum. *Styli* duo, ſubulati, reflexo-patuli. *Stigmata* acuta.

PER. nullum. *Calyx* baſi ſemen includens.

SEM. ſubrotundum, tunica obtectum.

SPEC.

Spec. *Lupulus*, (männl. H. Neſſel-Femel- tauber- wilder- H.) femina weibl. H. Weiden- Wald- Wieſen- Buſch- Bruch - H.) *Loc.* Cultis, ſepibus, ad domos perticis. *Fl.* Graveolens Jun. Jul. *Vis. Radic.* aperiens, ſudorifera: *folior.* tonica, anodyna, narcotica. *Uſ.* Topiariis ad ambulacra viva; *Turiones* eſculentæ primo vere loco aſparagorum. *Coni* ſ. ſummitates folioſæ exſiccatæ præſervant cereviſiam ab aceſcentia. Caules, aqua macerati, in filamenta uti cannabis tranſeunt, ramuli bob. ovibus pabulum.

DIOECIA.

Ord. VII. OCTANDRA, (Mit 8 Staubf.)

384) POPULUS, (Eſpe, Aſpe,) Linn. G. 1123.

* *Mas.*

Cal. *Amentum commune* oblongum, laxe imbricatum cylindraceum, conſtans.
Squamis unifloris, oblongis, planis, margine laceris.

Cor. *Petala* nulla.
Nectarium monophyllum, inferne turbinatum, tubulatum, ſuperne oblique in ovatum limbum terminatum.

Stam. *Filamenta* octo, omnium breviſſima. *Antheræ* tetragonæ, magnæ.

* *Femina.*

Cal. *Amentum* ut in mare. *Squamæ* ut in mare,

Cor. *Petala* nulla. *Nectaria* ut in mare.

Pist. *Germen* ovato-acuminatum. *Stylus* vix manifeſtus. *Stigma* quadrifidum.

Per. *Capſula* ovata, bilocularis, bivalvis: *valvulis* reflexis.

Sem. numeroſa, ovata, pappo capillari volatilia.

Spec. 1) *Alba* (weiſſe E. weiſſer Pappel-Baum, Weide, Allerbaum,) foliis ſubrotundis dentato-angulatis, ſubtus tomentoſis. *Loc.* Calidis Eur. *Fl.* Mart. apibus. *Uſ.* Luci præcipui ex hac arbore cito creſcente nimiumque ſe multiplicante: *folia* bob. capr. ovib. equis pabul. *Corticis* fumus viridis gryllos pellit: *lignum* leve, album, glabrum molle ad tegendos domos, naves calceos,

ceos, ſoleas, ad clitellas, vaſa lactea, lacus, amphoras, in cellis ad trabes, & ſepimenta, in foco cito comburens lignum minus calefacit. Pappus, ſemina includens, ſuccedaneum bombycis.

2) *Tremula*, (Zitter Pappel E. A. Beber-Flatter-Aſpe,) foliis ſubrotundis dentato-angulatis utrinque glabris, involutis, baſi interne glandula duplici. *Loc.* Silvis. *Fl.* May. apibus. *Uſ.* Ad ambulacra in hortis. *Folia* dulcia capris, ovib. pabulum & feris ſuavia. *Rami* juniores cervis capreolis pab. *lignum* leve, ſpongioſum tornatoribus, & ad calceos, calopodia, imagires.

3) *Nigra*, (ſchwarze E. Pappelbaum A.) fol. deltoidibus, acuminatis, ſerratis, involutis absque glandulis ad baſin. *Loc.* Silvis. *Fl.* May. apibus. *Uſ. Folia* bob. capr. ovib. equis pabul. & feris grata. *Medulla* ad claudendas lagenas vitreas; *Lignum* mox corrumpens, Ebeno ſimile, fabris lignariis, tignariis ad manubria variaque utenſilia. *Lanugo* ſeminum ſ. pappus chartis præparandis, pileis, telis, ellychniis.

DIOECIA.

Ord. VIII. ENNEANDRIA, (Mit 9 St.)

385) MERCURIALIS, (Bingelkraut,) L.G. 1125.

* *Mas.*

CAL. *Perianthium* tripartitum: *laciniis* ovato-lanceolatis, concavis, patentibus.

COR. nulla: niſi Calycem velis,

STAM. *Filamenta* 9. ſ. 12. capillaria, recta, longitudine calycis. *Antheræ* globoſæ, didymæ.

* *Femina.*

CAL. *Perianthium* ut in mare.

COR. nulla.

Nectaria: Acumina 2. ſubulata, ad ſingulum latus germinis ſingula, ſulco germinis impreſſa.

PIST. *Germen* ſubrotundum, compreſſum, latere utrinque ſulco exaratum, hiſpidum. *Styli* duo, reflexi, cornuti, hiſpidi. *Stigmata* acuta, reflexa.

PER. *Capſula* ſubrotunda, ſcrotiformis, didyma, bilocularis. SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

SPEC.

Spec. 1) *Perrennis*, (beſtändiges B.) caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. *Loc.* Montoſis, nemoribus. *Fl.* May. *Vis.* Suſpecta, vomitoria, purgans. *Uſ.* Capr. ovibus folia pabulum.

2) *Annua*, (jähriges B.) caule brachiato, foliis glabris, floribus ſpicatis. *Loc.* Umbroſis, ſilvis, hortis ſponte. *Fl.* May. *Vis.* Emolliens, leniter purgans, repellens, cosmetica.

DIOECIA.

Ord. XII. MONADELPHIA, (Verwachſene Staubf. in einem Trop.)

536) JUNIPERUS, (Wachholder) L. G. 1134.

* *Mas.*

Cal. *Amentum* conicum, conſtans rachi communi, cui tres flores oppoſiti, triplici oppoſitione apponuntur, terminante decimo amentum: ſingulus flos pro baſi agnoſcit.

Squamam latam brevem, incumbentem pedicello columnæ affixam.

Cor. nulla.

Stam. *Filamenta* (*in floſculo terminali*) tria, ſubulata, inferne coalita in unum corpus, (*in floſculis lateralibus* vix manifeſta.) *Antheræ* 3. diſtinctæ *in floſculo terminali*, at ſquamæ calycinæ in *lateralibus* adnatæ.

* *Femina.*

Cal. *Perianthium* tripartitum, minimum, germini adnatum, perſiſtens.

Cor. *Petala* tria, perſiſtentia, rigida, acuta.

Pist. *Germen* inferum. *Styli* tres, ſimplices. *Stigmata* ſimplicia.

Per. *Bacca* carnoſa, ſubrotunda, inferne parte tribus oppoſitis tuberculis (e calyce accreto) iisque obſoletis notata, apice tribus denticulis (antea petal.) umbilicata.

Sem. *Offícula* 3. hinc convexa, inde angulata, oblonga.

Spec. *Communis*, (gemeiner W. Weckholder, Kranwebbaum, Feuerb. Jachandelb. Kaddigb. Feldcypreſſe, Dürenſtaude,) foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. *Loc.* Frigidis, ſilvis. *Fl.* Febr.-May. *Vis.* Ligni & radic. pel-

pellens, carminativa, diuretica, calefaciens, mundificans, alexipharmica, aromatica. *Uſ.* Topiariis ad ſepes, ſepimenta, *baccæ* turdis gratæ exhibent roob & infuſum aquoſum, vinoſum, ſuave, & oleum aromaticum. *Rami* ſuaveolentes ad ſuffimigia antiputredinoſa, lignum ſuaveol. tornatoribus, & ad gratos cantharos: *Cortex* ad funes idoneus, carbones diu ignem alunt.

Claſſis XXIII.

POLYGAMIA,

(Mit vermengten Geſchlechtern.)

Ord. I. MONOECIA, (Mit halbgetr. Geſchl.)

387) PARIETARIA, (Glaskraut, St. Peterskr.) Linn. G. 1152.

* *Hermaphroditi Flores* duo continentur *Involucro* plano, hexaphyllo; *foliolis* duobus oppoſitis & exterioribus majoribus.

CAL. *Perianth.* monophyllum, quadrifidum, planum, obtuſum, magnitudine involucri dimidiati.

COR. nulla: niſi Calycem dicas.

STAM. *Filam.* 4. ſubulata, perianthio florente longiora, illudque expandentia, perſiſtentia. *Antheræ* didymæ.

PIST. *Germen* ovatum. *Stylus* filiformis, coloratus. *Stigma* penicilliforme, capitatum.

PER. nullum. *Perianthium* elongatum, majus, campanulatum, ore laciniis conniventibus clauſo.

SEM. unicum, ovatum.

* *Femineus Flos* unus inter hermaphroditos ambos intra involucrum.

CAL. ut hermaphroditi. COR. nulla.

PIST. ut hermaphroditi.

PER. nullum. *Perianthium* tenue, involvens fructum.

SEM. ut in hermaphrodito.

SPEC. *Officinalis*, (gewöhnliches G.) foliis lanceolato-ovatis, alternis. *Loc.* Ruderatis, hortis ſponte. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Diuretica, emolliens, leniens. *Uſ.* Herbæ aſperæ ad vaſa metallica vitraque mundanda.

386) ATRI-

388) ATRIPLEX, (Melde) Linn. G. 1153.

* *Hermaphroditus Flos.*

CAL. *Perianth.* pentaphyllum, concavum, perſiſtens: *laciniis* ovatis, concavis, margine membranaceis.

COR. nulla.

STAM. *Filamenta* 5. ſubulata, calycis foliis oppoſita, iisque longiora. *Antheræ* ſubrotundæ, didymæ

PIST. *Germen* orbiculatum. *Stylus* bipartitus, brevis. *Stigmata* reflexa.

PER. nullum. *Calyx* clauſus, pentagonus, 5. angularis, *angulis* compreſſis, deciduis.

SEM. unicum, orbiculare, depreſſum.

* *Femineus Flos* in eadem planta.

CAL. *Perianth.* diphyllum: *foliolis* planis, erectis, ovatis, acutis, magnis, compreſſis.

COR. nulla.

PIST. *Germen* compreſſum. *Stylus* bipartitus. *Stigmata* reflexa, acuta.

PER. nullum. *Calycis* valvæ maximæ, cordatæ, inter ſe includentes ſemen.

SEM. unicum, orbiculatum, compreſſum.

OBS. *Atriplex absque flore femineo eſſet* Chenopodium *& Chenopodium cum flore ejusmodi femineo eſſet* Atriplex. *Summa ergo affinitas generum* Chenopodii, & Atriplicis.

SPEC. *Hortenſis*, (zahme Garten M.) caule erecto herbaceo, foliis triangularibus, alba ſ. pallide-virens, ſ. rubra. *Loc.* Cultis, hortis. *Fl.* Jun. *Uſ.* Foliorum ad olera loco ſpinaciæ: bob. capr. ovib. ſuibus pabulum.

389) HOLCUS, (Honiggras,) Linn. G. 1046.

* *Hermaphroditus Flos.*

CAL. *Gluma* ſubbiflora, bivalvis, rigida, mutica: *Valvula exteriore* ovata, concava, magna, amplexante *interiorem* oblongam, lateribus convolutam.

COR. *Gluma* bivalvis, tenella, villoſa, calyce minor: *Valvula exteriore* ſæpe cum *Ariſta* rigida, calyceque longiore: *interiore* vero mutica, minima.

STAM. *Filamenta* 3. capillaria. *Antheræ* oblongæ.

PIST. *Germen* turbinatum. *Styli* duo, capillares. *Stigmata* penicilliformia.

PER.

PER. nullum. *Corolla* involvit, tegit, adnaſcitur ſemini.
SEM. ſolitarium, ovatum, tectum.

* *Maſculus Flos* femineo minor.
CAL. *Gluma* bivalvis: *Valvulis* ovato-lanceolatis, convolutis, muticis, acutis.
COR. nulla; niſi Calycem dicas.
STAM. *Filamenta* tria, capillaria. *Antheræ* oblongæ.
SPEC. *Lanatus*, (wolliges H. Pferd-Darr-Gras.) glumis biflоris villoſis, hermaphrodito mutico, maſculo ariſta recurva, foliis pubeſcentibus, panicula contracta. *Loc.* Paſcuis arenoſis, ad aquas. *Fl.* Jun. Jul. *Uſ.* Pecoribus pabulum.

390) VALANTIA, (Vailantien.) L. G. 1151.

* *Hermaphroditus Flos* ſolitarius.
CAL. vix ullus, cujus loco Germen.
COR. monopetala, plana, quadripartita: *laciniis* ovatis, acutis.
STAM. *Filam.* 4. longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* magnum, infra receptaculum floris. *Stylus* longitudine ſtaminum, ſemibifidus. *Stigmata* capitata.
PER. *coriaceum*, compreſſum, reflexum.
SEM. unicum, globoſum.

* *Maſculus Flos* hermaphrodito utrinque ſolitarius adſiſtens.
CAL. vix ullus, cujus loco Germen.
COR. monopetala, plana, tripartita aut quadripartita: *laciniis* ovatis, acutis.
STAM. *Filamenta* totidem, longitudine corollæ. *Antheræ* parvæ.
PIST. *Germen* parvum, infra receptaculum. *Stylus* & *Stigmata* obſoleta, vixque notabilia.
PER. abortit: at *Rudimentum* tenue oblongum adhæret lateri hermaphroditi.
SEM. nullum.
OBS. Flores maſculi trifidi in V. *Murali* & *Aparine*, quadrifidi in *Articulata* & *Cruciata*.
SPEC. 1) *Aparine*, (vaillantiſches Klebkraut,) floribus maſculis trifidis pedicellatis, hermaphroditici pedunculo inſidentibus: ſemine lævi. *Loc.* Germania inter ſegetes. *Fl.* Jun.

2) *Cru-*

2) *Cruciata*, (Creuzförmige Vaill. Pf.) Florib. maſculis quadrifidis, pedunculis diphyllis, foliis quaternis, floſculis in alis confertis. *Loc.* Sepibus. *Fl.* May. Jun. *Vis.* Herbæ vulneraria, radix rubro-tinctoria oſſa.

391) ACER, (Maſsholder) Linn. G. 1055.

* *Hermaphroditi.*

CAL. *Perianth.* monophyllum, 5fidum acutum, coloratum, baſi plana & integra, perſiſtens.

COR. Petala 5. ovata, extrorſum latiora, obtuſa, calyce vix majora, patentia.

STAM. *Filam.* 8. ſubulata, brevia. *Antheræ* ſimplices, *Pollen* cruciforme.

PIST. *Germen* compreſſum, immerſum *Receptaculo* conuexo, perforato, magno. *Stylus* filiformis, per dies altior excreſcens. *Stigmata* 2. acuminata, tenuia, reflexa.

PER. *Capſulæ* numero ſtigmatum, baſi coalitæ, ſubrotundæ, compreſſæ, ala membranacea maxima ſingulæ terminatæ. SEM. ſolitaria, ſubrotunda.

* *Maſculi Flores.*

CAL. ut in Hermaphrodito.

COR. ut in Hermaphrodito.

STAM. ut in Hermaphrodito.

PIST. *Germen* nullum. *Stylus* nullus. *Stigma* bifidum.

OBS. Ad primam explicationem floris *Stigma* modo apparet, deinde aliquod poſt dies *Stylus*.

A. pſeudo-Platano Corolla vix a calyce diſtincta, & ſtamina longa. A. rubrum dioicum eſt.

Flores in eadem umbella Hermaphroditi, ſæpe duplicis generis: inferiores Hermaphroditi feminei, quorum antheræ non dehiſcunt, ſed piſtillum mox in fructum excreſcit; ſuperiores Hermaphroditi maſculi, quorum antheræ pollen pluunt; piſtilla vero non accreſcunt, ſed decidunt.

SPEC. 1) Pſeudo platanus, (gemeiner groſſer weiſſer unächter Ahorn, groſſer M. Waldeſche, Spillenholz, Arle, Maſern,) foliis quinquelobis inæqualiter ſerratis, floribus racemoſis. *Loc.* Montanis, ſilvis. *Fl.* May. *Uſ.* Ad ſepes, *lignum* leve album, durum ſcriniariis, tornatoribus, ad diſcos, cochlearia, fuſos, cantharos, inſtrumenta muſica, menſas, ſellas variaque uten-

utenſilia. *Folia* ſtraminis loco, & pecorib. pabul. *ſuccum*, ex arbore exſudantem, ſacharum exhibentem Angli loco aquæ cereviſiæ addunt.

2) *Platanoides*, (M. mit Ahornblättern, ſpiziger Bryahorn, deutſcher Zucker A. Minabern, Binbaum, *L*einöhre, breit Wein-Blat,) fol. ſlobis acuminatis palmatis, acute dentatis glabris, florib. corollatis dichotomo-corymboſis. *Loc.* Montoſis, ſilvis. *Fl.* May. apibus grati. *Uſ.* Idem cum A. præcedenti: ad ambulacra umbroſa, & ſepes.

3) *Campeſtre*, (gemeiner Feld M. kleiner Milch-Ahorn, Mavellen, Weislebern, Eplern, Apeldören,) fol. lobatis obtuſis emarginatis, tripartito-palmatis, laciniis utrinque emarginatis, obtuſis, cortice ſulcato. *Loc.* Aquoſis, ſilvis. *Fl.* May. *Uſ.* Cum prioribus ſpeciebus idem

POLYGAMIA. Ord. II. DIOECIA.

(Mit ganz getrennten Geſchlechtern.)

392) FRAXINUS, (Eſche,) Linn. G. 1160.

* *Hermaphroditus.*

CAL. nullus: aut *Perianthium* monophyllum, quadripartitum, erectum, acutum, parvum.

COR. nulla: aut *Petala* quatuor, linearia, longa, acuta, erecta.

STAM. *Filamenta* duo, erecta, corolla longe breviora. *Antheræ* erectæ, oblongæ, quadriſulcæ.

PIST. *Germen* ovatum, compreſſum. *Stylus* cylindraceus, erectus. *Stigma* craſſiuſculum, bifidum.

PER. nullum præter Cruſtam ſeminis.

SEM. lanceolatum, compreſſo-membranaceum, uniloculare.

* *Femina.*

CAL. ut in hermaphrodito. COR. ut in hermaphrodito.
PIST. ut in hermaphrodito. PER. ut in hermaphrodito.
SEM. ut in hermaphrodito.

OBS. F. Ornus *P. corolla & calyce gaudens, ſemper hermaphrodita pura eſt, absque mare.*

F. excelſior ſemina ſæpe interſparſos gerens flores hermaphroditos, & hermaphroditus femineos, hæc corollæ & calyce deſtituitur.

SPEC. *Excelſior*, (gemeine hohe Eſchern, Aſch-

baum, Wundholzbaum,) foliolis ferratis, floribus apetalis, nudis. *Loc.* Sepibus. *Fl.* Mart. Apr. *Uſ. Frondes* ovibus equis, & amenta apibus inſerviunt, *radix* ſerpens in littoribus injurias aquæ arcet: cortex loco corticis peruviani: *lignum* celeriter creſcens, tenax, album, durum, obediens ſectioni, ad varia utenſilia ſcriniariis, tornatoribus, fabris lignariis, ad rotas, axes, crates, ephippia, rhedas, veſicula, canthos, pocula, aratra, ſcalas, menſas, doliorum circulos, ad ædificia, inſtrumenta phyſica, & opificum, ad manubria, cochlearia, capita pectinum pratorum, vectes curruum.

Claſſis XXIV.

CRYPTOGAMIA.

(Mit unkenntlichen Geſchlechtern.)

CRYPTOGAMIA continet vegetabilia, quorum fructificationes oculis noſtris ſe ſubtrahunt, & ſtructura ab aliis diverſa gaudent. *Linnæus.*

Ordines hæc Claſſis conſtituit.

1) *Filices* Doriferas, Epiphylloſpermas ſ. Capillares vulgo includit.

Calyx, ſquama e folio enata, altero latere dehiſcens, ſub qua globuli pedunculati. Globulus annulo elaſtico cinctus, qui elaſtico rumpitur, effundens pulverem.

Cum hic nulla nobis nota certitudo dividendi plantas a fructificatione conſtet, eas a ſitu ſub ſuis operculis in ordinem digeſſimus. Fructificatio harum etiamnum obſcura eſt, qui vivas adeunt Trichomanis ſpecies, in hac attente inquirant.

2) *Muſcos* diviſimus ſecundum Antheras calyptratas aut non calyptratas, in eodem vel diſtincto vegetabili, cum floſculis femineis aggregatis aut ſolitariis, præcipue principiis Dillenii innixi, qui hanc familiam abſolvit. Semina muſcorum nuda ſunt corcula absque cotyledonibus, aut tunica, cum ſiccati reviviſcant. confer. Amoenit. acad. 207. v. 2. p. 284.

Antheræ quas nominamus, forte potius *capſulæ* dicendæ, & earum Pollen vera *ſemina*, cum in Buxbaumia

mia aliisque vidimus intra opercula veras *Antheras* polliniferas e filamento ſuo dependentes, apice dehiſcentes, pollen dimittere in cilia, tanquam in *Piſtilla.*

3) *Algæ* etiamnum obſcure quoad fructificationem latent, præter eas, quæ *Michelio* debentur.

4) *Fungos* ex doctrina *Dilleniana* potius dividere quam ex *Micheliana*, nobis viſum fuit, quum illius omnibus pateat, hujus vero ſolum, & vix lynceis; pulchra tamen anniſus eſt *Michelius* in hac familia, ut & in Muſcis ac Algis, cui ſoli debetur notitia harum fructificationum, quatenus etiamnum innotuit.

Claſſis 24ta tam diverſas obtinet formas, quam ut in anguſtos tabulæ cancellos cogi poſſit; harum loco ſuccinctas definitiones *Ordinum*, qui in ſyſtematibus aliis ſunt totidem *Claſſes*, ex Celeberr. Virorum D. D. *Gleditſch* & *Scopoli* ſcriptis exaratas, ſubjungere haud a re noſtra alienum fore duco.

I. *Filices*; his Fructificatio eſt cryptoſtemonis (i. e. occulta, obſcura & ſæpius dubia; a fructificatione phænoſtemoni ſeu aperta tamen ſemper quam maxime diſtincta), in amentis: *Equiſetum Arvenſe* (equiſet. off.); in frondibus, *Aſplenium ſcolopendrium* (ſcolopendria off.) *Aſplenium ruta muraria*, (ruta mur. off.) explicatis aut contractis; in ſpicis diſtinctis: *ophioglo ſſum vulgatum*, (oph. off.); in foliis radicalibus, veſiculis & peltis, (GLEDITSCH ſyſtema plant. Berol. 1764.)

Frondes his ante explicationem deorſum ſpiraliter involutæ. Flores non manifeſti, in dorſo foliorum propriis in ſulcis collocati. Capſula membranacea, annulo cincta, dehiſcens, effundens ſemen unum aut plura. (SCOPOLI Flor. Carniolica. Viennæ. 1760.)

II. MUSCI: Fructificatio cryptoſtemonis intra cavitates folliculorum *a.* antheriformium (ſæpe operculo *b.* & calyptra *c.* tectorum.) (Gled. l. c.): *Polytrichum commune*, (adianthum aureum off.)

Sunt plantæ perennes, foliis a caule diſtinctis præditæ: quibus viror perpetuus eſt, calore & ſiccitate ſqualeſcens, aqua denuo reparabilis; Floribus inſtructæ maſculis & femineis in eadem aut diſtincta planta minime manifeſtis; ita tamen ut maſculi conſtent an-

thera ſeu capſula membranacea ſeſſili aut pedunculata, ex alis foliorum, aut ramulorum apicibus orta, operculo & calyptra ſæpius inſtructa, vel nuda, aut apice dehiſcente, & ſcobem tenuiſſimam fundente. (Scop. l. c.)

III. ALGÆ: Fructificatio Cryptoſtemonis in corporibus granuloſis, tuberculis, veſiculis aut peltis varie formatis, atque diſpoſitis. (Gl. l. c.): *Lichen pulmonarius* (muſcus pulmon. off.) *Lichen plicatus* (muſcus arboreus off.), *Tremella auricula* (auricula Judæ off.) Gleditſchio & aliis inter fungos relata.

His Flores apetali, nudi, non manifeſti, maſculi & feminei ſeorſim in eadem aut diſtincta planta. Vita perennis. Subſtantia pulverulenta, lanuginoſa, filamentoſa, foliacea, gelatinoſa, caloris impatiens, aqua intumeſcens. Semina plurima, ſæpius aggregata, minime manifeſta. (Scop. l. c.)

IV. FUNGI: Fructificatio cryptoſtemonis aut in ſuperficie & receptaculis, aut intra cava & ipſam ſubſtantiam corporum, ab omnibus reliquis totius regni vegetabilis tam habitu peregrino, quam figura omnium facile inconſtantiſſima diſtinctorum. (Gl. l. c.)

Flores nudis oculis non manifeſti, apetali, ſtaminei, nudi a feminis ſeorſim in eadem planta poſiti. Semina non conſpicua, plurima. Subſtantia carnoſa, aphylla, in medicos uſus raro recepta, venenata ſæpius, ſuſpecta ſemper. (Scop. l. c.)

Ord. I. FILICES. (Farnkräuter.)

393) EQUISETUM, (Kannenkraut,) L. G. 1169

Fructificationes in ſpicam ovato-oblongam digeſtæ. *Singula* orbiculata, a baſi dehiſcens pluribus valvulis, apice plano, peltato connexis.

Spec. 1) *Arvenſe*, (Acker K. Schafthalm, Schaftheu, Kazenzügel, Pferdeſchwanz,) ſcapo fructificante nudo, ſterili frondoſo. *Loc.* Agris pratis, rivulis. *Fl.* Apr. *Obſ.* Vaccis ovib. noxium.

2) *Fluviatile*, (Waſſer-Rosſchwanz-Schluten Fluskannenkraut, Schaftheu mit langen Borſten Wieſenſchafthalm,) caule ſtriato, frondibus ſub ſimplicibus. *Loc.* Ad ripas lacuum, fluviorum *Fl.* May. *Uſ.* Bob. capr. ſuibus, equis pabulum vacc

vaccis & ovibus noxium: ſcriniarii lignum, & fabri pectines, manubria, ſcipiones, metalla lævigant & expoliunt.

3) *Hyemale*, (Winterkannenkraut, Kazenwedel, Zinnkraut,) caule nudo ſcabro, baſi ſubramoſo. *Loc.* Silvis, aſperis, uliginoſis. *Fl.* Mart. *Uſ.* Paleæ foeno miſtæ ſiccatæ bob. capr. ovib. equis, ſuib. pabul. in neceſſitate. Culinaris uſus ad vaſa ſtannea depurganda.

394) OPHIOGLOSSUM, (Natterzünglein) Linn. G. 1171.

Capsula diſticha: *articulis* numeroſis, transverſalibus, in totidem loculamenta diviſa: dehiſcente ſingulo *loculo* maturo transverſim.

Sem. numeroſa, minima, ſubovata.

Spec. *Vulgatum*, (gemeines N.) fronde ovata, folio ovato, ſpica diſticha. *Loc.* Pratis ſilvaticis, montibus. *Fl.* May. Jun.

395) OSMUNDA, (Osmunde) Linn. G. 1172.

Capsulæ globoſæ, diſtinctæ, in racemum diſpoſitæ, horizontaliter dehiſcentes.

Sem. numeroſa, minima, ovata.

Spec. 1) *Lunaria*, (Mondraute-Kraut, St. Walpurgis-Kraut, Leberrauten, gemeine Traubenfarren.) ſcapo caulino ſolitario, fronde pinnata ſolitaria, pinnis lunulatis. *Loc.* Aquoſis, pratis. *Fl.* May. *Uſ.* Ovibus pabulum.

2) *Regalis*, (Königliche O.) frondibus caulinis bipinnatis apice racemiferis, ſcapo paniculato polyphyllo, pinnis lanceolatis. *Loc.* Ad fluvios. *Vis* Balſamica, adſtringens.

396) ACROSTICUM, (vollblühende Farren,) Linn. G. 1173.

Fructif. acumulatæ per totam paginam inferiorem frondis ut eandem undique tegant.

Spec. *Septentrionale*, (mitternächtiges V.) frondibus nudis linearibus laciniatis. (Ruta muraria.) *Loc.* In Europ. fiſſuris rupium.

397) PTERIS, (Flügelfarn) Linn. G. 1174.

FRUCTIFICATIONES digeſtæ in lineam, ſubtus cingentem marginem frondis.

SPEC. *Aquilina*, (F. Stos- Rhein- Wald- Saum-Farren, Adlerkraut, äſtig Farrenkraut,) frondibus ſupradecompoſitis, foliolis pinnatis, pinnis lanceolatis, infimis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus. Filix ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis. *Uſ.* Radix graveolens ad cimices, herba coriis parandis, & ad ſcarabæos incenſa. *Folia* pro culcitris equisque ſubſternendis in Dania: *cineribus* aqua coctis, globulos faciunt Angli lotricibus, loco ſmegmatis; ligni inopia adhibetur Anglis ob flammam calidiſſimam. *Loc.* Silvis. *Fl.* Aug,

398) ASPLENIUM, (Milzkraut,) L. G. 1178.

FRUCTIF. in lineas rectas, diſco frondis ſubjectas, diſpoſitæ.

SPEC. 1) *Scolopendrium*, (Hirſchzunge, Streifenfarrn,) frondibus ſimplicibus cordato-lingulatis integerrimis, ſtipitibus hirſutis. *Loc.* Umbroſis, nemoroſis, montoſis. *Fl.* Jun. *Vis* exſiccans, adſtringens olim.

2) *Ruta muraria*, (Mauer-Stein-Raute) frondibus alternatim decompoſitis, foliolis cuneiformibus crenulatis. *Loc.* Ad muros, ex rupium fiſſuris. *Fl.* Jun. *Vis* Olim antiſcorbutica, exſiccans, roborans.

399) POLYPODIUM, (Engelſüſs,) L. G. 1179.

FRUCTIF. in puncta ſubrotunda, per paginam frondis averſam diſtributæ.

SPEC. 1) *Vulgaris*, (gewöhnliches E. Süſsfarn,) frondibus pinnatifidis, pinnis oblongis ſubſerratis obtuſis, radice ſquamata, quercis creſcente. *Loc.* Rupes. *Fl.* Oct. *Vis.* Edulcorans, incraſſans, expectorans.

2) *Filix mas*, (Farrenkrautmänlein, Tüpfelfarn,) frondib. bipinnat. pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. *Loc.* Silvis vineis, ſepibus. *Fl.* Jun.-Sept. *Vis.* Radic. antiverminoſa, adſtringens. *Uſ.* Herba coriis parandis; ſiccata Gallis loco

loco ſtraminis: cineres elixivati exſiccati in globulos loco ſaponis Anglis.

3) *Filix femina*, (Farrenkraut Weiblein,) frondibus bipinnat. pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. *Loc.* Subhumidis, ſilvis. *Fl.* Jul. Aug.

CRYPTOGAMIA,

Ord. II. MUSCI, (Mooſe.)

400) LYCOPODIUM, (Bärlappen,) L. G. 1185.

* *Maſculus* flos in alis foliorum ſeſſilis.

CAL. Calyptra nulla.

Anthera reniformis, bivalvis, ſeſſilis.

Femineus flos in eodem vegetabili.

CAL. Perianthium tetraphyllum.

PIST. nullum.

SEM. plumula connata calyci absque cotyledonibus.

SPEC. 1) *Clavatum*, (Keulförmige B. Wein-Gürtel-Kraut, Wolfsklauen, gemeines Kolben-Schlangen-Moos.) foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis. *Loc.* Silvis, muſcoſis. *Fl.* Jul. *Vis* Exſiccans, anodyna, repellens: in decocto adſtringens, diuretica. *Uſ.* *Pollen* ſpicarum pilulis conſpergendis, aqua non madeſcens, ad phyſica experimenta pro fulgurationibus idoneum. Lycop. ad ſtoreas in pavimentis; ſpongiarum ſuccedaneum, vinum degenerans corrigit, fulvo tinctorius uſus.

2) *Selago*, (Tannenförmiger B.) fol. ſparſis octifariis, caule dichotomo erecto faſtigiato, floribus ſparſis. *Loc.* Silvis aceroſis. *Fl.* Jun. *Uſ.* Decoctum prodeſt pecoribus, bobus, vaccis, equis, ſuibus pediculis preſſis.

401) SPHAGNUM, (Torfmoos,) Linn. G. 1187.

* *Maſculus* flos ſubſeſſilis.

CAL. *Calyptra* nulla.

COR. nulla, ſed membrana fugax intra antheram & receptaculum.

ANTHERA globoſa: *ore* integerrimo, tecto operculo obtuſo.

Receptaculum *Apophyſis* marginata, obſoleta, ſub anthera.

* *Femineus* flos etiamnum nobis latet.

Spec. *Paluſtre*, (ſumpfiger T.) ramis deflexis, molle, ſquamis cymbiformibus. *Loc.* Paludibus profundis ſilvaticis.

402) POLYTRICHUM, (Goldhaar) L. G. 1192.

* *Maſculus* flos pedunculatus, ex apice vegetabilis.

Cal. *Calyptra* conica, ſæpius villoſa, æqualis.

Anthera oblonga: *ore* ciliari, tecto Membrana orbiculari, operculo conico.

Recept. *Apophyſis* marginata, antheræ ſubjecta.

Perichætium vagina cylindrica, pedunculo brevior.

* *Femina* in diſtincta planta, ſeſſilis.

Cal. communis, patens in roſulam imbricatam, coloratam.

Pist. filiformia articulata.

Spec. *Commune* (gemeines G. Haarmos, gulden Wiederthon.) caule ſimplici, anthera parallele pipeda; quadrangulare vulgare, yuccæ foliis ſerratis; β. quadrangul. juniperi foliis brevioribus et rigidioribus: γ. quadr. minus juniperi foliis piloſis. *Loc.* α. uliginoſis, β. paſcuis, γ ſteriliſſimis. *Uſ.* Lectus Lapponum in ſilvis oberrantium: *Ceſpites* ab urſis ad hyemationem, ad hybernaculum colliguntur, & Weſtrogothis ad ſcopas fornacum.

403) MNIUM, (Sternmoos,) Linn. G. 1193.

* *Maſculus Flos* pedunculatus.

Cal. *Calyptra* oblonga, acuminata, obliqua.

Anth. ſubrotunda, ore ciliari annulato, tecto operculo ſubconico.

Recept. Apophyſis nulla.

* *Femineus Flos* in diſtincto ſæpius individuo.

Cal. communis ſtellatus ex foliis radiantibus.

Pist. plurimi, centrales, congeſti.

Spec. 1) *Setaceum*, (borſtiges St.) antheris erectis, operculis filiformibus longitudine antherarum: caules erecti, breviſſimi, pedunculi atropurpurei, flexuoſi, antheræ cylindricæ, lividæ, opercula & calyptræ filiformes, longiores & anguſtio-

guſtiores quam in reliquis. *Loc.* Muris, aggeribus, ſepibus. *Fl.* Mart.

2) *Serpylliſolium*, (St. mit Quendelblättern.) pedunculis aggregatis, fol. patentibus pellucidis: α. *punctatum*, pedunculis aggregatis, fol. obovatis integerrimis obtuſis punctatis; β. *Cuſpidatum*, peduncul. aggr. fol. alternis acutis ſerratis; γ. *proliferum*, pedunc. aggr. fol. roſaceo-congeſtis lanceolatis acutis; δ. *undulatum*, pedunc. aggr. fol. oblongis undulatis. *Loc.* Viis, pratis, ſilvis. *Fl.* Mart.

404) BRYUM, (Knoten-Moos) Linn. G. 1194.

* *Maſculus Flos* ex apice ſurculorum pedunculatus.

CAL. *Calyptra* oblonga, acuminata, obliqua.

ANTHERA ſubrotunda ſ. oblongiuſcula, ore ciliari annulato, tecto operculo conico.

Recept. Apophyſis nulla.

Perichætium nullum, ſed tuberculum pro baſi pedunculi.

SPEC. 1) *Striatum*, (geſtreiftes K.) α. antheris ſubſeſſilibus ſparſis, calyptris ſtriatis ſurſumve piloſis. β. capſulis ſeſſilibus minus. γ. capſ. ſeſſilib. foliis brevibus rectis carinatis, δ. calyptris acutis piloſiſſimis. *Loc.* α. Arboribus, β. ſaxis, γ. muris, δ. ſilvis. *Flos.* Febr.-Mart.

2) *Rurale*, (Feld K.) antheris erectiuſculis, foliis piliferis recurvis. *Loc.* Muris, ruſticorum tectis, arborum truncis. *Fl.* Febr.-Mart. *Uſ.* Tectis ſtramineis putredinem impedit, humidum exſorbendo.

3) *Murale*, (Mauer K.) antheris erectis, fol. piliferis rectiuſculis, ſurculis ſimplicibus cæſpitoſis. *Loc.* Saxis, muris, tectis, tegulis. *Fl.* Febr.-Mart.

405) HYPNUM, (Aſtmoos) Linn. G. 1195.

* *Maſculus Flos* pedunculatus, ex alis foliorum ad latera ſurculorum.

CAL. *Calyptra* obliqua, oblonga, glabra.

ANTHERA oblongiuſcula *ore* ciliari, tecto operculo acuminato.

Recept. Apophyſis nulla.
Perichætium, ſquamoſum, ad latera furculorum pedunculum emittens.
Femineus flos in eodem vegetabili ex alis foliorum.
CAL. communis nullus.
PIST. ſolitaria, ex alis foliorum, nudæ plumulæ.
SPEC. 1) *Complanatum*, (geebnetes A.) fronde pinnata ramoſa, foliolis imbricatis acutis complicatis compreſſis. *Loc.* Ad truncos arborum, pratis, ſilvis. *Fl.* Febr.-Apr.
2) *Proliferum*, (ſproſſendes A.) furculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. *Loc.* Pratis, ad truncos arborum ſilvaticarum. *Fl.* Apr. *Uſ.* Ad ædificiorum ligneorum rimas obturandas præcalore & frigore, uti in Suecia, & ad filtra lactis.
3) *Sericeum*, (Seidenmoos,) Surculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris erectis. *Loc.* Ad truncos, inprimis ſalices, muros, tecta. *Fl.* Febr.-Apr.
2) *Serpens*, (kriechendes A.) furculis repentibus, ramis filiformibus, foliis obliteratis. *Loc.* Ad caudices, ligna, ſaxa. *Fl.* Febr.

CRYPTOGAMIA

Ord. III. ALGÆ. (Aftermooſe.)

406) JUNGERMANNIA, (Jungermannie,) Linn. G. 1196.

* *Maſculus Flos* pedunculo longo, recto, e calyce prodeunti inſiſtit.
CAL. Perichætium tubuloſum.
COR. nulla.
STAM. *Anthera* ovata, dehiſcens in valvulas 4. patentes, perſiſtentes, æquales.
* *Femineus Flos* ſeſſilis, ſæpius in eadem planta.
CAL. nullus (nobis manifeſtus.)
COR. nulla.
SEM. ſolitaria, vel conferta, ſubrotunda.
SPEC. *Complanata*, (flache I. Jungermanniſch Aftermoos.) furculis repentibus, foliolis inferne auriculatis, duplicato-imbricatis, ramis æqualibus. *Loc.* Ad arborum truncos. *Fl.* Apr.

407) MARCHANTIA, (Marhantiſches Afterm.) Linn. G. 1198.

* *Maſculus Flos* pedunculo longo, recto, e calyculo prodeunte, exoritur.

CAL. *Perianthium commune* quadrifidum, 5fidum, vel 10fidum, peltatum, (*laciniis* æqualibus, lateribus deflexis), maximum, ſub ſe continens floſculos tot, quot lacinias habet.

COR. monopetala, turbinata, calyce brevior, recta.

STAM. *Filam.* unicum, corolla longius, ſimplex. *Anthera* ſubovata, ab apice dehiſcens in tot lacinias, quot calyx communis. *Pollen* crinulo affixum.

* *Femineus Flos* ſeſſilis, in eadem planta.

CAL. *Perianth.* conſtans margine membranaceo, erecto, patulo, integro, perſiſtente, monophyllo.

COR. nulla: niſi Calycem dicas.

SEM. plura ſubrotunda, compreſſa, nuda, in fundo calycis.

SPEC. *Polymorpha*, (Sternförmige Marchantie,) calyce communi decemfido. *Loc.* Umbroſis, ad aquas. *Fl.* Apr.-Aug. *Vis* Aperiens, reſolvens in obſtructionibus, & decoctum cosmeticum in morbis cutaneis.

408) LICHEN, (Flechte) Linn. G. 1202.

* *Maſculi Flores* numeroſi, innati *Receptaculo* ſæpius orbiculato, maximo, nitido, plano convexo vel concavo, glutinoſo.

* *Feminei Flores* & *ſemina* farinæ inſtar ſparſa in eadem vel diſtincta planta.

Leproſus tuberculatus, ſcutellatus, imbricatus, foliaceus, coriaceus, ſcyphiferus, fruticuloſus, filamentoſus.

SPEC. 1) *Candelaruis*, (Licht F.) Cruſtaceus flavus, ſcutellis lutis; farinacea flava. *Loc.* Parietibus, muris, truncis arborum, præſertim quercus. *Uſ.* Sebi ad candelas luteo-tinctorius.

2) *Parietinus*, (Wand F.) imbricatus, foliis criſpis fulvis, peltis concoloribus fulvis. *Loc.* Parietibus, rupibus, lignis. *Fl.* Mart. *Uſ.* Luteo-tinctorius: capris gratus.

3) *Pulmonarius*, (Lungen-F.-Moos, groſſe Baumflechte,) foliaceus laciniatus obtuſus glaber, ſupra

pra lacunoſus, ſubtus tomentoſus. *Loc.* Silvis umbroſis ſuper arbores antiquas, in Fagis & Quercubus. *Fl.* Dec.-Jan. *Uſ.* In tuſſi pecudum; coriis parandis.

4) *Juniperinus*, (Wachholderbeer-Baum Moos,) foliaceus laciniatus criſpus fulvus, peltis lividis. *Loc.* In Eur. Juniperetis, *Uſ.* Luteo-tinctorius.

5) *Vulpinus*, (Dach F.) filamentoſus articulatus, ramulis tenuiſſimis punctatis. *Loc.* Silvis. *Fl.* Apr. *Uſ.* Luteo-tinctorius; tolluntur lupi in Norwegia.

409) TREMELLA, (Gallerte,) Linn. G. 1204.

Subſtantia uniformis, pellucida, membranacea, gelatinoſa, foliacea.

Obs. *Tuberculis* & ſcutellis non obviis a *Lichene* differt.

Spec. 1) *Iuniperina*, (Wachholder G.) ſeſſilis membranacea auriformis fulva. *Loc.* In Juniperetis primo vere.

2) *Auricula*, (Judasohr.) ſeſſilis membran. auriformis cinerea. *Loc.* Ad arbores putridas.

410) FUCUS, (Meergras, Taug,) L. G. 1205.

* *Maſculi Flores?*

Veſiculæ glabræ, cavæ, pilis intus adſperſæ.

* *Feminei* flores?

Veſiculæ glabræ, gelatina repletæ, adſperſæ punctis perforatis ſemine foetis.

Spec. *Veſiculoſus*, (Meereiche, Schweinentang,) fronde dichotoma integra, caule medium folium tranſcurrente, veſiculis verrucoſis terminalibus. *Loc.* Marinis, in Atlantico mari. *Uſ.* Suum pabulum farina adſperſum, Weſtgothis ad tecta, & rubro-tinctorius uſus.

411) ULVA, (Ylle, Matt,) Linn. G. 1206.

Fructificationes in membrana veſiculari absque fronde.

Spec. *Granulata*, (Kornerige Y.) ſphærica aggregata: paluſtris, veſiculis ſpæricis fungiformibus. *Loc.* Ad ripas fluviorum.

Fibræ

412) CONFERVA, (Grasleder) L. G. 1207.

Fibræ ſimplices, uniformes, capillaceæ, filamentoſæ.

Obs. Sunthæ fibræ vel continuæ vel articulatæ.

Spec. 1) *Rivularis*, (Bach G. Waſſer-Wate,) filamentis ſimpliciſſimis æqualibus longiſſimis. *Loc.* Rivulis fluviisque pacatioribus. *Uſ.* Fila, ſæpius 5. ulnarum longitudinem ſuperantia, cum lana camelina mixta, ad telas, ellychnia, pulvinaria in rhedis.

2) *Fontinalis*, (Quell G.) filament. ſimpliciſſ. æqualibus digito brevioribus. *Loc.* Eur. fontibus.

413) BYSSUS, (Haar oder Staubaftermoos,) Linn. G. 1208.

Fibræ ſimplices, uniformes, lanuginoſæ ſ. pulverulentæ.

Spec. *Phosphorea*, (violettes H. vegetabiliſcher Staub,) lanuginoſa violacea lignis adnaſcens. *Loc.* Lignis putreſcentibus.

CRYPTOGAMIA.

Ord. IV. FUNGI, (Schwämme.)

414) AGARICUS, (Blätterſchwamm.) L. G. 1209.

Fungus horizontalis, ſubtus lamellatus.

Obs. Agaricus *D. caret petiolo, & margine laterali adnaſcitur.* Amanita *D. inſtruitur petiolo, centro orbiculari capitis inſerto.* Agaricos *Dill. ab* Amanita: Boleto *&* Erinaceo *Dill. non ſpecie differre, ſed ſolo loco naſcendi mutatos reddi, ſuadent obſervationes quotquot hactenus fuere inſtitutæ.*

Spec. 1) *Muſcarius*, (Fliegenſchwamm,) ſtipitatus, cauleſcens lamellis dimidiatis ſolitariis, ſtipite volvato, albo baſi globoſo, apice dilatato, baſi ovato, pileo ſanguineo verrucis lamellisque albis. *Loc.* Pratis. *Uſ.* Cimices necat & muſcas lac huic fungo ſuperfuſum.

2) *Delicioſus*, (Reizker, Rietſche, eſsbarer Schw.) ſtipitatus, pileo teſtaceo ſucco luteſcente, croceo turgens. *Loc.* Montoſis, ſterilibus, ſilvoſis. *Uſ.* Eſculentus aqua & cum aromatibus, ſale, butyro, coctus.

3) *Campeſtris*, (Ehegürtel, Champignon,) ſtipitatus cau-

cauleſcens, pileo convexo ſquamato albido, membranaceo, pileolo ſordido lacero, lamellis ruffis. *Loc.* Cultis, hortis, pratis, Jun. poſt pluvias: eſculentus in lixivio ſalis culinaris, vel aceto cum aromatibus præparatus.

4) *Fimetarius*, (Miſt B.) ſtipitatus, pileo campanulato lacero, conico cinereo lamellis nigris lateraliter flexuoſis, ſtipite fiſtuloſo, longiſſimo albo, margine lacero. *Loc.* In fimetis: venenoſus.

5) *Quercinus*, (Eichen B.) acaulis, lamellis labyrinthiformibus. *Loc.* In Quercubus.

6) *Betulinus*, (Bircken B.) acaulis coriaceus villoſus, margine obtuſo, lamellis ramoſis anaſtomoſantibus. *Loc.* In Betulis.

415) BOLETUS, (Löcherſchwamm) L. G. 1210.

Fungus horizontalis, ſubtus poroſus.

Spec. 1) *Igniarius*, (Feuerſchw. Zunder, Zundel.) acaulis pulvitanus lævis, poris tenuiſſimis: pedis equini facie. *Loc.* In Betulis aliisque arboribus. *Uſ.* Pro fomite inſervit, immiſſus antea in lixivium urinoſum, & contuſus malleo addito ſimul nitro: fumo culices fugantur a Lapponibus.

2) *Suaveolens*, (wohlriechender L.) acaulis, ſuperne levis, ſalicinus. *Loc.* In ſalice.

3) *Bovinus* (Kuhbüz.) ſtipitatus, pileo glabro pulvinato marginato, poris compoſitis acutis, porulis angulatis brevioribus. *Loc.* Pratis, ſilvis Aug. a vaccis devoratus lac nauſeoſum reddit.

416) HYDNUM, (Stachelſchwamm,) L. G. 1211.

Fung. horizontalis, ſubtus fibris ſubulatis echinatus.

Spec. *Imbricatum*, (Ziegelartiger St.) ſtipitatum, pileo convexo imbricato, eſculentus albus craſſus. *Loc.* Silvis aceroſis.

417) PHALLUS, (Gicht-Morgelſchwamm.) Linn. G. 1212.

Fung. ſubtus glaber, ſuperne callis reticulatus.

Spec. *Eſculentus*, (Morgel, Aderſchwamm,) pileo ovato celluloſo, ſubtus laxo, nudo rugoſo. *Loc.* Pratis humidis, ſilvis, carbonum ſtruibus, May. *Uſ.* Culinaris in juſculis delicatis.

418) CLA-

418) CLATHRUS, (Gitterſchwamm.) L.G. 1213.

Fungus ſubrotundus: conſtans corpore reticulari, feneſtrato, cavo, undique connexis ramificationibus.

Spec. *Nudus*, (entblöſter G.) ſtipitatus, capitulo oblongo axi longitudinali adnato. *Loc.* Italia lignis putridis.

419) ELVELA, (Helvella,) (Faltenſchwamm.) Linn. G. 1214.

Fung. ſuperne & inferne lævis.

Spec. *Mitra*, (Biſchofsmüze,) pileo deflexo adnato lobato difformi. *Loc.* In truncis putridis.

420) PEZIZA, (Becherſchwamm,) L. G. 1215.

Fung. campanulatus; ſeminibus orbiculatis, convexoplanis.

Spec. 1) *Lentifera*, (Linſen B. Schüſſelſchwamm,) campanulata lentifera, calyce campanulato β. calyce campanulato interne ſtriato, externe ſquamoſo. *Loc.* Agris, lignis, ſepimentis.

2) *Punctata*, (getüpfelter B.) Turbinata truncata, diſco punctato, petiolo breviſſimo, pileo turbinato, diſcus niveus punctis atris eminentibus. *Loc.* In ſtercore equino.

421) CLAVARIA, (Keulſchwamm) L. G. 1216.

Fungus perpendicularis, ſuperficie unica.

Spec. 1) *Piſtillaris*, (ſtengelförmiger K.) clavæformis ſimpliciſſima; clavata integerrima obtuſa erecta; alba piſtilli forma; major lutea. *Loc.* Silvis umbroſis.

2) *Coralloides*, (Corallenſchwamm, Geisbart,) ramis confertis, ramoſiſſimis inæqualibus, barba caprina flava & rubra. *Loc.* Silvis opacis, eſculentus.

422) LYCOPERDON, (Staub-Kugel-Schwamm) Linn. G. 1217.

Fung. ſubrotundus, ſeminibus farinaceis inpalpabilibus repletus, ab apice dehiſcens.

Spec. 1) *Tuber*, (Trüffel,) globoſum ſolidum muricatum radice deſtitutum: brumale pulpa obſcura odorata. *Loc.* Arenoſis, arboribus, ſub terra a canibus

nibus venatoriis propriis inveſtigatur. *Uſ.* Culinariis, irritamentum gulæ.

2) *Boviſta*, (gemeiner Kugel S. Boviſt, Pfüſter.) ſubrotundum lacerato-dehiſcens, maximus rotundus pulverulentus. *Loc.* In Campis ſterilibus. *Vis* Adſtringens, obſtipans, abſorbens, incraſſans.

423) (MUCOR, (Schimmel) Linn. G. 1218.

Fung. veſicula ſubrotunda, in qua ſemina numeroſa, affixa receptaculis cruciformibus.

Spec. 1) *Sphærocephalus*, (kugelrunder S.) perennis, ſtipite filiformi nigro, capitulo globoſo cinereo. *Loc.* In parietibus, lapidibus, lignis.

2) *Embolus*, (Stempfel S.) ſeta nigra, villo fuſco. *Loc.* In lignis putridis.

3) *Mucedo*, (gemeiner S.) ſtipitatus capſula globoſa; filamentis granulatis fugacibus putreſcentibus, innatis. *Loc.* In variis putridis, pane, plantis.

4) *Cruſtaceus*, (ſchorfiger S.) ſtipitatus, ſpicis digitatis, cruſtac. albus, capitulis ſetisque aqueis. *Loc.* In cibis corruptis.

SPECIALIORA QUÆDAM BOTANOPHILO OBSERVANDA.

1) *Partes plantæ* omnes *tyro* inprimis ſibi reddat notiſſimas. Ill. Linn. Philoſ. bot. p. 289.

Vulgatiſſimas plantas Herbationibus diſcat ille dignoſcere.

Colligat, exſiccet, adglutinet ipſe plantas majores, quotquot poterit.

Fructificationis partes primarias diſcat diſtinguere. Partes 1) *Maſculinæ* in ſyſtemate Linnæano ſunt *Stamina*, horum partes *Filamenta*, & *Antheræ*, polline obductæ. 2) *Femineæ*, *Piſtillum*, hujus *Germen*, *Stylus*, *Stigma*. Inveſtigetur accurate ſtructura & numerus Staminum, & Piſtilli ad characteres naturales cujusvis Claſſis & Ordinis p. 17. §. 18. 19. indicatos & cuivis claſſi in Part. IIda præmiſſos, tum facile quoad ſtaminis conditionem *Claſſis*, & quoad piſtilli conditionem *Ordo* pateſcet, ad quem planta referenda eſt. Si Claſſis & ordo eſt determinatus, facili opera *Nomen* plantæ reperietur accurata comparatione Generum, in hac claſſe & ordine deſcriptorum, quoad ſtructuram reliquarum plantæ partium, e. g. quoad calycem, corollam &c. Si *Nomen* patet & *Genus*, ad quod referenda eſt planta, haud difficulter detegenda erit *Species*, ſi deſcriptiones ſpecierum, cuivis generi ſubordinatarum, comparantur cum planta cujus ſpecies inveſtigatur. Determinatis Genere & Specie plantæ uſum œconomicum & medicum in ſcriptis medicis & œconomicis quivis facile poterit evolvere.

Claſſes & *Ordines* ſyſtematis ſibi reddat familiares tiro, & ſimpliciores, & evidentiores flores ad eosdem reducat.

Demonſtrationibus Magiſtrorum in Arte frequenter adſit.

Terminos artis ſecundum definitiones ſibi habeat perſpectos.

Genera ſibi nota, circiter 50. ſecundum genera plantarum examinet, collatis fructificationibus cum charactere plantæ.

Characteres Genericos 50. proprio marte, eadem methodo conficiat, & ſecundum genera plantarum emendet.

Deſcriptiones ſpecierum, 60. circiter, conficiat ex lege artis, incipiendo a ſimpliciſſimis plantis, procedendo ad difficiliores, quas corrigat Magiſter in arte.

Ignotas ſibi plantarum ſpecies *inveſtiget* ipſe ſecundum claves, characteres, differentiasque ſyſtematis.

Principia & fundamenta botanices rite intelligat.

Hiſtoriam litterariam rei botanicæ, & inprimis auctores de ſpeciebus plantarum familiares ſibi reddat.

Synonyma auctorum, retrogrediendo ad inventores, evolvere adſueſcat.

Uſum plantarum ſpeciebus adſcribat, medicum & œconomicum.

II) *Herbarium* omni *botanico* neceſſarium, præſtat omni Icone. Linn. phil. bot. p. 7.

1) *Plantæ* non humidæ *colligendæ*, 2) *partes* nullæ auferendæ; 3) moderate *explicandæ*, 4) non vero *inflectendæ*, 5) *fructificatione* præſente, 6) *ſiccandæ* inter papyra ſicca, 7) *citiſſime*, vix ferro calido ſuccolentæ, 8) *prelo* modice compreſſo, 9) *adglutinandæ* ichthyocolla, 10) in *folio* ſemper aſſervandæ, 11) *unica* tantum in pagina, 12) *plagula* non alliganda, 13) *genus* ſupra adſcribendum, 14) *ſpecies* & hiſtorica infra vel a tergo, 15) *congeneres* inter *philyram* reponendæ, 16) diſponendæ ad *methodum*.

Plantæ methodo datæ, collectæ in herbarium vivum, aliis hortum ſiccum dictum, diſponuntur ſecundum *ſyſtema*, ut prompte evolvantur. Linn. Philoſ. bot. p. 291.

Herbarium, ſecundum ſyſtema ſexuale diſpoſitum, aſſervatur optime *Arca* ex ligno, claudenda *valvulis* duabus longitudinalibus, reſpondentibus apte diſſepimento perpendiculari.

Spatium arcæ interne accurate determinetur. *Altitudo* pariſ. pedum 7 1/2, a ſummo ad infimum. *Latitudo* pariſ. unciar. 16. præter diſſepimentum. *Profunditas* pariſ. ped. 1. a pectore ſc. ad tergum.

Locula fiant horizontaliter diſtincta, Aſſere craſſo lin. 6.

Claſ-

Claſſium loculamenta ſint inſtructa ſecundum copiam ſpecierum, uti numeri claſſium indicant.

Claſſis 1.	unciar.	2.	Cl. 2. u.	3.	Cl. 3. u.	6.	Cl. 4. u. 5.
Cl. 5.	--	14.	- 6. -	6.	- 7. -	2.	- 8. - 3.
Cl. 9.	--	2.	- 10. -	7.	- 11. -	3.	- 12. - 5.
Cl. 13.	--	6.	- 14. -	10.	- 15. -	5.	- 16. - 4.
Cl. 17.	--	8.	- 18. -	2.	- 19. -	12.	- 20. - 3.
Cl. 21.	--	5.	- 22. -	5.	- 23. -	2.	- 24. - 7.

Capit hæc arca 6000. Plantas ſiccatas adglutinatas.

Notatis valvulis arcæ numero & nomine generum, exacte reſpondentibus loculis, intra quæ philyræ, genera eadem includentes, eorumque numeris ipſæ notatæ, ſervantur; absque mora planta omnis protrahitur & evolvitur.

III) *Herbationibus* optime conducit veſtitus leviſſimus, laxiſſimus, botanicis proprius, (ubi licet,) negotio aptiſſimus: tunica brevis ex linteo, & pileus umbraculo ampliſſimo. Linn. Phil. p. 293.

Inſtrumenta herbationibus neceſſaria ſunt.

1) *Libri*, Syſtema naturæ, Compendium botanicum, Flora Faunaque regionis.

2) *Microſcopium*, Acus botanica, Cultellus botanicus, Papyra colligata.

3) *Vaſculum Dillenianum*, ſ. pelvis ſemicylindrica e cupro, longitudine unciarum 9. probe operculata, orificio amplo pro manu, latere plano modice concavo pro femore, ad plantas collectas aqua, irrigatas, vivas ſervandas in veſperam.

4) *Capſula* cum aciculis pro inſectis.

Tempus herbationum a frondeſcentia arborum, excepto Sirio, ad earum defoliationem.

In herbationibus colligendæ ſunt *Plantæ*, præcipue florentes, muſci, &c. uti &c. *Animalia*, Inſecta &c. *Mineralia*.

IV. *Hortus botanicus*, hybernacula, caldaria, tepidaria, frigidaria, muſea, ædes, æſtivaria, vaporaria, ſolaria, areas pro anni tempore, aquaria varia, & arboreta continens, alit plantas numeroſiſſimas, & genera & ſpecies quæ ſemper vivæ a Profeſſore demonſtrari poſſunt. Pretioſa itinera in alienas regiones evitantur, dum plures exoticæ occurrunt in horto

botanico, quam ſpontoneæ in magno terræ tractu.

V) *Syſtematice Botanicus* plantas ſuas diſponit: nec abſque ordine easdem enumerat. Linn. Phil. p. 299.

Fructificationis principium in theoretica diſpoſitione agnoſcit, nec diſpoſitionem ſecundum herbam immutat.

Genera naturalia aſſumit, nec erronea ob ſpeciei notam aberrantem conficit.

Species diſtinctas tradit; nec e varietatibus falſas fingit.

Varietates ad ſpecies reducit; nec eas, pari paſſu, cum ſpeciebus obambulare ſinit.

Synonyma præſtantiſſima indagat & ſeligit; nec acquieſcit in quacunque obvia nomenclatura.

Differentias characteriſticas inquirit; nec inania nomina ſpecifica præponit veris.

Plantas vagas ad genera amandare ſtudet; nec rariores obvias fugitivis oculis adſpicit.

Deſcriptiones, complectentes differentias eſſentiales, compendioſe ſiſtit: nec naturaliſſimam ſtructuram oratorio ſermone ebuccinat.

Minimas partes attente ſcrutatur; nec ea, quæ maxime illuſtrant, flocci facit.

Obſervationibus ubique plantas illuſtrat; nec in vago nomine acquieſcit.

Oculis propriis quæ ſingularia ſunt obſervat: nec ſua ſolum, ex auctoribus compilat.

VI) Variam vegetabilium *Metamorphoſin* obſervat etiam botanophilus.

Radix deorſum, *Herba* ſurſum tendit. Linn. Phil. p. 301.

Herba omnis eſt proceſſus ſubſtantiæ medullaris Radicis.

Flos terminat, foecundatio ſeparat, *ſemen* incipit omnem plantam.

Terminus plantæ idem, vel vita continuata in *Gemma*, vel propagata in *Flore*.

Gemma fines, *ſemina* initia plantæ defendunt a climatis duritie.

Gemma eſt hybernaculum herbæ, *ſemen* ejus capſula.

Gemma conſervat embryones intra ſquamas, *ſemen* intra tunicas.

Gem-

Gemmiparæ non minus ſunt perennes herbæ quam arbores.

Meridionales arbores nequeunt eſſe boreales ob gemmas.

Perennis planta gaudet duplici *flore*: altero *anteceſſore* triumphante; altero *ſucceſſore* occulto.

Gemma aut *gemmulis*, aut *floribus* aut utrisque gravida eſt.

Plumulam ſeminis ſæpius terminat aut flos aut gemma.

Principium *florum* & *foliorum* idem eſt.

Principium gemmarum & foliorum idem eſt.

Gemma conſtat foliorum rudimentis.

Stipulæ ſunt foliorum appendices.

Perianthium fit ex connatis foliorum rudimentis.

Derivato nutrimento ad ſquamas amenti, deſtructis floſculis, mutantur in *Folia*.

Derivato nutrimento ad floſculos amenti, fiunt folia *calyces*.

Luxurians vegetatio folia e floribus continuando producit.

Gemmæ vix *frondeſcunt*, niſi defoliata arbore vel foliis ex climate mutationem paſſis.

Gemmæ ſæpius deſtruunt ſequentis anni flores, exfoliata æſtate arbore.

Gemmæ annuo ſpatio *præcociores* evadunt, exfoliata æſtate arbores.

Flos ex gemma, annuo ſpatio, foliis præcocior eſt.

INDEX

INDEX
PLANTARVM QVOAD TEMPVS QUO FLORENT.

JANUARIUS.

Bellis perennis. Jan. -- Dec. pag. 368
Lichen pulmonarius 425
Ranunculus sceleratus. J.-- Apr. 290
Tussilago farfara. Jan. -- Mart. 363

FEBRUARIUS.

Alsine media. F.-Apr. 236
Asarum europæum. Febr.- May. 266
Bryum striatum, rurale, murale. F.- Mart. 423
Corylus avellana. Febr. - Apr. 399
Daphne mezereum 251
Hypnum complanatum, sericeum, serpens 424
Juniperus communis. F.-- May. 410
Senecio vulgaris. Febr. -- May. 364
Viola odorata. F.-Ap. 379

MARTIUS.

Aiuga reptans. Mart.-May. 293
Anemone nemorosa, & Apr. 288
Buxus semper virens 392
Cardamine pratensis. M.-- May. 316
Chrysosplenium alternifolium. M.--May. 257
Cornus mas 194
Cochlearia officinalis. M.- Apr. 314
Drapa verna. M.-Apr. 312
Leontodon taraxacum. M.- May. 349
Ornithogalum minimum luteum, & Apr. 242
Prunus armeniaca & Apr. 271
Pulmonaria officinalis, & May. 199
Ranunculus ficaria 290
Ribes grossularia, & A. 214
Salix alba, M. - Apr. 406
Sisymbrinm nasturtium aquaticum. M. - Jun. 317
Thlaspi bursa pastoris. M.- Dec. 314
Tussilago petasites 363
Ulmus campestris, & Apr. 218
Valeriana locusta. M.-May. 174
Viola canina, Mart. - May. tricolor, Mart.-Jun. 379
Viscum album 406

APRILIS.

Adoxa moschatellina 253
Amaranthus blitum. Apr.-- Jun. 395
Betula alba, alnus 391
Briza media, & May. 182
Caltha palustris, & May. 291
Carum carvi, A.-Jun. 233
Cerastium arvense 264
Chærophyllum silvestre, & May. 231

Chei-

Cheiranthus cheiri 318
Crocus vernus 174
Equiſetum arvenſe 418
Fagus caſtanea, ſylvatica, Ap.--May. 397
Fragaria veſca & May. 278
Glechoma hederacea, & May. 296
Hypnum proliferum 424
Jungermannia complanata 424
Levcoium vernum 239
Lichen vulpinus 426
Lithoſpermum officinale & May. 198
Marchantia polymorpha 425
Morus alba, nigra, Ap. & May. 394
Paris quadrifolia, & May. 253
Primula veris, & May. auricula & Sept. 202
Prunus padus, ſpinoſa, & May. 271
Ribes rubrum, nigrum, & May. 213
Salix viminalis. Ap.-May. 405
Spergula arvenſis 265
Tulipa gesneriana, & May. 241

MAJUS.

Acer pſeudo-platanus, campeſtre 414
Actæa ſpicata 280
Adonis autumnal. æſtival. M.--Jun. 289
Aegopodium podagraria. M.--Jun. 234
Agroſtis capillaris 180
Aira aquatica 181
Ajuga pyramidalis 293
Alchemilla vulgaris. M.--Aug. 195
Alopecurus pratenſis. M. & Jun. 179
Alyſſum incanum 315
Anchuſa officinalis. M. & Jun. 198
Anthemis nobilis. M. & Jun. 371
Anthoxanthum odoratum, & paniculat. 172
Anthyllis vulneraria. M.--Jun. 332
Antirrhinum cymbalaria 308
Aquilegia vulgaris. M. & Jun. 386
Ariſtolochia clematis. M. & Jun. 385
Arum maculatum 385
Aſclepias vincetoxicum. M. & Jun. 217
Aſparagus officinalis. M. & Jun. 243
Aſperula odorata. M. & Jun. 191
Aſphodelus ramoſus 242
Avena elatior. M.-Jul. 185
Berberis vulgaris. M. & Jun. 246
Braſſica campeſtris. M.--Jun. 321
Bromus tectorum. 185
Callitriche verna. 164
Campanula rotundifolia. M.--Aug. 205
Carex arenaria, vulpina, limoſa, ceſpitoſa, veſicaria 390
Cheiranthus incanus. M.--Jun. 318
Chelidonium majus M.. & Jun. 283

Chenopodium bonus henricus. M. & Jun. 218
Chryſanthemum Levcanthemum. M. -- Jun. 370
Ciſtus helianthemum. M. & Jun. 283
Cornus ſanguinea. M. & Jun. 194
Convallaria polygonatum, maialis, biflora. M. -- Jun. 243
Cratægus torminalis, oxyacantha. 273
Crepis tectorum, biennis. M. -- Jun. 351
Cynogloſſum officinale. M. & Jun. 199
Dactylis glomerata. M. & Jun. 183
Datura ſtramonium. M. -- Sept. 208
Equiſetum fluviatile 418
Eriophorum polyſtachyon 177
Evonymus europæus 213
Euphorbia eſula, peplus. M. -- Dec. 269
Feſtuca ovina. M. -- Sept. rubra, fluitans M. - Jul. 184
Fumaria officinalis. M. -- Jun. 329
Galeopſis galeobdolon 298
Geniſta tinctoria, germanica. M. -- Jul. 331
Geranium pratenſe, ſanguineum, robertianum. M. & Jun. 324
Geum rivale 279
Gnaphalium arenarium, dioicum. 361
Hedyſarum onobrychis. M. - Jun. 339
Helleborus foetidus. M. -- Aug. 291
Heracleum ſphondylium 226
Heſperis inodora 319
Hieracium piloſella, auricula, umbellatum 350
Hippocrepis comoſa 338
Hordeum murinum. M. & Jun. 188
Hyacinthus non ſcriptus, botryoides 244
Hyoſciamus niger. M. & Jun. 208
Iris germanica, pſeudacorus 175
Iſatis tinctoria. M. - Jun. 323
Lamium purpureum. M. -- Dec. 297
Lathyrus pratenſis 334
Lemna minor. M. - Jul. 387
Liguſtrum vulgare 165
Linum catharcticum. M. & Jul. 237
Lithoſpermum arvenſe 198
Lonicera caprifolium, periclymenum, xyloſteum 206
Lotus corniculatus 341
Melampirum arvenſe. M. - Jun. 307
Melica nutans. M. & Jun. 181
Mercurialis perennis, annua 400
Milium effuſum 180
Myoſotis arvenſis 197
Narciſſus poeticus 239
Ophiogloſſum vulgatum. M. & Jun. 419
Ophrys nidus avis, ovata. M. & Jun. 383

Or-

Orchis bifolia, coriophora, latifolia, maculata. M. -- Jun. 382
Orobanche maior. M. - Jul. 310
Orobus vernus, tuberoſus. M. -- Jun. 334
Osmunda lunaria 419
Oxalis flos cuculi 264
Parietaria officinalis. M. & Jun. 411
Phaſeolus vulgaris. M. -- Jul. 332
Phalaris arundinacea 178
Phytevma ſpicata. M. & Jun. 205
Pinus picea, abies 401
Piſum ſativum. M.-Jun. 333
Plantago maior & Jun. media, lanceolata 193
Poa anguſtifolia, pratenſis & Jun. compreſſa & Aug. 182
Poeonia officinalis 284
Polygala vulgaris. M. -- Jun. 330
Polyganum biſtorta 252
Populus tremula, nigra 409
Potentilla anſerina. Maj. -- Sept. 274
Prunus avium, ceraſus, & Jun. 272
Pyrola rotundifolia & Jun. 257
Pyrus communis, malus, cydonia, & Jun. 274
Quercus robur 396
Ranunculus acris, repens 290
Raphanus ſativus. M.-Aug. raphaniſtrum. M.-Sep. 322
Rhamnus catharcticus, frangula & Jun. 212
Rhinanthus criſta galli & Jun. 306
Reſeda lutea, luteola, & Jun. 268
Salix triandra, arenaria 405
Salvia pratenſis. M. - Aug. 171
Sanguiſorba officinalis & Jun. 194
Saxifraga granulata 257
Scabioſa arvenſis. M.-Aug. 190
Scandix pecten veneris, chærefolium 230
Sinapis arvenſis 321
Silene nutans & Jun. 261
Siſymbrium ſophia. M. -- Jun. 317
Solanum dulcamara & Jun. 210
Symphitum officinale. M. - Aug. 200
Stellaria graminea 261
Syringa vulgaris, perſica 166
Theſium linophyllon & Jun. 215
Thlaſpi arvenſe 314
Thymus ſerpyllum. M. -- Jul. 303
Tormentilla erecta 279
Tragopogon pratenſe. M. - Jun. 346
Trifolium pratenſe. M. -- Aug. 340
Vaccinium myrtillus & Jun. 250
Valeriana dioica, officinalis & Jun. 173
Veronica ſpicata, ſerpyllifolia, teucrium, officinalis, beccabunga, & Jun. anagallis aquatica. M. -- Sept. 167
Viburnum lantana, opulus aquatica & Jun. 235
Vinca minor & Jun. 216

JUNIUS.

Achillea ptarmica. J. & Jul. 372
Aconitum lycoctonum, & Jul. 285
Aethuſa cynapium, & Jul. 229
Agrimonia eupatorium. J.-Sept. 268
Agroſtis ſpica venti 180
Aira cærulea, ceſpitoſa 181
Allium porrum, & Jul. 240
Anagallis arvenſis 204
Anemone pulſatilla, pratenſis, hortenſis. 287
Anthemis arvenſis. J.-Aug. cotula, tinctoria, & Jul. 372
Anthericum ramoſum, & Jul. 242
Apium graveolens, & Jul. 234
Arbutus uredo 256
Arenaria trinervia 261
Arnica montana. J.-Aug. 367
Aſperugo procumbens 201
Aſplenium ſcolopendrium, ruta muraria 420
After alpinus 364
Atriplex hortenſis 412
Atropa belladonna, & Jul. 210
Avena fatua, pratenſis 185
Ballota nigra. J.-Sept. 300
Beta vulgaris 218
Borrago officinalis, & Jul. 200
Braſſica oleracea J.-Aug. 321
Bromus ſecalinus, pinnatus 185
Bryonia alba. J. & Jul. 404
Butomus umbellatus, & Jul. 254
Calendula arvenſis 316
Carduus tuberoſus 355
Carex brizoides 390
Centaurea moſchata, cyanus, ſcabioſa, jacea, benedicta Jun. & Jul. 375
Ceraſtium viſcoſum 264
Chenopodium album 218
Chryſanthemum montanum 370
Conium maculatum 224
Convolvulus arvenſis, ſepium, & Jul. 204
Coriandrum ſativum 230
Cynoſurus criſtatus 183
Cytiſus cajan, nigricans. J. & Jul. 337
Daucus carota & Jul. 223
Delphinium conſolida, & Jul. 285
Dianthus carthuſianorum, & Jul. 259
Dictamnus albus 255
Droſera rotundifolia 237
Echium vulgare 202
Eriſymum officinale. Jun.-Aug. 318
Ervum lens, hirſutum 336
Eryngium campeſtre 220
Euphorbia exigua, acuta. J.--Sept. 269
Galium verum, aparine, & mollugo Jul. 192
Gentiana centaurium J.--Sept. 219
Geranium paluſtre 324
Geum urbanum 279
Gratiola officinalis. Jun. & Jul. 168
Heſperis matronalis 319
Hieracium paludoſum 350

Hip-

Hippuris vulgaris 163
Holcus lanatus. J. & Jul. 413
Hordeum vulgare 188
Hypericum perforatum; J.-Sept. hirſutum Jun. & Jul. 343
Hyoſeris foetida 251
Humulus lupulus 407
Jaſione montana. Jun. & Jul. 378
Jasminum fruticans 165
Juncus conglomeratus, & Jul. 245
Lactuca perennis 348
Lapſana communis 352
